rogare patientes: qđ sibi est maxime necessarium: licet q̄ plures nostrum id non obseruēt. Et q̄ ita sit patet per Rasim in libro .xxv. continentis. c. ix. dicētis auctoritate in dei. Debet esse medic⁹ hilaris bone facultatis: locutionis: et nō dissolute: nō iracūdus: non velox: non appetens: neq̄ cupidus in diuitijs ꝛc. Patet etiā scđm quod diximus per Damascenū in suis aphorismis dicentem. Gloriosorum superbiam et naturale multiloquiū si sapias cōtemnas: nec te egrum iterrogare per omnia pudeat: nec esse debet sine prudentia: interitum vllo modo significans patiēti: immo sibi cauere debet ne verbū aliquod proferat suspectum et inaduertenter et si mori iā patiētem intueretur: quinimmo poti⁹ semper ipsum confortet: cum iubeat Rasis in. vi. suoꝝ aphorismoꝝ hoc maxime debere obseruari dicēs. Doctores medicine egros debent consolari etiam si signa mortis perpendant. qđ similiter voluit Dasmascenus cū ait. Oportet te infirmo salutem promittere semper: nec illum vnq̄ a spe deponere et si ipse desperes: neq̄ sit medicus hanelitus vel sudoris fetidi: vt patet manifeste totum similiter corpus sanū habeat: et forte vt continuo studio ac infirmorum sollicitudini possit incūbere: et sepius eos visitare: ꝛ per maxime acute laborantes dicente Rasi in. x. Almansoris. c. j. Febricitantes acute necesse est vt medicus sepe videat: et propterea medici cō plexio: vt idē dixit in aphorismis: debet esse temperata. s. sana et fortis et nō imbecillis ꝛc. Debet preterea medicus mediocris esse habitudinis et stature: neq̄ sit valde pulcher et decor⁹: neq̄ cōptus vt femina: neq̄ turpis aut dꝫformis adeo vt ab hoib⁹ aspernatur: neq̄ gygātes aut homūculus: sed medius vt noster dixit padubanēsis. qđ sensit etiā Damascen⁹ i suis aphorismis dicēs. Medic⁹ mediocris qualitatis dꝫ eē: vt nō nimis mūd⁹. i. ornatus ꝛ cōptus admiretur: neq̄ ex toto aspernatur: et q̄ ita glosandum sit verbū illud mund⁹ apparet ex his q̄ dixit Rasis in li. xxv. cōtinētis. c. ix. cū ait. dꝫ esse medic⁹ mundus in corpe: facie: capillis: et alijs mēbris ei⁹: et indumēta ipsius debent esse mūda: hoc eñ cōueniens est: sicut superfluus ornat⁹ vituperat. iuxta illud. Sint ꝓcul a nobis iuuenes vt femina compti. Debet etiā bñ vestitus et satis ditat⁹ esse medic⁹: ꝛ nō indigere adminiculātibus bonis fortune: sine quib⁹ nō cōtingit esse felicem. Et si pauper sit et studiosus: a potentib⁹ dꝫ adiuuari ne idigētie causa nephādū aliquod coactus sit perpetrare ꝛc.

¶ Capitulū duodecimum docet eligere medicum ex vita eius: et complet sermonem de medicis et eorum electione.

Hoc capitulum erit tanq̄ superioꝝ breuis epilogus: vtilis equidē ꝛ sententia plen⁹ cū acceperis ipsum ex. iiij. Almāso. c. vltimo dicētis. valde cōsiderari dꝫ in quib⁹ vitā suā expedit medic⁹: ꝛ in q̄bus illud qđ [illegible] preterijt tēpore exercuit: atq̄ [illegible] stādo sol⁹ cogitat. Si eñ [illegible] spaciū medicoꝝ ac philosophoꝝ libros ꝑscrutādo preterijt: eiusq̄ studiū est quādo sol⁹ stat: eos diligenter intueri: bona de eo haberi pōt suspitio et ꝓsequitur. Si aūt vite sue spaciū in alijs q̄ i hijs quoꝝ fecim⁹ mētionē ꝑteriuit: ac sol⁹ stādo i cātilenis et in instrumētis musicis delectatur:

inebriari

inebriari quoq; atq; his similia cõ cupiscit: nõ nisi de eo mala põt ha beri suspitio. Postq̃ aũt scitũ fue rit ꝙ ipse frequenter libros intuea tur: cõsiderãdũ erit qualis sit eius astutia atq; ingeniũ: ꝛ an cũ loqua cibus ꝛ oppositorib⁹ sit cõuersat⁹: ꝛ si in eo sit potẽtia perscrutandi ꝛ medicãdi: vel non. Et postq̃ eum libros legere atq; intelligere notũ fuerit: perquirẽdũ erit an infirmo rum cura laborauerit: ꝛ eis medica tus fuerit: atq; si hoc in ciuitatib⁹ famosis vbi medici ac infirmi mul ti sunt egerit diligẽter erit perscru tandũ: an non. Qui autẽ hec duo habere inuent⁹ fuerit: sapiens erit ꝛ aliis pferri dꝫ: qđ si contingat ali cui vnũ istorũ deesse: cõuenienti⁹ est vt operãdi magisteriũ ei desit: ita tñ ꝙ non penitus eius expers existat ꝛc. Et post aliqua subiunxit Si quis aut huius doctrine nomẽ sit adeptus qui literas non nouit: vel si literas nouit verba nõ intelli git: nec etiã cũ sapientibus mora tus fuerit: non est cõfidendũ in eo: neq; sue sapientie credendũ: immo sciendum est eũ nullo modo posse proficere: impossibile est enim vnũ hominẽ etiã si longo tẽpore viuat huius doctrine per se maximã con sequi partẽ nisi secundũ preceden tium incesserit regulã. Huius enĩ doctrine quantitas vite hominis mensuram excedit plurimum. Et post pauca etiã subdit. Qui autem de hac doctrina vsq; nunc aliquid sunt cõsecuti: nõ pauci fuerũt: nec in breui hoc cõsecuti sunt: sed fue rũt mille: ꝛ in mille annis hoc ade pti sunt. Quorũ libros si q̃ frequen ter perscrutatus fuerit in breui om nes videre videbiť ac si illis mille annis vixisset: ꝛ illorꝫ laborẽ mille annis ptulisset hec ipse. Ex quib⁹ colligi põt ꝙ studiosus ꝛ lector as sidnus debet medicus esse: practi cus etiam ꝛ reb⁹ secularibus mini me deditus: quẽadmodũ ꝛ nos in superiorib⁹ declarauim⁹. ego autẽ p̃ cor hunc meũ librũ legẽtes: si de hac materia longũ ac tediosum fe ci sermonẽ plusq̃ forsitam decens erat: veniã mihi tribuãt: rẽ enĩ exi stimaui pmaxime necessariã posse scire virũ talẽ inuenire in manib⁹ cuius vita rebus omnibus carior preciosiorq; confidenter ꝛ absq; pe riculo reponatur.

¶ Capitulũ decimũtertiũ osten dit ꝙ medicus electus debeat cõplexionẽ sui domini natura lẽ cognoscere ꝛ quomodo.

POstq̃ igitur medicus ele ctus fuerit vt supra dixi mus: debet primitus cõ plexionẽ dñi sui natura lẽ cõsiderare ꝛ ipsam op time intelligere: tñ qꝛ ipam conser uet si sana sit: vel in meli⁹ reducat si valde a tẽperamẽto lapsa fuerit: tũ qꝛ sciat egritudines curare: si in aliq̃s dñs inciderit. Qđ minime fa cere posset nisi naturã ꝛ naturalẽꝫ cõplexionẽꝫ sui dñi cognouerit: vt voluit Gal. in introductorio medi corꝫ cũ ait: neq; in sanitate custodi re neq; in egrotantibus causiolo gizare: neq; significare: neq; curare recte poterit vtiq; quis: qui nõ per scrutatus fuerit ex qb⁹ elementis cõsistat hõ: ꝛ q̃liter euersis his; que a principio natura fiunt. Et in. iij. de ingenio sanitatis. capi. quarto sic dixit Curatiões fieri nõ possũt nisi cũ scientia cõplexionũ corporũ medicandorũ. aliter enim non pos sumus ad complementũ artis per uenire. ꝛ in. c. ix. eiusdẽ inquit. pri mitus quod oportet cõsiderari ab essentia morbi sumendum est. hoc autem fieri non potest nisi primo

complexio totius corporis infirmi cognoscatur. Cuius causam et ratione innuit in tertio terapentice. ca. xij. dicēs. Naturā nosce oportet eius quod curatur corporis vt quātū amota eius egritudo a cōmoderatione sciētes imponamus ei quod illā infrigidet mensurā palam est ergo naturā infirmi necessario esse inuestigādā: vt idem ait in septimo eiusdē. cap. Cōcludamus ergo cū eodē in secūdo de accidēti et morbo. cap. tertio dicēte. Necesse est vt studeas in sciendis naturis corporū et eorū cōplexionem in quibus dispositio efficit. Et nō oportet esse de numero illorum de quibus facit mētionē in tertio terapētice. cap. penul. dicēs. Nōnulli neque querūt neque cognoscūt cōplexione infirmorum et scdm puerbiū vna forma calcei oēs calceant. Debet igitur medicus complexionem sui dñi totis viribus idagare qm nō facile cognoscitur: vt Gal. ostēdit in decimosecundo. ca. libri preallegati dicēs. Dignoscere decet cōplexiones corporum. est aūt valde difficile hoc tale et alibi per multas et difficiles cognitiōes vniuscuiusque particularū cōplexio inuenitur et coniecturatiue magis quam disciplinatiue. Ex quo modum inueniendi cōplexionē nobis ostēdit: scilicet vt prius complexiones particularū corporis notemus et precipue principaliū sicut etiā docuit Auer. in quarto colliget cap. primo dicens. Cognitis mēbrorum principaliū cōplexionibus poterimus iudicare super cōplexionē totius. Debet igitur medicus inuestigare primo cōplexionem cordis quod nobilissimum est membrorū: vt dixit Cōmentator in secūdo celi. cōmento. lxxiiij. Ipsum enim ē princeps primus et sequitur ipsum in principatu cerebrum: deinde epar: postea vero testiculi: vt etiā Hali refert in secūdo tegni. cōmento. xcj. Considerās ergo si dñs sit impiger ad actiōes: si audax: si irascibilis: si pilosus: si habeat pectus amplum carnosum et hmōi. et tunc arguat cordis caliditatem maiorē et minorem scdm signorum intensionem vel remissionem. Si vero his contraria percipiet sup frigiditatē sui cordis iudicabit: et per alia hmōi signa posita a Gal. in secūdo tegni. textu cōmēti. lxiij. et a Rasi. in secundo Almansoris capitulo decimo. et ab Auicē. in secundo primi. necnon ab Auerrois in quarto colliget. Consideret preterea cerebrū quod domus est rationalis anime: vt dixit Galienus in. j. de regimine sanitatis. et notet ingeniū et memoriā: mobilitatem mentis: faciei colorem: capillos rubeos vel nigros: et eorum crementū et crispitudinē vel planiciē: et consideret etiā si ex odoribus et calefacientibus ledatur: et videat si orta a cerebro sint grossa ampla: caputque bene formatū: poterit ex his iudicare super caliditatē cerebri: et per contraria sup frigiditatē. Cōsimili modo per magnitudinē venarū et earū amplitudinem et longitudinē digitorū et citrinitatē et ardorē exeūtium et nocumentum cōsequēs ex rebus calidis et per operationes et talia huiusmodi signa posita a Galieno in secundo tegni. textu commenti. lxxviij. et scdo Almansoris capitulo secūdo. poterit iudicare sup caliditatē epatis: et per opposita sup frigiditatem. Et cōsimiliter per proportionalia signa cōprehēdere dispositiones renum et testiū: debet quoque cōplexionē stomachi intelligere: quod licet nō sit mēbrū principale: est tamē principalibus deseruiens: et primus membrorū cocus per appetitum: sitim: digestionem: eructuationē, lin

gue color em: saporem oris: vomitũ ꝛ per nocumentũ vel iuuamentuȝ ab extrinsecis illatũ facile intelliget an calidus vel frigidus humidus vel siccus stomach⁹ extiterit. Sic igitur oibus cõsideratis: compu tũ faciat: quid ex tali summa resultet ꝛ sciet que sit totius corporis habitudo ꝛ complexio: cũ toti⁹ habitudines assimilẽtur cordi ꝛ epati ꝛ ceteris: vt Galien⁹ inquit in se cundo tegni. textu commenti. xcij. Vñ si principalia mẽbra calida fuerint ꝛ humida corpus inde resultabit sanguineũ: si vero calida ꝛ sicca colericũ: ꝛ sic de alijs suo mõ vt bñ exptus ꝛ studiosus medicus intelligit quẽ nõ vt edoceam hec scripsi sed vt dominus eius cognoscat eũ recto calle procedere: cum ordinem quem scribimus obseruauerit.

¶ Capitulum decimumquartũ ostendit ꝙ medic⁹ debet cognoscere ꝛ intelligere cõsuetudinẽ et vitam domini sui ꝛ demũ q̃d ipse agere debeat.

Necessaria est medico rerum naturalium cognitio vt preter naturalia possit facile cum oporteat remouere: vt sensit Gal. in secũdo de ingenio sanitas. capi. quarto dicens. Si naturalia non agnoueris eorũ que sũt extra naturam noticiã nullatenus habebis. Est quoqȝ necessaria vt naturale sit custodiendũ ꝛ confirmanduȝ qđ aũt est extra naturã expellendũ vt idẽ inquid in tertio lib. eiusdeȝ. Cõsiderata ergo cõplexione ꝛ corporis cõpositione: cõsequenter erit itelligẽda ꝯsuetudo cũ altera sit natura: vt Cõmentator ait in primo phisycoruȝ cõmento. lxxj. ꝛ Aristo. in libello de memoria: ꝛ in plerisqȝ alijs locis. Qđ etiam voluit Gal. in tertio de ingenio sanitatis. capi. septimo dicens. Antiqui studuerũt in scienda consuetudine quia per eam sciebant proprietatem nature infirmorum. ꝛ in tertio terapentice cap. penul. ait. Non paruã quãdã ꝛ ignobilem intentionẽ in auxiliorum inuentione existimamus esse cõsuetudinẽ. in lib. quoqȝ de assuetudinibus iterum de ea sic scripsit. Oportet multã cõsiderationem facere de assuetudine ꝛ dissuetudine debentẽ scđm modũ mederi. ꝛ si nõ debet in multis eoꝝ que scđm medicinã claudicare: ꝛ subdit. hec quidem gloriosissimi medicorũ Eras. ꝛ Hippo. dixerunt de virtute assuetudinũ nõ rõni inuentionẽ eorum attribuẽtes: sȝ ex aperte apparentibus docti. quẽadmoduȝ quippe et alios hoies q̃cũqȝ nõ sicut sues vel asini viuũt sȝ assequunt a quibus iuuantur ꝛ nocentur: licet audire quotidie dicentes assuetos esse circa hũc cibũ ꝛ hũc potũ: ꝛ ꝓpter hoc nõ est posse relinquere eos: etenim nocent. scđm trãsit⁹ ꝛc. hec ipse. ꝛ ꝓpterea dixit Rasis in libro. vj. suoꝝ aphorismoꝝ. Decet magistrũ egri cõsuetudinẽ cogscere ĩ sanitate: vt cũ res ipsi placẽtes in sanitate cognouerit ei ꝑmittat cũ ab egritudine erept⁹ fuerit. Intelligat igitur medic⁹ q̃tũ dñs eius exercitare se cõsueuerit quoue exercitij gñe quibus vti cibarijs q̃tũqȝ comedere: q̃tũqȝ dormire ꝛ vigilare ꝯsueuerit Quib⁹ rebus delectetur: q̃bus iuuet: ꝛ a q̃b⁹ ledi solitus sit: ꝛ q̃ sint illa bene perpendat ꝛ sitia inuestiget. Interroget etiã si nocumentũ aut lesionẽ in oculis: dẽtib⁹: stomacho: splene: renib⁹: vesica: vl ĩ aliq̃ alio mẽbroꝝ suoꝝ sentiat in ꝑñtiarũ vl alias ĩ eis passus sit. si q̃ȝ egrotare sit ꝯsuetus et in quo tpe anni quibusqȝ remedas sanari exami-

net. Intelligat quoq3 si quolibet anno flobotomari vel aliquo mō purgari sit cōsuetus: similiter ⁊ de oib⁹ talibus: cumq3 hec oia bene notauerit debet cōsiderare denuo si cōplexio sua talis: aut alicuius mēbrorū valde lapsa fuerit a temperamento vt si stomachū male dispositū vel renes ⁊ hmōi inuenerit ante omnia si tēpus anni ⁊ cetera cōsentiant purget si opus fuerit ⁊ cōfortet: postq3 malā illam dispositionem pro posse suo remouerit ⁊ postea preseruet ipsum ne iterum recidiuet. si autem corpus totum omnēq3 partē eius sanā inuenerit a temperamēto tn̄ lapsa3 notabiliter: ⁊ de eius reductione spē habeat reducere debet instantū cōtinens contēperātias minuēdo in q̄tum eucrasia corrupta fuerit ꝓm q̄ docuit Galienus in tertio tegni textu cōmēti. xxviij. ⁊ textu cōmenti. l. vbi sic inquit. Si velis permutare corpus puta calidum ⁊ siccu3 non sunt administrande calide et sicce diete: sed que tantū eucrata crasi frigidiores ⁊ humidiores quātū natura eius erat calidior ⁊ siccior: ⁊ sic de alijs suo modo. Si ꝟo corpus scd̄m se totū sanū ⁊ robustū satisq3 bene cōplexionatum et compositionatum inuenerit: sit medici studiū conseruare ipsum ꝓut reperit offerendo sibi similia iuxta illud Gal. in tertio tegni dicentis. Oportet vt offeras similia similibus qn̄ seruare vis corporis crasim qualē accepit. Et sic ei oia ꝓporitōnabilia ⁊ ꝯseruātia administrabit: ꝯtria queq3 ꝓhibebit q̄ si ꝓut virū sapientē d3 gubernare ⁊ ꝯseruare ipm sciuerit ⁊ dn̄s obediens fuerit ꝓculdubio vitā dn̄i sui per multos annos sine aliquo nocumēto nedū absq3 aliqua infirmitate prolongabit.

¶ Capitulū. xv. demonstrat q̄d regimē sanitatis sit vnicuiq3 hominum quantūuis sanissimo necessarium.

Quam plures equidez: vt pleriq3 faciūt quotidie dicēt. Si sanus sum tot⁹ ac bn̄ cōplexionat⁹ atq3 fortis q̄d opus est medico cōseruāte nonne ipsa natura se sola sufficiens est cōseruare? De quorum secta fuit ille veronensis plinius q̄ medicos animarū negotiatores ausus est appellare. Quibus dico q̄ errant profecto si regimen cōseruatiuū sue fortitudinis ac roboris a medico dirigendū neglexerint: propterea q̄ talis gubernatio est vite vniuscuiusq3 necessaria cu3 corpus nostrum quantūuis sanissimū facile irregulatū cadat in egritudinē: vt ipsa docet experientia. Quod tn̄ nō esset nisi corp⁹ mutabile foret dicēte Gal. in lib. de ꝯstitutione artis medicatiue. c. x. Non em̄ indigeret corp⁹ arte ꝓcurāte custodito in eo. i. habitu: sed hoc ipm est cā in indigendo ꝓcuratiua arte sc3: qm̄ diaforat: ⁊ nō ꝑmanet tale quale erat ante: quod etiam voluit in tertio tegni cū ait. Quod si impassibile esset ⁊ immutabile corp⁹ ⁊ semꝑ maneret in optima compositione. tunc nihil indigeret arte cōstituente ipsum: qm̄ vero immutat ⁊ corrumpitur et conuertitur nō seruans quā habebat a principio cōsistentiam procuratione scd̄m hoc indiget: propter hoc igit quot modis alteratur corpus totidem ⁊ genera procurationis habebit: hoc est conseruantiū causaru3. Et post pauca subiunxit alteratur corpus a quibusdā ex necessitate: a q̄busdā vero nō ex necessitate: dico aūt ex necessitate q̄dē q̄bus impossibi

le est ipm nō approximare:namqȝ semper incontinenti immorari et comedere:⁊ bibere:⁊ vigilare:necessarium est ei:gladijs vero ⁊ bestijs:non necessariū est vti:vnde in priori quidē genere causarū circa corpus ars cōficit:circa vero scdm nequaqȝ. Et postea enumerās has causas dixi eas sex esse:scilicet aer: motus:quies:cibus ⁊ potus somnus ⁊ vigilia inanitio ⁊ repletio:⁊ accidentia anime quorū singulū si indigenti corpori adducat:⁊ in cōpetenti quantitate ⁊ qualitate salubre fit:nihil ꝟo indigēti oino oblatum:aut nō incōpetenti mensura ⁊ quantitate egrū constituitur. hec Gal. ad literā. Que fuit etiam sententia Aristotelis in.xix.pblematum.problemate.xxxviij. dicentis. Laborātes ⁊ bibentes ⁊ comedentes ordinate saluamus ⁊ augemꝰ naturā ⁊ virtutem:inordinate aūt rumpimus ⁊ stupefacimus ipsam. Que autem sit hmōi ordinatio nō est possibile scire nisi a peritissimo in hac arte:⁊ propterea est necesse vt medicus sapiensqualis est.quē supradiximus ꝓ tali regimine; necessario habeatur:⁊ cōtinue ex suo sapienti cōsilio gubernetur. Et ipe diriget oia quecūqȝ scripta sunt in hoc libro:⁊ appropriabit ea cōplexioni:etati.cōsuetudini:regioni: et ceteris talibꝰ dñi sui in debita ⁊ sibi ꝓportionata q̄titate:⁊ qualitate:q̄ vero ꝓpter impotētiā medicū cōtinue in domo sua nō poterit habere hūc saltē librū sibi emat i quo regimē omne traditur sanitatis ⁊ ipsum legat persepe ⁊ obseruet q̄cunqȝ legerit tanq̄ȝ maxime in sui salutem necessaria prout illustres antiquorū scripserūt:quorū sniasꝫ ⁊ verba in ꝓpria forma apposui vt q̄ lectores mee iuuenili nō crederēt etati dictis sapientū allegatis fidē adhiberēt. Scribā igiť primo de aere ⁊ de eiꝰ annexis:deinde de exercitio:postea de cibis ⁊ potibꝰ ⁊ sic de alijs successiue scdȝ q̄ supra dictū est de mēte Gal. vt vnusquisqȝ intelligat quot ⁊ quanta sint in eis obseruanda in sue sanitatis custodia. Cū quibꝰ si se recte gubernauerit proculdubio nunq̄ȝ medicinis indigebit:sanusqȝ ꝑ suas discurret etates vsqȝ ad suū vite terminū quē preterire nō poterit.iuxta illud. Constituisti terminos eiꝰ ⁊c. Quod ei cōcedat omnipotēs ac sublimis oim reruȝ creator trinus ⁊ vnus. Amen.

¶Capitulum decimumsextum ostēdit q̄ aeris dispositiones cōsiderande sint ratione multorū ex eis prouenientium nocumentorum.

Volens medicus sanitatem sui dñi cōseruare dȝ postq̄ȝ ea que supra diximus examinauerit considerare aeris illius regionis dispositionē ⁊ qualitatē:et quecūqȝ alia sibi pertinentia.iuxta sniam Haliabatis i quinto Theorice.c.ij. dicentis. Necessario inheret medico aeris agnoscere habitudines singulis temporibus et singulis locis causas etiā quibus immutatur. Quod etiam sensit Hippocrates in libro de aere et aqua dicens. Si quis ad medicine statū accedere curat:necesse est prius vt anni tempora ⁊ que in eis generātur attente requirat ⁊ idē in libro de lege ait. Congruit enim si q̄s dȝ medicinalē sciētiā vere doceri participē esse nature discipline doctrine loci:aptitudinis laboris ⁊ temporis. Et ꝓpterea Gal. in libro de sectis inquit. Rationabilis medicꝰ dȝ scire naturas hominū:aquaruȝ

locorū ⁊c. Anicē. quoqꝫ i. ij. j. sic ait. Medicus debet scire tēporū diuersitatē q̄ in vnoquoqꝫ climate cōmoueri solet ꝑ naturā em̄ tēporū anni stat sanitas plusq̄ꝫ ꝑ alias causas. teste Auerroy in. ij. colliget. c. vltimo. Et propterea de his oibus dicendū est. De aere igitur in primis inchoātes dicemus ꝙ duplex existit: purus. s. ⁊ impurus. Purus em̄ ꝙ est elementū est corpus simplex cui⁹ naturalis locus est vt sit supra aquā ⁊ sub igne: cuius natura calida est ⁊ humida ⁊c. vt Auic. inquit in prima primi. ⁊ hūc aerez non habemus. Alter vero impur⁹ aer existit: ⁊ est hic quē inspiramus ⁊ respiramus. de quo Princeps ait in. ij. j. doc. ij. c. ix. Aer q̄ nos circundat non est purus: sed est corpus ī sua substātia cōmixtum ex aere, certo ⁊ partibus aqueis vaporosis: et partibus terreis in fumo ⁊ nubib⁹ surgētibus ⁊ partibus igneis etiā ⁊ huius aeris dispositiones dꝫ medicus cōsiderare. vt voluit Hippocrates loco superius allegato dicens. Cum medicus tēperantiam aeris tēporumqꝫ discordiā prenotauerit: scientia sua semꝑ erit vtilis ad sanitatis ingenium: in curādis quoqꝫ egritudinibus confert dicēte Gal. in tertio libro de ingenio sanitatis. c. viij. in morborū curatione inquirendū est aeris cōplexiones eo ꝙ afficiunt corpus, sicut medicina: imo etiā plus cū nobis continue adhereat: nec eius alterationē fugere possimus. vt idē inq̄t in tertio Terapētice. c. v. cum ait. Alias quidem materias ⁊ eligere ⁊ fugere possumus: an autem materiam q̄ ex continente nos nō possibile est fugere sed necessariuꝫ est vti ea que est presens qui licet frigidus sit in cōplexione cōparatione spiritus innati: vt dixit Auicen. in. ij. j. doc. ij. c. ij. Cuꝫ ꝓhibeat spm̄ ne ad igneitatem conuertatur: ex qua ad maliciā perueniat existens elementum nostrorū corporū ⁊ spirituum: ⁊ emanatio nostris aduenīēs spiritibus: ⁊ causa melioratio nis eorū vt tēperans: vt idem dixit vbi supra. Tamen eius frigiditas non peruenit apud nos in terris habitatis tanta quin aliquo modo resoluat: imo in oibus resoluit dispositionibus ꝓpter illud quod in eo existit de virtute solis ⁊ stellarū vt idem refert loco allegato. Quod etiam voluit Gal. in quarto de accidēti ⁊ morbo. c. vij. cū inquit. Aer q̄ vicinus est cuti dissoluit membra sub cuti existentia ita ꝙ inaniunt. Sua igitur caliditati naturali et quandoqꝫ accidentali aer nos resoluit cum calidus sit: vt ꝓbat Cōciliator in sua decimaquarta differentia. Et plus nocet q̄ꝫ cibi ⁊ potus: vt idem ostendit rationibus ⁊ auctoritatibus in differētia. xxiiij. Et propter hāc causam debet medicus in cōseruatiōe sanitatis suas optime qualitates considerare: et nocentes eius dispositiones vt corrigere ⁊ rectificare possit que incōuenientes sunt ⁊ bonas eligere.

¶ Capitulum decimumseptimum docet cognoscere qui aer bonus sit eligendus: ⁊ q̄ malus existat fugiendus.

NOn est dubium supradictorū ratione ꝙ qui suaꝫ vult cōseruare sanitatem vt in bono aere viuere debeat. Quis vero bonus ⁊ quis malus sit in hoc capitulo dicendum est vt vnusquisqꝫ bonum ac laudabilē a non bono possit distinguere. Incipiamus igitur cum Principe nostro Anicē. in. ij. j. dicēte. Aer q̄dē dū est temperatus ⁊ cla

rus: neqꝫ substantia extranea com plexioni spūs contraria ei admisce tur. est sanitatem efficiens: ꝛ ipsam conseruans: cū vero est econtrario contrarium operatur. ꝛ infra subiunxit. Aer bone substantie est ille cui non admiscetur ex vaporibus: neqꝫ ex fumis res extranea: ꝛ q̄ dis scoopertus est celo: neqꝫ constrict⁹ in parietibus siue muris qui permanet clarus longinquus a loco in quo oriūtur caules ꝛ eruca: aut nuces: aut ficus: ꝛ ab oleribus putridis: ventis bonis insufflagantibus discoopertus. Cui cōcordat Haliabas in quinto Theorice. c. x. dicēs. Aeris complexionis immutatio ꝑpter vapores hmōi est: si em̄ habitatio sit in loco in quo stagna ꝛ paludes sint oleraqꝫ et arbores putride: sessioqꝫ in speluncis aut domibus plurime humiditatis ꝛ muscidis alijsqꝫ talibus que aerē alterant ꝛ corrūpunt eius loci populus multorū est: morborū putridarūqꝫ febriū q̄ multe in eis semer gunt: colores eorū in croceū mutātur: nec cibos digerunt bene. ꝛ vires habēt paucas ꝛ debiles: ꝛ mēbra eorum eneruata. Quod etiam sensit Galienus in primo de regimine sanitatis cū inquit. Bonus aer est qui certissime est purus. est aūt talis qui neqꝫ stagnorum: neqꝫ paludum euaporatione turbatur. Aer itaqꝫ bonus vt Princeps voluit vbi supra: est ille q̄ non est retētus in terra profunda: qui cito calefit cū sol oritur: ꝛ cito infrigidat cum occidit: neqꝫ est strictus inter parietes qui parum est ꝙ fuerunt constructi ꝛ nondum integra ad ꝑfectā siccitatē deuenerunt: neqꝫ suffocat guttur cum attrahit. Aer vero malus erit qui opposita iam dictis: cōditiones habuerit: vt qui distēperat⁹ fuerit valde in qualitatibus suis. Nā calidus aer dissoluit et laxat: si caliditas eius multa fuerit: ꝛ colorē efficit citrinū ꝛ resoluit qđ de sanguine ad exteriora trahit: ipse quoqꝫ multū efficit sudorē ꝛ minuit vrinā ꝛ digestionē debilitat ꝛ sitim facit. Et in. ix. c. doct. ij. sic ait de eo. Calefacit iuncturas, ꝛ laxat: ꝛ humores resoluit: ꝛ spm̄ deijcit ꝛ virtutes: ꝛ ꝓhibet digestionē: ꝓpterea ꝙ calorē innatū occultū resoluit: qđ instrumētū aie existit ꝛ nature. Aer quoqꝫ distēperatus infrigiditate multū nocet debilibus imbecillē eorū calorē cōgelando. porosqꝫ cōstipando multis infert nocumentū dicente Auicē. vbi supra ꝙ hmōi est mortificans ꝛ multū cōtinet materias, ꝛ facit catarrū: ꝛ debilitat neruos: ꝛ tracheā arteriā magno impedit nocumēto. Aer etiā humidus cutim lenit ꝛ corpus humectat: siccus vero denigrat cutē ꝛ eam exiccat. Sic igit aer quilibet distemperatus aliquo modo nocet vt Princeps dixit loco allegato. Similiter aer turbatus tristificat animā ꝛ cōmiscet humores. vt idem refert in eo loco. Quod sensit Galienus in primo de febribus ad glauconem. c. j. dicens. Lucidus nimis ꝛ calidus locus relaxat corpus. Frigidus autem ꝛ obscurus cōstringit: mediocriter autē ex his temperat⁹ mulcet: oblectat: et temperat. Et ideo concludendū est cum eodem in primo de regimine sanitatis dicēte. Malus aer est qui ex putrefactione animalium: vel olerum: vel leguminū: vel stercorē inquinatur: ꝛ q̄ nebulosus est ꝓpter fumū vel stagnū vicinū. Debet ergo aer boni odoris esse: ꝛ propterea aer propinquus flumini in quo linum ꝛ huiusmodi macerantur est illaudabilis eo ꝙ turbidus humidus: ꝛ fetidus: ꝛ ꝓpterea fit

causa malarũ febriũ ⁊ pestilentie quandoq̧. vt Auicen. voluit in prima quarti. tractatu. iiij. Expressi⁹ aũt id in. ij. tractatu eiusdẽ quarti sensisse vr̃ cũ inquit Qđ putredo fit q̃nq̧ ꝓpter dispositiones extrinsecas ex aerib⁹ malis: sicut est aer pestilentie ⁊ aer lacunaꝝ ⁊ locoꝝ infusorũ in quibus madefiũt res: vt linum ⁊ aspaltum: fugiatur itaq̧ talis aer omnino: ⁊ ille eligatur q̃ oĩbus melior existit q̃ est clarus: et est subtilis in quo neq̧ multi existũt vaporos: neq̧ quietus: neq̧ ꝑfocatus inuenitur: sed venti boni venientes ad ipsum cõmonẽt eum atq̧ attrahitur delicatus sentitur qui velociter post solis occasum infrigidaꝛ vt Rasis inquit in almansoris. iij. capitulo vigesimo quinto.

¶ Capitulum decimũoctauum ostendit locũ: situ ⁊ conditiões eligende habitationis pro sanitatis conseruatione.

POstq̧ igitur bonum aerem a malo sciuerimus secernere vt supra dictum est debet vnusquisq̧ suam volens conseruare sanitatem bonũ aerẽ eligere maluq̧ euitare: atq̧ in bono aere suã reperire habitationẽ. Que ꝑ posse has habeat conditiones vt sit remota ab oleribus malis ⁊ a locis putridis vt pretactũ est: aliter em̃ in bono aere nõ existeret. Deinde oportet vt sit in loco ciuitatis sane altiori: qm̃ loca habitabilia alta producunt hoies sanos ⁊ fortes: labores multum patiẽtes ⁊ diu viuentes. queadmodum per oppositũ in locis habitabilibus ꝓfundis morãtes it vaporositate existunt multi ⁊ epatis habent debilitatẽ: vt dixit Auicen. in. ij. j. doc. ij. c. x. Multo q̧ diffusius Haliabas in quinto theorice. c. nono cum ait. dico q̧ regiones alte ⁊ elate et loci similiter eorũ aer est clarus ⁊ frigide cõplexionis. Uẽtus enim borealis illas ab altis ꝑflat locis. Et ideo populus inhabitãs est decẽs facie: ⁊ coloris fortis: sanus paucoꝝ morborum: corporaq̧ eorũ hoim magna: aerẽ enim respirant claruz qui ab altis venit locis: vnde viri sũt amicitie ⁊ mansuetudinis ⁊c. Econtra aũt se habẽt qui in profundis ĩhabitent locis vt idẽ diligenter scripsit ibidẽ. Quorũ oĩa causa quidez ⁊ ratio est qm̃ loca alta sunt euẽtabilia ꝓfunda autez minime. Habitantes autẽ euentabiles regiones ⁊ loca tarde senescunt. in palludestrib⁹ vero velociter: vt placuit magno philosophorũ Aristoteli. in decimo quarto problematũ: ꝓblemate septimo. Cũ quo cõcordare videtur Rasis i primo libro suoꝝ aphorismorũ dicens. Nõ euadit homo qui mari vicinus existit ⁊ lacunis vt prolongeꝛ in etate nec a debilitate mẽbrorũ nec ab amissione luminis ⁊c. Sit itaq̧ locus habitationis altior q̃ esse possit. Sed si quis obijceret. hoc verũ esse nõ videtur: ꝓpterea q̧ quanto locus altior erit tanto calidior cũ soli magis ꝓpinquus ⁊ ignis elemento existat. In locis autẽ calidis habitantes digestinam habẽt debilitatẽ: ⁊ cũ in eis magna sit resolutio minuiꝛ eorum humiditas ⁊ cito i psis aduenit senium: sicut habitantibus in terra nigrorum accidit: quibus aduenit seniũ annis triginta et eoꝝ corda sunt timida ꝓpterea q̧ multũ spiritus resoluiꝛ vt inquit Auicẽ. vbi supra. non igiꝛ loca alta cõuenire vr̃. Quibus respondeo q̧ totũ ex altitudine loci oppositũ contingit nec est sicut dictum est: cũ plus faciat

ad refrigeriū altitudo q̄ profundi tas ratione distantie reflexorum so lis radiorū et ratione vētorum ibi magis q̄ in humili loco spirantiū. Et q ita sit patet per Auicē. in.ca. octauo. Fen alligate dicentē. Locus qui est profundus est calidior et lo cus altus semper est frigidior. Quod etiā docet experientia cū media re gio aeris sit frigidior causans in estate q̄ calidissima grandines et huiusmodi. Locus igitur altus erit frigidus magis q̄ profundus. Et propterea magis faciens ad sa nitatē cū dicat Princeps loco supe rius allegato. Qđ in locis habita bilibus frigidis morantes sūt for tiores et audacie maioris et melius digerentes etc. Debet etiā habita tio: siue domus in tali loco fabrica ta has etiā duas habere conditio nes: quarū prima est vt naturaliter per montē aliquē aut per aliā huius terre eleuationē: aut artificialiter per parietes et talia sit versus meridiē et occidentē coopta discooperta vero suas habēs fenestras versus orien tē septentrionē. Cui si vicinū fuerit flumē bone et laudabilis aque tan to melior fiet iuxta sententiā Auic. vbi supra sed.c.octauo dicētis. Ci uitates magis temperate ex parte mōtiū sunt q̄ ab oriente discoper te sunt et a septētrione: et coopte ab occidēte et meridie. Qđ etiam voluit Rasis in tertio Almāsoris capitu lo vigesimosexto dicēs. Ciuitates meliores sunt et temperatiores que cū ab oriēte sint discooperte: ab oc cidēte cooperte inueniuntur. Et idē est iudiciū de domo vna vt patet per ipsum Auicen. infra in.cap. quinto dicente. Oportet vt fenestre et porte sint orientales: fitque illud vnde ma gis sollicitari debes vt venti oriē tales stricturas ingredi valeant vt sol ad vnūquēque locū intrare queat qui ibi existit quoniam ipse est qui aerem rectificat. et subdit. Uicinitas quo que aquarū dulciū mobilium curren tium mundarū et que hieme infri gidantur et estate calefiunt et diuer se ab eis que occultantur scilicet pu teales est res conueniens et adiuto rium prebēs scz habitationi. Et li cet ipse nō expresserit de fenestris versus septentrionem requisitis id tamen intelligendū est per ea que de vētis septentrionalibus et vtili tatibus eorū dixit: vt infra patebit cum de ventis mentionem facie mus. Ueruntamen si cōparentur inui cem facies orientalis et facies septē trionalis habitationis proculdubio vtilior et magis necessaria erit oriē talis: vt etiam sensisse videtur Hip pocrates in libro de aere et aqua. ca pitulo secundo dicens. Urbs que ortu posita securior est: q̄ que in se ptētrione est: vel in calidi vēti flatu posita: in illa eū calor: et frigus mino ra et sicciora. Morbus quoque minor et lenior necnon et aqua que secūdū solis est ortu clara ac leuis existit: aer vero ibi nunq̄ grossus habetur et nimirum presentia solis prohi betur etc. Et post pauca dixi. Quod habitantes in tali loco facies ha bent per pulcras: et lenes et colo res perlucentes splendidos voces claras et acutas etc. Sic igitur ta lis habitatio orienti exposita ab omnibus opprobatur: causa autem huius et quare nō sit exposita me ridiei vel occidenti in sequenti ca pitulo declarabitur. Quare etc.

¶ Capitulum. deci mūnonū reddit cau sam eorum que di cta sunt in superio ri ca. et bonitatem et malitiam vento rum ostendit.

Sed cū oporteat medicum studiosuz esse vt nō aliqd dicat absolute teste Galieno in vj. aphorismorū commento. xvj. Ideo dicere nō sufficit q ita sit vt supra sed oportet causam dictorū in superioribus assignare iuxta illud philosophi in. viij. phisicorū textu cōmēti. xv. Enūcians aliquid nō debet tantummodo asserere q ita sit sed causam dicti exprimere inducēdo aut demōstrando quā ob rem causam assignemus iam dictoruz scz. Quare habitationes versus meridiē fabricate fenestras habētes illi expositas similiter et que versus occidētē nō approbentur licet q̄plures et facte sint et indies a bonis etiā architectorib⁹ fiant vt forsitā lucidiores sint tota die ob oppositam eis solis presentiā. Nō intelligunt tamē q cum sol tales habitationes supflue calefiat: reddat eas insalubres: cū locus calid⁹ nimis: nō pauca vt in precedentibus: dictū est in corpus humanū pducat nocumenta. cū morantes in eo mēbra habeāt lassa et debilia et sensus graues. et desideria comedēdi et bibēdi debilia. et stomachus et capita grauia etc. vt in. x. c. dixit Auic. vbi supra. Et hec est prima reprobatio nis earū domorū et habitationum causa. Scōa vero ex parte ventorū in eas flantiū accipitur. Nam ea q̄ meridiei domus est exposita facile ventū meridionalē recipit q2 austrinus a medicis nuncupat mal⁹ et morbosus existens domū et habitantes consimiliter efficit pterea q2 veniētes a locis siccis et calidis vt Aristo. inqt in. ij. Metheororum. Transiens sup maria vapores: et humiditatē illaudabilē acqrit et pterea vēti tales grauāt auditū caliginosi existentes caput grauantes pigri dissoluētes: et multa alia mala facientes: vt dixit Hipocrates in. iij. aphorif. vj. cui concordat Rasis in. iij. almansoris. ca. xxv. di. Uentus a polo veniens meridiano corpora dissoluit: sensus turbat: atq3 dolorē capitis. et oculoꝝ egritudinem facit: epilepsiā quoq3 aū cōsueta tēpora accelerare facit: febres itidē parit propter suam putredinem. et concludit. est etiam plus omnibus ventis egritudinē paratus inferre: a quib⁹ princeps in. ij. j. videtur accepisse cū ait. Uentus meridionalis lassat fortitudinē: et aperit poros: et turbat humores et egritudinē efficit et debilitat et facit febres putridas etc. Quod nō facit pter aliud nisi q2 scōz plurimas ciuitatū est calidus et humidus: pterea q a locis calidis et supra mare venit ideo lassat: dixit idē vbi supra. sed. in. c. viij. Et pterea concludendū est etiā cū Aristo. in prima pblematū pblemate. xxiij. dicente. Quod in ventis austrinis hoies grauius se habēt et impotentius. Et ob hanc causam venti tales domos meridiei expositas faciunt salubres. Similiter et occidētales reprobant cū frigidi sint et humidi et in pluribus locorū sint causa pluuiarū in eis cōtingētium teste Auerroi in canticis et in eoruz cōmento. cx. Et pter hoc faciunt aerem grossum vt idē ait ibidē. Et fuit snia Auicenne. in. ij. j. c. viij. dicentis. Occidentales venti sunt humidi quoniam super maria transeūt: et q2 sol eos suo diuersificat motu. ideoq3 non tantum resoluit eos sol q̄tū orientales. Quod etiā sensit Rasis in. iij. Almansoris. ca. xxv. dicens. Uentus qui est ab occidente deterior et grossus magis existit. Et propter facies occidenta-

lis habitationis nō approbatur. Queadmodū septētrionalis: ratione vētorū borealiū qui corroborāt indurāt: et q̄ manifeste fluūt phibēt digestiuā forte efficiūt et aerem putridū sanāt vt idē inqt Princeps vbi supra. Qd accipit a Rasi loco superius allegato dicēte. Uentus a polo veniēs septentrionali a pte videlicet minoris vrse: frigidus ē et siccus corpora efficiēs dura et reddens robusta: sensus quoqꝫ atqꝫ caput lenia facit et ipse etiā omnibus ventis melior existit: et plus putrefactionem prohibet licet quādoqꝫ tussim faciat et hoc qr frigidus est et siccus et secū odorifera portās sicut austrinus humidus est: et qd fert secū abominabile est et grauis odoris teste Isaac in vniuersalibus dietis. c. viij. dicēs. Boreas enim si flauerit corpora confortat et indurat spiritus clarificat et humores cerebri sanat. et sensus mūdificat et subtilia: motū confortat: appetitū auget digestionē corroborat et c. Sicut auster corpora lassat et neruos humores conturbat et spiritus ac sensus vnde grauitatem parit auditus: defectū visus pigritiam nutrit motum eneruat et c. Que fuit sententia Hippocratis vbi supra dicētis. Quod ex vēto boreali corpora redduntur fortiora: et bene mobilia et bene colorata et c. Et ideo bonum est et salutiferum q̄ habitatio per fenestras septentriōi expo sita tales ventos boreales recipiat et p eos purgetur et flabeletur longe etiam melius vt ventos orientales assumat qui calidi sunt et sicci aerem clarificantes et ipsum subtilem efficiētes: vt Auerrois inqt i comēto cāticorum allegato. Auicē. et i. ij. j. sic de eis scripsit. Oriētales q̄dē vēti iter caliditatē et frigiditatē sūt tēperati et occidētalibus sicciores quod sensit Rasis in almāsoris capitulo prenotato concludens deinde q̄ ventus qui ab oriente ad nos tēdit melior est alijs quoniā tēperate cōplexionis existit: et corpora i eo tēperata sunt media et sana: vt dixit Haliabas loco et c. preallegatis. Propter has itaqꝫ causas rationabiliter dictū est q̄ habitatio discoapta eē dꝫ ab oriēte et a septētrione ratiōe tēperātie solis: et laudabiliū vētorū. Cooperta vero ab alijs propter oppositas causas et c.

Capitulū. xx. ostēdit quomodo rectificādus et alterādus sit aer in omni anni tēpore atqꝫ q̄liter viuendū sit in vere: estate: autūno. et hyme.

Posset mihi q̄spiā dicere si tm̄ aeris q̄litas magnifacis q̄ dicere nō dubitasti q̄ vēti q̄dā q̄ etiā raro pflāt sūmopere sint vitādi vt meridionales et occidētales q̄bus obstare poterimus cū vitreatis fenestris et talibus: aut omnino domos eligē do habētes facies suas v̄sus alias ptes vt docuisti. Sꝫ q̄d dices de aeris ipressione naturali ānuatim facta ab estate q̄ calida ē et sicca humores resoluēs vt dixit Princeps i ij. j. doc. ij. c. iij. et Hippocrates i li. de aere et aqua et ppterea ipa extraneus calor dn̄ator pter qd putrefiūt magis oia i ea q̄ꝫ in hieme vt Aristo. ait in. ij. pblematū pblemate. xxiij. Et cū humores resoluāt et v̄tutes debilitēt et opatiōes naturales cā multe resolutiōis in tantū q̄ humores fiūt cinis vt pnceps ait vbi supra: q̄d i ea faciēdū sit postulabit itidē. Nūq̄d mediciali ꝯsilio hec possit phiberi: qualitasqꝫ estatꝫ

ris ꝛ imp̃ssio talis remoueri. Silr in hieme q̃ frigida est ꝛ humida vt flegma in nobis teste Gal.in.j.de febrib⁹ ad glauconē.c.ij.ꝛ Hippocrates loco preallegato in qua sanguis minuitur ꝛ flegma augeł vt dixit Auicē.in.ij.j. Et plura etiam alia fiant in ea nocumenta sue sup̃flue frigiditatis ꝛ hūiditatis rōne p̃sertim in debilib⁹ cōplexionibus ꝛ in corporib⁹ paucā carnē habētib⁹ quid sit in ipsa faciendum quomodo ne sua impressio sit fugiendā expostcet aliquis vt dixit. Cui respondebo q̄ in rei veritate difficilius est hec talia subterfugere q̄ȝ ventorū ꝛ solis impressionem eo q̄ modo quodam vniuersali ꝛ diutius durent q̄ȝ ea que in precedenti.c.dicta sunt. Tñ ꝛ his proposse omni erit obuiandū eū cōtrarijs alterando aerē meliori modo quo nobis erit possibile in estate quidē vt Princeps ait in.ij.primi doc.v.c.j.Minuēdo.ex cibis ꝛ potibus ꝛ exercitio ꝛ maneat tunc hō quietus:ꝛ extinguentia bibat ꝛ si potuerit semper in vmbra moreł ꝛ loco cooperto:irorando etiā habitationem cuȝ aqua fontis frigida. Et si potens sit cū aqua violarum: neufaris: ēdiuie:lactuce ꝛ similiū. Silr aspergendo follia plātarū:frigidaꝝ ꝛ hūidaꝝ vt sunt folia vitis ꝛ lactuce ꝛ portulace ꝛ similiū. Itē cū florib⁹ ꝛ fructib⁹ frigidi. In hieme vero econtra cum calidis ꝛ siccis odoriferis faciendo ignē ex lignis laudabilibus ꝛ suffumigijs ꝛ talibus cauendo se ab immenso frigore:precipue vero flante borea qm̃ vt bene dixit noster platina ꝛ est antiquorū ex pluribus hincinde locis recollecta:vt ī nimio calore cōcoctio interimitur. Somn⁹ aufertur resoluitur corpus: ac mens iacet ita nimio frigore hebetantur sensus ꝛ destitutū prope fomento naturali stupet ingeniū.ꝛ subdit. igne itaq̧ eo tpe anni.s.hieme fouēda sunt mēbra:nō tñ diu foco inherēdum ne ꝛ corpus pigrescat ꝛ debiliteł ingeniū ꝛ malis vaporibus:q̄ fieri solet:cerebrū repleał: attractis per ignē ad caput humorib⁹ quos greci catarros ꝛ reumata:nostri autem flores ꝛ distillationes appellant. Et vt vno omnia cōprehēdam verbo a frigidis omnibus tūc abstinēdum ac calidis ꝛ siccis vtēdum est:res grossiores ꝛ ad dirigēdum duriores comedēdo:ꝛ plus se exercitādo q̄ȝ in alijs q̄buslibet anni tēporib⁹ iuxta sententiā Auicenne in tertia primi doctrina quinta capitulo primo dicētis. In hieme multū laborare debent:ꝛ copiosus comedere nisi fuerit meridionalis scilicet calida.nā si sic fuerit exercitiū erit augmētādū ꝛ cib⁹ minuēdis. Oportet preterea vt triticū pāis hiemis sit forti⁹ ꝛ fortioris soliditatis q̄ȝ panis estatis. Et silr illud qd̄ est de carnibus ꝛ q̄ sūt sicut ipe. Et vt fuit olera qb⁹ vescunł sicut caules ꝛ sicla ꝛ apiū ꝛ non attriplices neq̧ blitis ꝛ portulaca neq̧ scariola ꝛ silia. In autunno vero cauēdo a coitu ꝛ ab omnib⁹ alijs exiccantib⁹ ꝛ a fructib⁹ illi⁹ tēporis. In vere aūt a calidis ꝛ humidis abstinēdū. Et sic q̄lidi tatib⁹ tēpoꝝ excessiuis cū ꝯtrarijs erit obuiandum.

¶ Capitulū.xxi.cōtinuat dictis dicēda ostēdēs qd̄ sit exercitiū ꝛ qd̄ eius oppositum.

Postq̄ȝ medic⁹ aerem atq̧ habitationē salubres ac dn̄o suo ꝯuenientes inuenerit dȝ ꝛ ei ꝯpetēs exercitiū ordinare dicēte Gal.i li.d

dissolutiõe ꝯtinua. ꝙ oportet pñ ius eum q̃ vult custodire sanitatem ad duas res intentionẽ suam dirigere: quarũ vna est ad corpus cũ cibo cõueniẽte loco eius quod dissolutũ est de ipso: et de hoc nos postea dicemus. Alia est mundificatio ab ipso eius qđ generatũ est de superfluitatibꝰ ciborũ: ideo dicamus ꝙ cum per exercitium balneum et huius natura corporis iam dictis sit soluta euacuare superfluitates propterea conuniẽs est vt prediximꝰ ꝙ medicus electus faciat dominũ suum exercitare considerans illud Rasis dictum in almansoris quarto capitulo primo sic scribentis. Sanitas conseruatur bonitate mẽsurationis motus et quietis atq; comestionis et potus etc. Quod sensit Galienus in secundo de regimine sanitatis. capitulum primuz dicens. Si volumus custodire optime sanitatem incipiamus a laboribus: deinde sequantur cibi et potus deinde somni: deinde siusi sint venereis venerea. Et hec omnia sint moderata. hec ipse. Hunc processum igitur obseruabimus deinceps: quia primo de exercitio: et con siderandis circa ipsuz scribemus: deinde de cibatione et cibis omnibus postea vero de potu et sic de aliis successiue. Uerum cum dicat Aristo. in. xxj. problematum problemate. xj. ꝙ omne iuxta contrarium magis videtur contrariorũ. et in tertio de anima textu commenti. xxv. ꝙ vna pars contrarietatis seipsam et alteram sufficiens sit iudicare sicut rectum quod index est sui et obliqui: vt in primo dixit eiusdem a quo commentator Auerrois accepit in tertio prealle gati libri cõmẽto. xxi. cũ inq̇t ꝙ oppositũ intelligit̃ p suũ oppositum: Cũ ita sit igitur mihi videtur ꝙ volẽti tractare de exercitio debeat et cõuenienter tractare de sui opposito: scilicet de quiete: et quia ita est ꝙ cũ quis vult aliquid inuestigare oportet vt nomen eius diffiniat vt dixit Gal. in primo de ingenio sanitatis capitulo quĩto. Et fuit sententia Aristo. in primo posteriorũ dicentis. Ante omnem demonstrationem opportet p̄cognoscere qđ est et quia est, etc. Diffinire igit̃ oportet vnũ quodq; istorũ si de eis aliquid ratiocinari vel demonstrari voluerimus. Quoniã tunc asserimus rationẽ cũ diffinimus aut demonstramus: vt philosophus ait in primo de anima textu cõmenti xlviij. Diffiniẽtes ergo exercitium primitus dicemus cum Auicenna in tertia primi doctrina scđa capitulo p̄io. Exercituũ ẽ motꝰ volũtarius propter quẽ hanelitꝰ magnꝰ et freq̄uẽs est necessarius. et istud videtur sensisse Gal. in secundo de regimine sanitatis capitulo primo dicẽs. Exercitiũ ẽ motꝰ vehemẽs ĩ tm̃ vt alteret respirationẽ ĩ maiꝰ vl' minꝰ velocius vl' spissiꝰ. Auerrois vero in sexto colliget sic ipsum descripsit. Exercitiũ vniuersalit̃ ẽ mẽbrorũ motꝰ aliqua volũtate. et hoc fit ꝓprie ĩ mẽbris motũ volũtariũ habentibꝰ. Sz Fulgẽtiꝰ volẽs exercitiĩ iuuamẽta et vtilitates explicare sic ipsuz diffiniũt. Exercitiũ ẽ humane vite ꝯseruatio: caloris naturalis lima. et exercitatio dormitãtis nature: supfluitatũ ꝯsumptio et virtutũ roboratio: tẽporis lucrum: ocio inimicũ: iuuẽtutis debitũ: senectutis gaudiũ: ille ergo solꝰ se ab exercitio abstineat q̃ sanitatis gaudio vult carere. q̃ descriptiões lz ĩ v̈bis differãt ĩ vna tñ sentẽtia ꝯueniũt dicẽte Gal. in p̄io de ingenio sanitatis. c. vj. ꝙ vnũ qđq; diuersis diffinitiõibꝰ põt diffiniri in

xbis tñ differentibꝰ ⁊ nõ in significatione ⁊c. Ex quibꝰ satis haberi potest quid sit quies ⁊ priuatio exercitij tamen dicemus cũ Aristote. in octauo phisicorum textu commẽti. vij. dicentis. Quies nihil aliud est nisi priuatio motus vt in presenti proposito spectat priuatio exercitationis et laboris. Que ociositas potest appellari ex qua tot ⁊ tanta: cum superflua fuerit in corpus: pueniunt nocumenta quod ⁊ quantas exercitium potest afferre vtilitates. Post posito igitur exercitio ⁊ eius differentijs que quinquagintaquinqꝫ sunt: vt declarat Conciliato: in differẽtia. cxviij. de quibus nihil intendo dicere. Nec de omnibus speciebus eius q̃ fere sunt infinite: vt Auicena dixit in tertia primi scribemus: sed tantuꝫ quod magis vtile videbitur prosequemur de quiete itaqꝫ in primis agamꝰ: deinde de exercitio.

¶ Capitulum vigesimũ secũdũ pertractat de nocumẽtis ex nimia quiete ⁊ ex ocio prouenientibus.

Iuuamenta exercitatiõis clarius apparebũt si priꝰ nocumẽta q̃etis ostẽdemꝰ q̃ ⁊ si innumerabilia existãt tñ i genere loquẽtes de ipsis dicemus in primis cum Auerroi in commento canticoruꝫ. clxxxiij. dicens. Quies et ocium infrigidant corpus: quoniam ex omissione motus augetur et manificatur fumosa superfluitas super calorem naturalem. et ex ea sic extinguitur sicut ignis cum fumo premitur et supra ipsum. dominatur: est enim necessaria calori naturali inspiratio sicut igni euentatio quod sensit Auicẽna i textu dicẽs. Quiete ifrigidaẗ calor sicut ⁊ flãma fumo extinguitur: cum ita sit igitur ꝙ quies infrigidet corpus verissima est illa Isaac sententia i vniuersalibus dietis capitulo. xx. dicẽtis. Nihil inimicabilius regende sanitatꝭ existit ꝙ ociositas ⁊ quies quod accepisseꝗ videtur Auerroys in sexto colliget cũ inquit. Omnimoda quies corpis nõ ingreditur viam sanitatis. ex quo satis liquet ꝙ viam ingrediẗ egritudinis cum ad plures perducat infirmitates ⁊ ad ethicam precipue senectutis dicẽte Auicenna in tertia primi doc. secũda. capitulo primo. Exercitiuꝫ relinquens in ethicam frequenter incurrit quoniam membrorum debilitantur virtutes: propterea ꝙ motum dimittunt qui innatũ eis defert spirituꝫ qui vite cuiusqꝫ mẽbri instrumentum existit ex qua ethica magna cum difficultate et in longo tempore vix potest sublevari cum dicat Hipocrates in secũdo regiminis acutorum textu commenti. lj. Si corpora cõtra cõsuetudinẽ suam magis torpuerint quiete nõ possunt statim cõfortari ꝙ si quieuerint ⁊ requieuerint ꝑ longũ tẽpus postea vero q̃ ad laboris exercitia fuerint trãslata malũ ⁊c. Et propterea dixit Aristote. in prima problematũ ꝓblemate. xiiij. quies ventrẽ impinguat aliud vero corpus subtiliat: idest macrefacit. motus aũt ⁊ operatiões oppositũ operãtur. q̇ textus vt nobis videtur sic est exponendꝰ: quies ventrẽ impinguat: idest interiora corporis ex quiete pluribꝰ malis humoribus ⁊ frigidis replẽtur: cui expositioni videtur concordare Auicenne sententia in textu cõmenti canticorũ cxlv. dicens. Ultima quies est inconueniens neqꝫ est Iuuamentuꝫ in vltimitate eius: immo ipsa replet corpꝰ humiditatibꝰ neqꝫ dispo

uit corpus et aliquem cibū. cum ita sit ergo quod quies ad deiectionē perducat appetitus: et ad malaruz humiditatuz repletionem que cūctorum morborum sunt semina et principium iure merito cum Aristotele concludendum est dicente in.xiiij. problematum problemate vij. q putrefit quiescens quod autem est in motu aut omnino impu trescibile aut minus hoc patitur et quo videtur accepisse. Ouidius in primo libro de ponto dicens. Cernis vt ignauuz corrumpit inertia corpus. Ut capiunt vitium ni moueātur aque. Cōcludendū est etiā cum Galieno in libro de euchimia et cachochimia capitulo .iij. dicēte Maximum enim est malum ad sanitatis custodiam quies corporis sicut maximum bonum moderata motio. Cuius dicti rationem assignat ipse in libro de Tipoiectiga tione et tremore dicens. Quies est corruptio corporibus quibus conuenit moueri. Quomodo autez sit corruptio sic deduci potest corruptio ad putrefactionem sequitur: putrefactio vero ad malorum humorum collectionez. Que collectio humorum illaudabilium ex nimia prouenit quiete: igitur a primo ad vltimum. Quies fuit causa et principium corruptionis corporis: vt ex iam dictis patet. Et propter ea nullus quiescere debz hora qua ra tionabiliter exercendum esset: sic enim quies reprobatur et non ab solute: quod ille metrificans sensit cū ait. Ocia nullus amet nisi sint coniuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo.

¶ Capitulum .xxiiij. ostendit que sint Iuuamenta et vtilitates exercitij: in animam et corpus peruenientes.

Semper si vnum cōtrariorum est malum reliquum est bonum: quemadmodum dixit Aristote. in postpredicamentis capitulo secundo. Ideo dicendum est q quiete mala existēte motum siue exercitium bonum esse: et sicut illa pessima, hoc optimum fore ad sanitatis conseruationem cū non solum eius vtilitas ad corpus sed vsqz ad animam ipsam perueniat: vt sensit Gal. in libro quem de exercitio cum parua spera nominauit. ca. illius secundo dicēs. Exercitiorum enim quoddam non solum corpus sed animam letaz reddere potest Et post pauca subdit. Tante enim in ipso potens fit anima motionis q multi quidem liberati sunt ab egritudinibus sanisi solum. Et post aliqua subiunxit. Laudo exercitium quod corporis sanitatem prebet: et partium cōformitatem et anime virtutem. Et postea inquit. Ipsum enim scilicet exercitium animam potens est ad omnia iuuare: et corporis partes &c. Et in libro de assuetudinibus sic ait. Que exercitantur particule corporis fortiores simul et solidiores fiunt: et scdm hoc possūt ferre proprios mot9 alijs melius quecūqz, ppter inexercitationē molliores sūt et imbecilliores. Hippocrates quoqz i libro d aere et aqua hoc voluisse videt cū ait. Exercitiuz laboris tolerātia prestat. Quies aūt et requies timorē et ignaniā. Labor vero et agitatio animositatē ministrat. a qb9 accepit Auerroys in sexto colliget cū dixit. Iuuamentum exercitij tēperati vniuersale est: qr spiritū intrisecū augmētat: et superfluitates mēbrorum nutrimēti expellit et resoluit. Sic igit nō solū corpi: sz iteriori aie exercitiū videtur cōferre. Fo=

tificat preterea exercitium calorem naturalem et ipsum augmentat dicente Auicenna in tertia primi. doctrina secunda. capitulo primo. Exercitium est id quod calor innatus renouatur: et corpori leuitatis cofert vsum: ipsum namque subtilem facit colorem et quod ex superfluitatibus cogregatur quaque die dissoluit. Et subdit. Et preter hoc quod calorem innatu acerescere facit iuncturas et chordas duras efficit. Qua obrez operatioes efficere possut: et a passionibus secure fiunt: et mebra apta reddit ad nutrimetuz recipienduz: et eorum duricie resoluit: et ipsa facit lenia: et humiditates subtiliat: et poros dilatet etc. Quod etia sensit Haliabas in. v. Theorice. capitulo. xij. dices. Necessariu fuit exercitiu triu causa vtilitatu. Prima est vt naturale expergefaceret calore et expergefactu augeret. Unde coforttatus cibos fortius traheret: velociusque digereret: illosque mebra susciperet: secuda supfluitates quoque corporis dissolueret: tertia quo mebra eo indurescerent et coforttaretur: aliorum cu alijs repressioe: ideoque et in suis coforttaretur actionibus: remortioraque fierent ab incomodorum susceptioe. Que quide fuit sentetia Galieni in secudo de regimine sanitatis. c. primo dicetis. Utilitates exercitij sunt due ad euacuatione supfluitatum et ad bonam valitudinem solidoruz corporum: quia exercitiu est vehemes motus: et ideo necesse est hec tria fieri in exercitato corpore: duriciez organorum inuicem contritorum quare sequitur impassibilitas eorum et ad actiones robur: augmentatio nemque caloris naturalis ad quam sequitur relictorum attrahatio fortis: et alteratio paratior: et nutricatio melior: et effusio omnium corporu quam solida quidem mollificantur, humida vero subtiliantur: et pori latiores efficiutur: spiritusque fortiore motu ad que sequitur demu euacuatio superfluitatum. Et infra sic inquit. Commune est omnium exercitiorum naturalem calorem animalibus ex ipsis proprijs animalium corporibus augere concludendum est igitur et aliud exercitij iunamentum cum Gal. in secundo libro de accidenti et morbo. ca. iij. dicente. Calor naturalis confortatur et augmetatur ex motu ad qua caloris innati confortationem cetere in corpus proueniunt vtilitates et operationum perfectiones quarum vtilitatum prima est virtutum corporis. fortificatio dicente Gal. in secundo aphorismorum commento. xlviij. Utile exercitium nam commouet naturalem calorem et validas facit: que in membris sunt virtutes naturales animales et vitales: fortificando igitur naturales carnosum reddit corpus: vt dixit Auice. in canticis tertu commenti. cxliij. Exercitiu disponit corpus ad hoc vt nutriatur: et disponit paruum vt augeatur. Quod sensit Aristote. in. v. problematum problemate. xiij. superius allega. dicentis. Motus et fricationes vetrem quidem subtiliant. aliud vero corpus ingrossant sicut quies oppositum facit: augendo autem virtutes animales et vitales exercitium mundificat et expellit a corpore superfluitates: et per consequens a futuris liberat infirmitatibus longe melius quam si cum medicinis farmacis corpus purgaretur: vt infra scilicet in sequeti capitulo dicemus.

¶ Capitulum. xxiij. ostendit quod exercitium conseruet optime sanitate et melius quam si corpus dieta vel solutiuis purgaret medicinis.

Quam

Quam preciosus sit sanitatis thesaurus dixit Ecclesiastic⁹ in.c.xxx. sic inquiēs Melior est pauper san⁹ ⁊ fortis virib⁹ q̃ꝫ diues imbecillis et flagellat⁹ malitia: salus aīe in sanctitate iusticie maior est omni auro ⁊ argēto: ⁊ corp⁹ validū q̃ꝫ census imme̅sus: q: non est census sup census salutis corpis. Qđ etiā sensit Commētator sectaꝝ cū ait. Sanitate nō inuenit aliqđ vtilius: q: sine sanitate nec carpentarius opat: neqꝫ rector exponere pōt neqꝫ grammatic⁹: ⁊ vt ampli⁹ dicat nulla ars sine sanitate perfici pōt. ⁊ fuit in paucis verbis Gal. cōprehensa snīa in.ij. alimētoꝝ.c.x. dicētis. sanitas est res dignissima studēti viuere scd̄m naturā. preciosum igit iure merito atqꝫ dignissimū id dicēdū erit quod sanitatis erit conseruatiuū: quemadmodum est exrcitiū dicete Auicē.in.iij. primi doc.ij. in principio qđ plurimū regiminis cōseruationis sanitatis est vt nos exercitemur. ⁊ fuit snīa Almansoris in quarto.c.j. dicētis. Sanitas cōseruat bonitate mensurat iōis mot⁹ ⁊ quietis ⁊c. Et in.ij.c. eiusdē inquit. Sanitatē cōseruare volenti ante comestionem moueri necesse est. idem quoqꝫ sensit Isaac i vniuersalibus dietis.c.xx. dicens. Exercitia ad digerēdum et ad sanitatem optima sunt ⁊ Auenzoar in suo Teisir.c. primo idē voluit cū ait. Conueniūt medici ꝙ exercitium tēperatū: siue fiat pedib⁹: siue equo adiuuat in conseruatiōe sanitatis dūmodo tēpus excedat: ante quos oēs Gal. dixerat in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.j. sic. Amicoꝝ meoꝝ quicūqꝫ vacāt circa exercitia ⁊ ordinatiuā dietationez oēs video semper sanos. ⁊ in.c.iij. eiusdē sic etiā inquit. Maximū em̄ est malū ad sanitatis custodiā qes corporis: sicut maximū bonum est moderata motio: neqꝫ em̄ egrotabit oīno debite dietatus ⁊ exercitatus. a quo sumpsit Auerroys id qđ in.vj. colliget scripsit. s. cū ait. Vniuersaliter tēperatū exercitium conseruande sanitatis mirabilis causa existit: ⁊ malicia que propter priuationem exercitij accidit in carceratis manifestat: q: eoꝝ facies cacetice fiunt: ⁊ eoꝝ color est impur⁹: et oēs ipsoꝝ operatiōes sunt lese: quoꝝ omniū causa ⁊ principiuz a principe philosophoꝝ Aristotele declaratur in prima problematū. problemate.liij. vbi dixit. Nō oportet densare carnē ad sanitatē: sꝫ rarificare: quemadmoduz ciuitas sana ⁊ locus bene euētabilis: ꝓpter qđ ⁊ mare sanum est: ita et corpus bene exabile magis sanū est: oportet em̄ in eo aut nullā existere supfluitatem: aut ab hac quidē velocissime alteretur: ⁊ semper sic habere corpus ꝙ accipiens confestim expurget superfluitatē: ⁊ esse in motione ⁊ nō quiescere: qđ em̄ manet nō putrefit quēadmodū aqua que mouetur: putrefacta aūt egritudinem facit: qđ aūt expurgat priusq̃ꝫ corrūpatur separet: hoc aūt cōdensata carne nō fit: ecce igit quantū ad sanitatis custodiā faciat exercitiū. ¶ Quō aūt hoc faciat ⁊ qualiter melius q̃ꝫ purgantes medicine quereret quispiā: cui dicem⁹ cū Gal. in primo de regimine sanitatis circa finem dicente. Exercitium soluit ⁊ euacuat per poros supfluitates. et infra subiunxit Melius est euacuare superfluitates corporis que in cute exercitio q̃ꝫ attenuatiuis cibis vel farmacijs. Qm̄ farmacie calide sunt ⁊ sicce: et quib⁹ exiccātur carnes ⁊ attenuant solida: in exer=

citio vero nihil nocet corpus: imo roborātur organa calore naturali reuiuificato: ⁊ ea que adinuicē mē brorum rarificatione: duricie: ⁊ impassibilitate innata. qđ etiaz dixit Auicen. tertia primi doc. ij. c. j. Qui exercitatur secundum modum sue equalitatis: ⁊ in hora sua nullo indiget eorũ medicamentorum que materialib⁹ sunt necessaria egritudinibus. Et in canticis suis textu cō mēti. cxliij. sic quoqꝫ ait. Ex exercitijs decet qđ fit moderatũ tēperatum ⁊ equale: nam equat ⁊ tēperat corpora: ⁊ efficit egressuz superfluitatum: qđ cũ ita sit cōcludemus cũ Auerroi in cōmento. cxlvij. canticorum. q corpus exercitatũ non indiget proculdubio in aliquo euacuatiōe facta per farmaciā vel phlebotomiā. similiter cum Gal. in tertio aphorismorum. cōmento. xxj. dicente. Exercitia mũdificando corpus a futuris liberant infirmitatibus: et per cōsequens sanitatē cōseruāt. ⁊ iure merito preciosissima sunt dicenda: sicut nos ea initio huius capituli appellabamus.

Capitulũ. xxxv. ostendit que corpora se exercere nō debeant et que moueri nō possunt quid loco eius facere habeat.

Exercitiũ q̄tuz est ex se est vnicuiqꝫ vtile ⁊ necessariũ: vt in capitulo visum est superiori. quantum in quā est ex se: q2 merito indispositorũ exercitantiũ potest non modo nō iuuare: sed ⁊ plurimum nocere: ⁊ causam esse q̄plurimũ infirmitatuz et interitus etiā eorũ q̄ facile quē ad modũ cibus in se semp bon⁹ famelico cōfert: repleto vero nō modicũ nocet. quāobrem dicendũ esse deinceps mihi videt necessarie quo corpora exerceri nō debeant vt errare nō contingat: sicut sepenumero vidi nonnullos a semita veritatis deuiare credentes exercitij iuuamēta vnicuiqꝫ equaliter esse cōmunia. dicamus ergo cum Gal. in tertio aphorismorum cōmento. xxj. sic scribente. Corpora repleta aliq malo humore exercitari nō debent anteq̄ euacuentur: quēadmodum enī mordacissimi canes cum dormiunt nō sunt irritandi: sic ⁊ mali humores exercitio nō apti euacuati non sunt cũ eo cōmonēdi ne moti ⁊ alterati putrescant ⁊ aliquam egritudinez faciant. Quod voluit etiā Auicē. in tertio primi doc. secũda. c. iij. dicens. Hora qua inceptio exercitij preparat oportet vt corp⁹ sit mundũ ⁊ ne in partib⁹ intraneorum ⁊ venarum chimi siluestres et mali existant quos exercitiũ in corpore diffundat. Repleta igit ⁊ non pura corpora sunt ab exercitio prohibita Similit inanita et gracilia habētes corpora nō sunt exercēda scōm Hypocratis sententiam in secũdo aphorismorũ aphorismo. xvj. dicentis. Ubi indigentia nō oportet laborare. ⁊ Auicen. in parte secunda canticorũ textu cōmēti. xlv. idem sensisse videt cum ait. Macer non debet exercitari: ne ipsius dissolutio augeatur. Et p macros intelligit etiā corpora colerica: vt inquit Auerrois ipsum exponendo. Nos aũt sic putamus superaddendum esse forte scilicet exercitio: qm̄ moderatũ nō dissoluit nec debilē: vt manifestũ est. Aliqui etiā vt valde senes ⁊ egri ⁊ cōualescentes et huiusmodi cōuenienter exercitari non possunt: qui tamen. Gal. consilio vti debent dicentis in libro de euchimia ⁊ cachochimia q quicũqꝫ ppter etatē nō possunt exercita-

ri ante cibum:hi abstineant a grossis cibarijs:quicunq vero sunt omnino ociosi: neq ipsi accedant ad tales cibos qnimmo appensionibus vel deambulationibus p fortioribus vtãtur exercitijs. In libello vero de exercitio cũ parua spera sic inquit. Qui conuenienter exercitari nõ possunt fricationibus mollibus vel balneis calidis vti debẽt hoc em suauissimum est et quiescere egentib⁹ oportunissimũ et ibecilli:et seni:et puero valde pferẽs. Nec vlla quis effici debet admiratione si nõ potentes exercitari fricari debeant:qm fricatio est ac si esset altera pars exercitij q̃ cũ fuerit mollis laxat si autẽ multa macrescere facit:si vero temperata: ingrossat: vt voluit Auicẽ. in tertia primi doctrina scda.c.iiij.et fuit snia Aristo. in.xxxviij. problematum problemate primo dicentis. Fricationes augent carnem et faciunt caliditatem sicut quodã exercitio vt idem ait in.xxxij. eorũdem particula pblemate scdo. Non solum aũt debilibus sed etiã reliquis exercitandis fricatio videtur vtilis necessaria cum Auicenna in tertia primi doc. secunda.c.ij.sic scripserit. Oportet vt qui exercitatur prius fricatione preparetur que naturã viuificat et poros dilatat:que cũ re aspera fiat et fuit snia Gal. in scda de regimine sanitatis dicentis. Qui exercitãdus est non confestim fortiter est mouẽdus nisi ante fricationẽ preparetur:hoc tamen et si vtile sit nõ in vsu habetur obseruãdũ tñ esset. Nec minus illud memorie tradendum est vt q̃ se exercet cõfestim fortiter non moueatur:sed paulatim motum augendo continue pcedat sicut etiã in sequenti capitulo dicemus. Et hec de non debẽtib⁹ exerceri dicta in presentiarũ sufficiant.

¶ Capitulum.xxvj.ostendit que et quot fieri oporteat antequam exercitandus suum incipiat exercitium.

Preterea q̃ dicta sunt in calce precedentis capituli de fricatione que fieri debet ante exercitiũ: et de successiuo labore augmentãdo sunt et hec alia obseruanda scilicet anteq̃ ad exercitiũ quis etiam exercitandus accedat quorum primũ est vt exercitium faciendum pportionetur cibo pãssumpto scdm q̃ voluit Isaac in vniuersalib⁹ dietis capitulo.viij.dicens cum aliqs exercitans carnib⁹ pullorũ dietet se vel perdicum cito dissolute inde generãtur debilitates:et in vltimo capitulo preallegati libri sic ait in magnis exercitijs si dieta accipiat subtilis velociter deficiunt:et consumũtur carnes:et ptisim incidũt. Uolentes itaq fortiter laborare grossiori se reficiant dieta: subtili vero qui debiliter seu parũ:media vero q̃ mediocriter. Aliud ab exercitãdo oino obseruãdũ est vt antequam incipiat laborare proposse conetur communes expellere superfluitates sicut iubet Auicenna in tertia primi doctrina secunda capitulo tertio dicens. Oportet vt qui exercitatur superfluitates prius ab interioribus expellat:scz intestinis et vesica deinde se exercitet:que fuit Galieni sententia in secundo de regimine sanitatis cuz inquit. Ac exercitia sũt agenda cũ minxerint et egerint ne quid horuz robore caloris qui in exercitijs ad ambitum corporis reducatur:per has igitur principales dedit et alias intelligere superfluitates nasi sci-

licet oris &c. Debet preterea exerci
tādus anteq̄ ad motū perveniat suf
fultas: graves & suffocātes: si quas
habuerit vestes deponere iuxta sen
tentiā Aristotelis in scđa problema-
tū p. xxx. dicentis cū indumēto em̄
q̄uis valde moderate q̄s labora-
bit cito sudat propter caliditatē que
est ab indumento & propter hoc ma-
gis colorati fiunt nudi currentes
etate eis q̄ in indumentis: q̄re quē
admodū oēs in bñ euentabilib⁹ lo
cis habitātes magis bene colora-
ti sunt eis q̄ in suffocatis habitant
sic & ipse seipso qñ homo i bono spi
raculo est & tunc magis coloratus
est qñ suffocatus fuerit & commo-
tus ab aliquo estu multo qđ ma-
gis figit indumēto currēti. hec ipse
Rationē aūt dictorū assignās Pe
trus padubanensis noster in com
mēto dicit. Est aūt corpus indutū
hic intelligere vestitū cooperimen
tis multis calidis tale em̄ cū exer-
citationibus quodā estu inflāma-
bile statim & plus superfluitatū eli-
quatione mouebunt q̄ possint dis
solui & expelli: ita q̄ intus remanē
tes mote declinabunt in articulo-
rum vacuitates: & motū difficilem
reddent. Si ergo regula dispositio
ne corporis ad exercitium vt neq̄
sit omnino nudū neq̄ vestimentis
estuantibus coopertum. ¶ Atten-
dendum est postremo q̄ si exertitā
dus aliquod membrorū suorū ha-
buerit infirmū vel debile: non erit
omnino mouendū aut parum exer
citandum sicut inquit princeps in
loco superi⁹ allegato cum ait. Exer
citio vtens sibi cauere dz ne exerci
tij calefactio ad id quod ex mēbris
suis est debile perueniat nisi scđm
modū consequendi: & exemplū po
suit de varicosis qui superiora ma
gis q̄ iferiora debēt exercere. Qđ &
de alijs pariter ē itelligēdū: q̄re &c.

¶ Capitulū. xxvij. declarat q̄
nec hora repletionis neq̄ hora
omnimode inanitionis sit exer
citandum.

Vna de rebus maxie ante
exercitiū cōsiderādis est
hora: de q̄ duo faciēda sūt
capitula. Primū quorū
ostendet qua hora nō sit
exercitandū: scđm vero declarabit
qua hora securissime sit laborādū.
Dicam⁹ ergo de primo q̄ q̄ horam
sui laboris incōuenientē elegit lon
ge magis peccauit q̄ si omnino quiet⁹
permāsisset quemadmodū plerique
post crapulā dubitantes se tantā
cibi & potus nō posse dirigere q̄ti
tatē ꝯfestim forti se exposuerūt exer
citio ex quo infirmati sunt: & nōnul
li eorū interiere: eo q̄ repleti labo-
rauerūt & propter hoc dicem⁹ primo
q̄ nullo pacto post cibū donec di-
gestus fuerit se dz q̄s fortiter ex-
ercitari vt voluit Isaac in vniuer-
salib⁹ dictis capitulo vltimo dicēs.
Si exercitia ad dirigēdū & ad sani
tatē optima sunt: q̄ post cibū erunt
maxime sanitatē ipediūt: quoniā
antecedētē cibū calefaciūt & ebul-
liētē anq̄ excoquat̄ eijciūt. q̄ cū ad
epar crudus & indigestus veniat
in venis epatis humores adunan
tur grossi: & postea concludens ait.
Quare oportet post cibū exercitia
& labores vitare: sicut & requies an
te cibū fugienda erit. qđ etiā sensit
Auicē. in tertia primi doctrina se-
cunda. capitulo septimo di. Illico
post comestionē nō est dormiendū
cibo natantem. & a forti motu q̄tū
plus possibile est abstinendum: ne
cibus anteq̄ digeratur penetret
aut sine digestiōe labatur: aut pro-
pter inundationē corrumpatur. &
infra in doctrina quinta. c. secūdo
dixit. Amplius equitare nō debet

quis plenus ne cibus corrumpatur &c. Quanto igitur minus alio fortiori motu non est laborandum. hoc etiam voluit Rasis in quarto Almansoris. c. secundo sic scribens. Post comestionem a forti motu ac longi temporis omnino est cavendum: sicut enim motus ante comestionem factus sanitatis est conservativus: ita post comestionem egritudinis invenitur generativus cuius quidem causam posuit Gal. in secundo de regimine sanitatis cum ait. si enim antequam cibus digestus sit exerceatur cum exercitium conferat redditionibus ciborum cum crudi & indigesti cibi in ventre vel epate contineantur quare nondum digesti attrahuntur ad omnia membra & eis totum replebitur corpus. quod clarius in libro de euchimia et cachochimia. c. tertio expressit dicens. Ad sanitatis custodiam maximum bonum erit moderata motio cum hoc tamen intelligatur quod nemo ullo moveatur motu forti supra cibum quia sicut est maximum bonum ad sanitatem exercitium ante cibum: ita est nocivissimus omnis motus supra cibum. distribuitur enim ex ventre cibus antequam digeratur: & exinde multitudo crudorum humorum aggregatur secundum venas ex quibus assueverunt egritudines omnimode fieri: unde intelligendum est quod non sine causa dixerit Galienus. Nemo ullo moveatur motu forti post cibum: quoniam levi deambulatione post cibum potest absque ullo nocumento se quisque movere dicente Avicen. in tertia primi doctrina secunda capitulo septimo quemadmodum oportet motum qui est ante comestionem debilem non esse: ita necesse est ei ne motus qui est post ipsam sit nisi molliter et suaviter. & in eodem. c. iterum dixit. Ruffus inquit incessus hic: scilicet mollis & suavis mihi placet & proprie post prandium: quoniam bonitatem operationis cene preparat. Sic igitur post cibum suaviter erit deambulandum et non fortiter laborandum. Dicimus etiam secundo principaliter quod in anitionis tempore & postquam famis advenit desiderium: si nihil aliud impedierit non sit exercendum: ut colligitur ex dictis Hippocra. in secundo aphorismorum aphorismo. xvi. dicens ubi indigentia non oportet laborare: & Galienus in commento. & in tertio Techni. ex sententia Avicenne in tertia primi dicentis. Quando forte exercitium necessarium est: bonum est ne sit stomachus vehementer inanitus: immo sit in eo paucum nutriens. Et infra dixit. Amplius qui exercitatur si plenus est: melius est quam si exercitetur quando est vacuus: & ly melius exponendum est: scilicet minus malum. quod expresse dixit etiam Galienus in loco preallegato parte illa. Melius est calefacto quam infrigidato: & repleto magis quam evacuato &c. Ex quibus patet quod hora inanitionis est deterior: & exercitio inconvenientior quam hora repletionis: licet utraque sit damnanda.

¶ Capitulum. xxviij. docet cognoscere horam electam: & ad exercitandum convenientem: & quando ipsa sit per sua signa.

Diximus supra que sint hore illaudabiles ad exercitandum: nunc vero dicendum quae hora sit ab auctoribus ad illud approbata: sive ut alii dicunt electa: & dicemus quod exercitandum est post prime & secunde digestionis celebrationem quae hora motui convenientissima existit unicuique etati: complexioni: sexui: & regioni. iuxta sententiam Conciliatoris nostri in differentia. cxviij. Quequidem fuit Principis Avicen. in tertia primi dicentis. Oportet ut

in hora exercitij corpus sit mundū et vt cibus exterius iam sit digestꝰ in stomacho: ⁊ epate: ⁊ venis: ⁊ vt alterius cibi hora iam aduenerit. Qđ etiā voluit Auerrois ins cōmē to.cxliij.cāticoruȝ dicēs. Cōueniēs tēpus ad exercitandū est cū cōpleta fuerit digestio: nā cū sit ante cōplemētū digestiōis ipm qđ ē est ceteris rebus nocibiliꝰ: ⁊ hoc q: tūc facit egredi ⁊ transire cibū indigestum: ⁊ in summa corrūpit ipsum. quod innuit etiā Galie. in secūdo de regimine sanitatis cū inqt. Si volumus custodire optime sanitatē incipimus a laboribus: deinde sequant cibi ⁊ potꝰ: deinde somni ⁊c. Et infra clarius hoc idē expressit dicēs. Tēpus exercitij est optimū qn̄ hic extremus cibus pfecte fuerit digestꝰ duabꝰ digestionibꝰ: ⁊ que in vētre: ⁊ q̄ in epate: ⁊ alteriꝰ instat cibꝰ. Si vero an̄ exerceantur cibi nōdū digesti attrahuntur ad oīa mēbra: ⁊ eis totū replebit corpus. Et in libro de dissolutione cōtinua sic quoqꝫ scripsit. Quādo motus seqnt cibū descendit cibus de stomacho pter digestionē suam: et intrat venas sine mutatione: et adducit in epate opilationem: ⁊ renibꝰ: ⁊ reliquis mēbris morbū ⁊c. Sȝ dicet quis qn̄ hanc horam aduenisse cognoscemus: hoc profecto non poteris explicare cuȝ tanta sit etatum complexionum: stomachorum: ciborumqꝫ comestorum diuersitas: cui respondebimus dicendo ꝙ in rei veritate tale tempus tribus: nec quatuor: nec quinqꝫ: et sic de alijs horis non potest explicari vt bene p opponentē obijciebat: sȝ tunc sciemus certissime talē horaȝ aduenisse quando signa ipsuȝ demonstrantia apparebunt obijciebatur: sed tunc que in vrina videbuntur: vt Gal. voluit loco superiꝰ allegato dicens. Cum vrina moderate citrina fuerit significat tunc secundam factam esse digestionem: et tunc exercitandum. Cum autem aquosa. s. non citrina: sed sicut aqua vel rubea: idest ignea minime. Ignea enim apparet vrina post famis aduentum et post laborem immoderatuȝ: vt princeps voluit in secunda primi. Cum auteȝ talis apparuerit vrina non est exercitandum: sicut idem iussit in tertia primi docto. secunda. c. iij. cum ait. Horam exercitij et complementi primarum digestionum declarat vrine secundum substantiam et colorem maturatio. et subdit. cum enim iam longe fuerit et natura aliquo tempore in nutrimento ministrare desierit et igneitas in vrina accensa fuerit ⁊ citrinitas naturalis terminum transierit: exercitium impediens erit: quoniam virtutem deijciet: tunc igitur non erit aliquo pacto exercitandum: sȝ potius cum cibo et potu virtuti succurrendum: hoc itaqꝫ obseruetur: vt anteqꝫ ad exercitium accedamus. vrinam nostram inspiciamus que si aquosa fuerit et alba velut aqua nondum aduenit hora laborandi: quia digestio non est perfecta. Si autem erit ignea iam hora pertransiuit. Si vero citrina non dubitemus de hora quoniam tunc est presens: ⁊ precipue si stomachus percipiatur alleuiatꝰ non inflatus nec extensus: non grauis habens rugitum eructationem eiusdem saporis cū cibo preassumpto: neqꝫ singultū aut grauitatem in capite ⁊ hmōi: vt dixit princeps in. xiij. tertij. c. xvij.

¶ Capitulū. xxix. ōn̄dit qđ genꝰ exercitij vnicuiqꝫ ꝯplexiōi: etati: sexui ⁊c. ꝯueniēs sit ⁊ necessariū.

Cum q̄plura sint exercitij gn̄a: vidēdū ē de inceps qd̄ maxie faciat ad sanitatis custodiā ꝛ ad ipsius cōseruationez vt vnusquisqꝫ intelligat quo gn̄e laboris sit ei exercēdū atqꝫ vtēdū. Dicam⁹ ergo ꝙ oīm sapientū intentio sit vt id laudabile sit exercitiū in quo singule corpis ptes equaliter se monēt ꝛ exercent quemadmodū dixit Gal. in li. de exercitio cū parua spera. c. iij. cū ait exercitiū i quo ptes equaliter exercitant maxie qdē ad sanitatē cōfert ꝛ cōmēsuritatē habitus opat: necqꝫ immēsuratā carnositatē necqꝫ supercellētē q̄litatē ferēs: sꝫ ad robur indigētes act⁹ sufficiēs ꝛ oib⁹ q̄ velocitate indigēt aptissimū qd̄ ꝛ in tertio Techni textu cō. xxxix. replicauit di. Ex exercitio quidē opꝫ vt eligat̄ species in qua moueant̄ mēbra oia corporis scd̄m ꝓportionē: ꝛ nō laboret aliquod eoꝝ plus, ꝛ aliqd̄ eoꝝ min⁹. ꝛ in secūdo de regimine sanitatis sic etiā ait. Oia mēbra sanis cōseruāda sunt mouēda. ꝛ iterū in libello de exercitio cū parua spera sic scripsit in iij. c. Opꝫ veꝝ dicere: solū enim illud iustissime laudabile est exercitiū qd̄ mouens est oēs corpis particulas. Et infra dixit. Si ad sanitatē examines inquātū inequaliter exercitate sunt particule corpis in tantū: nec sanatiuū est exercitium. Necesse enim est ita has quidē superflue laborare: alias vero i ocio manere oīno: neutrū aūt eoꝝ ē bonū: sed vtrūqꝫ egritudinū subnutrit semina: ꝛ virtutē imbecillē operat̄. Hec igit̄ est rō ꝓpter quā vniuersale opꝫ esse exercitiū ꝛ singulis partibus corporis cōe. Nec ex hoc dꝫ q̄spiā admirari: qꝛ vnūqd̄qꝫ membrū exercitiū hꝫ sibi ꝓpriū. vt dit Auicē. in. iij. j. c. sepi⁹ allegato. nō solū enim exteriora mēbra pn̄t exerceri vt vnusquisqꝫ satis intelligit: sed etiā interiora: pectus enim ꝛ membra hanelitus: ꝛ os: ꝛ ligua exercentur voce graui ꝛ magna: et qn̄qꝫ acuta: ꝛ iter eas mixta: vt ꝑinceps ait vbi supra. vbi docuit vt de minori ad vocē maiorē in vociferādo sit paulatim trāseūdū dicēs. Ad legēdū ꝑterea suauiter est inci piēdū: deinde vox ordinate est exaltāda: postea vero cū vox fortior facta fuerit ꝛ crescit: ꝛ longa fuerit tp̄s ipsi⁹ ponēdū erit tēperatū: qm̄ tūc magnū affert iuuamētū ꝯsilr̄ visus exercet̄ res inspiciendo minutas: et quandoque ordinando ipsum: vt res luminosas leuiter intuatur. Auditus vero sonos auscultando occultos: ꝛ quandoqꝫ auscultando magnos et sic de reliquis intelligi potest suo modo. Qua autem exercitij specie hec omnia perfici possint sciendum ꝙ nulla accommodatio reperitur quemadmodum est illa exercitij species que ludendo cum parua spera: siue pila perficitur: in qua quidem si bene cōsideratur membra omnia corporis se mouēt. Et propterea Gal. librum de tali labore composuit: quem sepius in superioribus allegauimus: in quo libro inter cetera dixit. Laudo exercitium quod et corporis sanitatem prebet: et partium conformitatem et anime virtutem quemadmodum est illud quod per paruam fit speram: animam enim est potens ad omnia iuuare: ꝛ corporis partes consimiliter ꝛc. Laudauit etiam Gal. in eo libro aliud predicto fortius exercitium pro robustiorib⁹ omnibus dicens. Quicunqꝫ canum ductiones ꝛ altam venationem adinuenerunt delectatione: ꝛ gaudio: ꝛ curialitate: eum qui in ipsis laborem temperantes: valde sapien-

tes fuerūt: ꝛ naturā hūanā certissi me docti. Hoc tamen genus exercitij p delicatis ꝯuenire nō videt̄ aliquo pacto. Et ꝓpterea Auicen. vbi supra dixit ꝙ corporis debilis exercitium oportet vt sit debile: ꝛ corporis fortis vt sit forte: ꝛ ideo vnusquisqꝫ homo scḋm se habet exercitium sibi propriū ꝛ cōsuetū: vt idē dixit ibidem. quo consueto ꝛ sibi conueniente se debet vnusquisqꝫ exercere: sicut etiā precepit Rasis in. iiij. Almansoris. c. ij: cū ait. Sanitatem cōseruare volēti ante comestionez moueri necesse est: motu aūt quisqꝫ vti dꝫ sibi cōsueto q̄ vires ipsi⁹ nō excedat. Et ideo nō q̄litercunqꝫ oīs homo se debet exercitare vt nōnulli idiote sūt opinati. Quare ꝛc.

¶ Capitulū trigesimū ostendit que quantitas ꝛ mēsura: siue q̄s terminus exercitij vniuscuiusqꝫ esse debeat.

Si vtile fuit in superioribus de qualitate exercitij determinare non minus necessariū i presentiarū existimo de quātitate ipsius pertractandū esse: quoniā aliqui possent opinari ꝙ quodcunqꝫ bonū p augmentum eius nō solum in meli⁹: sed etiam in optimum posset deuenire: qđ cum ita se crederent facile ꝑ itarent bono: ꝛ intantū a nobis laudato exercitio q̄s maxime: ꝛ etiā vltra proprias vires forsitan exercendū esse qui nō solū deciperētur: sꝫ hoc faciētes i breui vitā cū morte cōmutarent: quāobrē intelligāt quod sicut moderatū exercitiuꝫ ad corporis facit salutē: sic ad ꝑniciez adducit superfluū et immēsuratū scḋm ꝙ sensit Auicen. in textu commenti. cxlv. canticorū dicētis. Immoderatū exercitiū proprie dicitur labor: quiquidez spiritum euacuat ꝛ educit: ꝛ emacerat pingues ꝛ carnosos violētia dolorū: ꝛ faciat corpus senescere ante etatem senectutis. ꝛ in parte secunda eorūdē ait. Non est exercitandū exercitio magno et forti ꝛc. Cuius ratio a Gal. exprimitur in tertio de regimine sanitatis dicente. Nihil relinquitur in corpore nisi siccitas ex immoderato motu. Et in quinto libro eiusdē sic inquit. Acuta exercitia quoꝝ motus sunt veloces attenuāt corpus. Et infra iterū dixit. Multa exercitia siccāt: moderata vera carnē faciūt. Qđ et in quarto de simplici medicina replicauit dicens. Exercitium forte superflue fortitudinis et solis facit acquirere corpora calida fortia superfluā fortitudinem corpora vero que nō sunt ita exercitium forte: et sol faciunt acquirere debilitatē: ꝛ resoluunt: et postremo infrigidant ipsa. In libro quoqꝫ de exercitio cū parua spera. c. ij. sic inquit. Fortassis existimabit me quispiā laudare: ꝛ alia q̄cūqꝫ attenuāt corpus exercitia: hoc aūt nō est ita: immensuritatem enim ego vbiqꝫ vitupero: ꝛ oēm arteꝫ exercere aio. Oportere qđ cōmensuratuꝫ est ꝛ si quid mēsura caret id nō esse bonū dicimus. Et cōcludēs dicit. Igitur neqꝫ cursum laudo attenuātem habitum: neqꝫ oīno ab exercitio abstinere inbeo. quā sententiā secutus Haliabas in quinto Theorice. c. j. sic inquit. Exercitio si q̄ temperatorū corpoꝝ tēperato vtantur modo ante balneum: ꝛ ante ciborum horam: calor cōfortat̄ naturalis: superflua a corporib⁹ dissoluunt̄: mēbra roborant̄: digestio ꝓcurat̄: fitqꝫ in naturaliū numero que corporis faciunt sanitatē. Si autez quiuis eo immoderatius vtatur: laboretqꝫ

plurimum calefit corpus eius: febres emergũt. Et si imoderate ei⁹ vsui diutius operam dederit: calor dissoluitur: naturalis virtus debilitatur ꝛ deficit: ꝛ ꝓpterea relictis extremis mediũ in omnib⁹ est eligendũ: cũ autẽ metiri hoc medium sit difficile diuersorũ anni tempoꝝ complexionũ: etatum: artiũ: ꝛ consuetudinũ diuersitate ꝓpterea pro regula vniuersali ab vnoquoqꝫ tenendũ est ꝙ tunc ad debiti ꝛ conuenientis exercitij terminũ deuentũ est: cũ incipit ad motionẽ consequi corporis defatigatio scḋm sententiã omniũ antiquoꝝ. dixit eñ Rasis in quarto Almansoris. c. secundo. Motu tam diu nemo presumat donec fatigationẽ ꝛ multã sentiat grauedinẽ. Sed cũ vtitur motu ex quo laxari senserit dimisso motu statim anteqꝫ aliquã inde consequatur lesionẽ quiescat. quod etiã voluit Hipocrates i scḋo aphorismorum aphorismo. xlviij. dicẽs. In oi motione corporis cũ ceperit q̄s dolere: quiescere statim remediũ est. ꝛ Galien⁹ in tertio Techni parte illa in gymnasijs qñ primũ incipit dolere corpus ꝛc. Et in libro de exercitio cũ parua spera cũ ait. Quãtum scḋm vnamquãqꝫ vtilitatẽ intendit ꝛ remitti debeat exercitium scribere quidẽ nõ est possibile: quãtitas enĩ in vnoquoqꝫ indicibilis ẽ in ipsis vero operibus inuenire et ostẽdere possibile est in quo ꝛ maxime dominat̃ ꝛc. Auicen. aũt i tertia primi. ca. sepius allegato clari⁹ de hac materia locut⁹ est dicẽs. In quãtitate exercitij tres res sũt cõsiderãde. Una ẽ calor qñ dũ in ipso bonitas augetur adhuc est hora. s. exercendi. Secunda est motus qñ dum leues perseuerãt adhuc ẽ hora. Et tertia est mẽbroꝝ dispositio scḋm ipsorum in inflammationem: qñ dum ipsoꝝ augetur inflammatio adhuc est hora Cum autem iste dispositiones ceperint ꝛ sudor vaporalis ꝛ resudatio liquida facta fuerit dimittendũ erit exercitium: ꝛ finiendũ. Que oĩa in sanis et bñ cõplexionatis corporibus sunt intelligẽda cũ in sua naturali dispositione cõseruari voluerint qñ nõ bene cõplexionata corpora vt flegmatica quã doqꝫ dictum terminum debent ꝑterire precipue qñ perduci ad meliorem dispositionem desiderarent: quare ꝛc.

¶ Capitulum. xxxj. ostẽdit. Que ab exercitatis sint obseruanda post exercitium conueniens in qualitate ꝛ q̃titate.

Quid faciendum sit: quidqꝫ obseruandũ post exercitium a laborãtibus nolum⁹ sicco calamo preterire: cũ ad p̄sentis ꝓpositi faciat complementũ ꝛ longe magis ad sanitatis cõseruationẽ vt ferme cunctorum hominũ error intelligat qui postqꝫ laborauerint illico ad corpus reficiẽdũ prolabunt̃. Qḋ tamẽ est contra philosophorũ ac medicoꝝ oim sententiã cũ dicat Aristo. in prima problematũ ꝓblematibus. xxviij. ꝛ xxx. Qḋ exercitatis nõ debem⁹ confestim cibum offerre: ꝛ causam subiunxit dicẽs: qꝛ adhuc nõ requieuit laborãs: neqꝫ segregate sunt superfluitates: in quoꝝ quidẽ problematum vltimo cõmento Petrus paduanensis noster sic ait. Scias ꝙ ille qui exercitatur dummodo fuerit forte exercitiũ seu labor nõ debet statim comedere aut bibere etiam: immo oportet prius corpus quietari: qꝛ tunc superfluitatibus adhuc purgatur: tum qꝛ ꝓpter calorẽ eius

dissеminatū p̄ totū nō posset cibos
digerere assumptos:cū in digestio
ne oportеat calidū circa vētrē adu=
nari:vñ ipsi scʒ cibi in superfluita=
tes ꝛ nō in nutrimēta corporis cō=
uertuntur.ꝛ ideo regula est in regi
mine sanitatis ꝙ in nimio exerci=
tio positis ante cibū parū quiesce=
re oportet.que sunt verba Dama=
sceni in suis aphorismis ad literā.
ꝛ postea in calce cōmenti sic subiū=
xit. Laborās ꝛ qui exercitat̄ vniuer
saliter nō sedatus est a motu ad=
huc:lʒ enim videat̄ quiescere exte=
rius mēbra tñ adhuc mouent̄:ꝛ ti=
tillant ꝑpter virtutē motꝰ impres=
sam sibi ab anima:neqꝫ etiā super
fluitates segregate per motū:sunt
expulse oīno.hec ipse.Quiescendū
igitur erit post exercitium aliquan
tulper vt calor naturalis paulatim
ad intrinseca retrocedat:postea ve
ro comedendū erit atqꝫ bibendū se
cure:dummodo cibi boni post mo
tū assumant̄ dicente Gal̄.in tertio
de regimine sanitatis.ꝙ oēs labo=
riosi euchimo indigent cibo.Et in
tertio de alimentis.c.xxix.Omniū
aūt dictoꝝ piscium alimentū opti
mū nō exercitantibus:ꝛ senibus:
ꝛ debilibus:ꝛ cōualescentibꝰ:quo=
niā qui exercitantur magis nutri=
tiuis cibis indigēt.a quo sumpsis=
se videtur ꝑrinceps cum in tertia
ꝑmi doctrina.ij.c.vij.dixit.Pisces
et que eis assimilantur post labo=
riosum exercitium comedendi non
sunt:corrumpentur enim et corrū=
pent humores.Et post multa i eo=
dem capitulo expressit.Quid cela=
uerat in eo verbo:ꝛ que eis assimi
lant̄.loquens de fructibus sic ait.
Si exercitati alijs regant̄ rebus et
nō istis.s.fructibꝰ recentibꝰ eis me
lius erit:qm̄ oīs res que sanguinē
implet aquositate q̄ incorpore ebu=
lit sicut succus fructus:licet ea ho=
ra iuuamentū prestet tamē ipsum
scilicet corpus ad putrefactionem
parat:qd̄ aūte de his explicauit:et
de alijs cachochimis cibis dedit i=
telligere:qui aūt sint huiusmodi:ꝛ
qui euchimi siue boni:ꝛ quomodo
vtēdi sint in sequētibꝰ dicemus si
omnipotēti placuerit: verūtamen
qꝛ actus coitus vna species exerci
tij videt̄ esse cum in eo notabiliter
corpus laborat:ꝛ in eo consimilia
his que de exercitio diximus sunt
obseruāda ꝛ fere quātū ad oīa cū
exercitio videtur cōuenire:ideo de
ipso cōsequēter quedā nō inutilia
subiungemus:nō ignorātes tamē
ꝙ secundū Haliabatē ꝛ Johanni=
tium coitus ipse sub euacuatione
contineatur.secundū vero Hali.et
Gal̄.in Techni sub accidentibus
anime.Nobis tamē placuit in pre
sentiarum ipsum sub motu colloca
re ante dicta iam ratione.

¶Capitulum.xxvij.ostendit qd̄
sit coitus:ꝛ de qua specie eiꝰ sit
determinandū:postremo decla
rat appetitus mulieris ad ve=
nerem insatiabilitatem.

Mordebunt me liuo=
ri:satis scio qd̄ de re
obscena ad virum ca=
stissimū ꝛ cōtinētissi=
mum scripserim. Qui
bene cōsiderant ꝙ in
verbis turpitudo nō existit:ꝛ ꝙ res
ista ad operis huiꝰ faciat integri=
tatē ꝛ ad sanitatis amicorū faciat
cōseruationē,itelligēt id potiꝰ scri=
bēdū esse q̄ silētio ꝑtereūdū.Sʒ
ipsis dimissis ad ꝓpositū meū de=
uenio ꝛ dico cū Cōciliatore i diffe=
rentia.xxiiij.ꝙ coitus est maris et
femine in membris generationis
applicatio:qua superfluum expel=
litur quātū ad finem speciei vel in
diuidui ordinati.Cuiꝰ duplex exi=

rit finis. Uenus quidē principalior. s. in speciei generationē: vnde in. v. Theorice. c. xxxvj. Haliabas inqt. Natura coitū in animali cōstituit generādi cā: vt inde species permaneret animaliū. Et iō dixit Isaac in. vj. viatici. Deus in animalib⁹ in coitu admirabilē ac insepabilē (al's insuperabilē) delectationē exhibuit: ne forte coit⁹ abominatiōe ꝯstrueret generatio. Per vim nāqꝫ generatiuā species diuino ꝛ imortali esse participātinquātū possunt. vt in de aīa ꝛ de generatione animaliū secūdis dixit Aristo. vnde Auerrois cōmētator sic ait. Solicitudo diuina cū nō potuerit facere scōm indiuiduū aīal permanere: miserta est dādo ei virtutē qua posset ꝑmanere in specie. hec ipse in. ij. de aīa commēto. xxxiiij. Ali⁹ quoqꝫ coit⁹ finis ē secūdari⁹: ꝛ hic qdē est duplex. Unus qdē vt necessarius ꝛ approbādus ꝛ ad regimē sanitatis ordinatus: de quo ꝑsens propositū determinabit. Alter vero inutilis magis ꝛ illicit⁹ vt propter delectationē ꝛ paruā ꝯsuetudinē peractus: quē vt finē optimū ꝑponunt aliqꝫ necessarijs plurimi. vnꝺ Haliabas i. v. Theorice c. superi⁹ allegato ait. Maioris ꝑtis hominū in appetēdo coitū delectationis cā ꝑponit: paucorū ꝟo finis ꝛ propositū est liberorū ꝓductio: de quo etiā coitu in ꝑsenti sermone nō intēdo verba facere: pariter nec de illo q̄ a natura ꝛ a legib⁹ fuit ꝓhibit⁹. de quo Auicē. i. xx. iij. c. v. sic inqt. Coit⁹ quidē cū infantibus est fedus apud multitudinez gētiū: ꝛ ꝓhibitus in lege. Sꝫ volo de eo coitu dicere qui catholicis ē cōcessus: ꝛ inter maritū ꝛ vxorē necessarius: i quo nō solū quo ad animā: sed quo ad corpus grauissima ꝛ q̄ꝫ plurima cōmittunt peccata superfluitatis ꝛ inordinationis rōne. Nesciunt enim pleriqꝫ quātum delinquāt: qꝺ equidē intelligēt si hūc meū librū quādoqꝫ plegerint: ꝛ de sua magis curabūt salute: q̄ꝫ ꝺ sua etiā formosissime mulieris delectatione. Que forsitā erit vt ꝛ alie mulieres naturaliter isatiabiles. sicut in. xxxix. puerbiorū Salomonis. c. colligit. cū tria insatiabilia exponeret. que fuit sententia Aristo. in iiij. problematum: ꝓblemate. xxvj. in cuius cōmento Petrus padubanensis noster sic inquit. Mulieres sunt insatiabiles: ꝛ maxime iuuēcule quarū meatus adhuc sunt angusti eo ꝙ modica est humiditas que cogitur expelli mota ꝛ liquata per fricationē: q̄ quia modica est: cito infrigidatur non potens expelli ꝓpter qꝺ iterū appetunt fricari vt expellatur. Nō est igitur tutum velle cum eis contendere: nedum velle: vt nōnulli faciunt eas superare: qꝛ isatiabiles ꝛ masculis luxuriosiores existunt. iuxta illud Nasonis de arte dicentis. Mollibus i̇ꝑtis admugit femina tauro Femina: cornipedi semꝑ adhinit equo Fortior in nobis nec tam furiosa libido est: Legitimū finē flāma virilis habet. Et fuit sententia Auicenne in. xxj. tertij. capitulo secundo dicentis. Multiplicatur delectatio mulierum in coitu super delectationē virorum propterea ꝙ ipse delectantur ex motu spermatis viri in ore matricis earum descendēdo: ꝛ propter motū qui accidit matrici: ꝛ propter fricationem. Idem quoqꝫ dixit in nono libro de animalibus vbi inquit. ꝙ duplatur delectatio feminarum ꝛc. Idē Haliabas in qnto Teorice. Padubanēsi tñ nostro placuit i. xv. cōmēto. iiij. problematū ꝙ mulierū delectatio maior sit extēsiue: itensiue ve

ro ea que masculorũ maior. quicq̃d tñ sit: certũ est ꝙ plurimũ delectãt ⁊ in tantũ ꝙ viri sapientes nõ debent velle earum insatiabilẽ appetitum adimplere: ne superflue coeuntes in nocumẽta: ⁊ egritudines infra dicendas incidãt: ⁊ p̃cipue si ad hoc apti minime existũt : vt in processu scribemus.

¶ Capitulũ. xxxiij. ostẽdit iuuamẽta ⁊ vtilitates coitus moderati: ⁊ d̃clarat nocumẽta que accidũt ex dimissione eius cum assuetus fuerat.

IN hoc capitulo viri castissimi religiosi ac ↄtinẽtissimi nõ igrediũt: tũ q2 iassueti: tũ q2 sobrij: ie iunãtes ⁊ ꝓmonẽtia ad venerẽ fugientes: ⁊ vinũ precipue potens in quo: vt Apostolus inq̃t: est luxuria. Sȝ id q̃d scribimus ad eos dirigit: oppositũ eius q̃d dictũ est faciũt: ⁊ ad hos p̃cipue q̃ venerẽ exercere cõsueuerũt. Qui si eã dimittãt ⁊ ociosam ac lautã mẽsam nõ reliquerint: intelligãt eis aduenire q̃d scripsit Galie. in. v. Theorice. c. xxxvi. vbi ait. Si huius sup̃fluitas. s. spermatica: suis aucta in vasis coitu nõ purgat: nec poterit eã expellere natura in inguinib⁹ fit ⁊ alijs simul extẽsio: omnisq3 i corpore grauitas sepeq3 suis sperma calefit in vasis fitq3 febris q̃m mẽbra hec q̃dem post illa calefiũt donec cordi calor ille cõtinuet: nonnũq3 aũt ei⁹ ascẽdunt ad cerebrũ vapores: vbi ⁊ pessimos generãt morbos. ⁊ infra magis addidit ꝙ dimissio coitus hebetudinẽ sensuũ ⁊ intellect⁹ parit. ⁊ capiti accidit grauitas ⁊ visui tenebre: ⁊ frãgit corp⁹: ⁊ appetitus iminuit cibor ũ: ⁊ nõnunq3 cõplexio declinat a statu suo. Aliquoties etiã patit maniã ex vaporib⁹ spermatis ad cerebrũ ascẽdẽtib⁹ sepe quoq3 fit corpori frigus: ⁊ nõ nũq3 tremor p̃cordiorꝫ pectoris attractio: sepeetiã scotomia ⁊ vertigo ⁊c. Cui⁹ simile dixit Hali rodã in iij. techni. cõmento. xxxi. cuius hec est series. Si superfluitas aggregata in corpore ex spermate: ⁊ non egredit per coitũ coarctat in corpore: ⁊ generant ex ea egritudines male. q̃d est q2 ex coarctatione seminis generant ex eo vapores mali q̃ ascendũt ad cor ⁊ cerebrũ et stomachũ ⁊ corrũpunt sanitatẽ illorũ membrorꝫ ⁊ generãt egritudinem. Et fortasis ex eo est aliq̃d simile veneno viperino: sicut accidit ei q̃ cõsuenit cultũ ⁊ dimittit eũ lõgo tempore ex debilitate appetit⁹ cibi ⁊ pigritia a motibus a generatiõe humoris melãcholici ⁊ fortasse corrũpitur ⁊ exiccat ex eo q̃d est simile virtuti veneni: sicut illud q̃d accidit viduis ex suffocatiõe matricis: ⁊ multis virorũ qui moriunt ex eo subito. hec ipse Hali ad literã a q̃bus videt princeps accepisse in pria tertij tractatu quinto capitulo octauo cum dicit. Quãdoq3 accidit homini vt in vasis suis seminalibus aggregetur sperma plurimũ ⁊ corrumpatur et infrigidetur et conuertatur ad qualitatem venenosam et accidit ei sicut epilepsia. Et in vigesimo tertij. capitulo decimo sic ait. Plurimorũ quorum complexio requirit coitum : cum ipsum dimittunt infrigidat corpus et cadit appetitus cibi: ita vt ipsum etiam non recipiat. ⁊ postea subdit. Et quandoq3 accidit viro ex dimissione coitus ⁊ abundãtia spermatis ⁊ frigore eius et conuersione ipsius ad ventositatẽ: ⁊ forsitã vult dicere ad venenositatēȝ vt mittat sperma ad cor ⁊ cerebrũ va-

porē malū vctosuz: vł magis credo venenosuz: sicut accidit mulierib⁹ ex coartatiōe matricis. Et ite℞ in xxi. tertij. capitu. ij. sic ait. Retētio spermatis est mala valde. Et in cā ticis etiā dixit Coit⁹ cōmēdat iuuenib⁹: quaten⁹ p eū a nocumētis pniciosis liberent. in cui⁹ comēto scilicet. cliij. dixit Auerrois. Si coitu vsi nō fuerint attingēt ei morbi magni ⁊ illaudabiles. Quod etiā sensit Haliabas loco⁹ superi⁹ allegato cū ait. His itaq3 de causis si vtatur cū opus sit hō coitu ⁊ cū i snis huiusmodi supfluitas augeł vasis sentitq3 in corpore grauitatē ⁊ titillationē: stat im vt celebrauerit alleuiatū sentiet corp⁹ i pigritiā: v͛tutēq3 ⁊ ei⁹ augeł appetitus. Deinđ subiūxit. Si ergo coitu vt oportet q̄s vtał: cogitatiōes cedūt: ira mitigał: melāc̄holie pdest passioni: pdest etiā phlegmaticis morbis: sōniorūq3 medeł multitudini ⁊ appetitū ꝯfortat. Et propterea dixit Almāsor in libro quarto capitulo sexto Uiri pterea ac mulieres cū appetūt coire debēt: qđ q̄dē faciāt nature nō repugnātes. Cui⁹ causaz ⁊ rōnē idē subiūxit i cap. xvij. eiusdē libri cū ait. Coit⁹ corp⁹ repletū alleuiat ⁊ animā hilarē ⁊ letā efficit eiusq3 auget leuitatē. Irā quoq3 sedat: ac cogitationē remouet. Et infra. Coit⁹ pterea caput alleuiat atq3 sensus. Que q̄dem fuit sentētia Aristo. in. xxx. problematō problete primo dicens. Post venerea plurimi magis leti fiunt quicunq3 superfluitatem multam emittunt cum spermate: alleuiantur enim a superabundantia superfluitatis: ⁊ hec ē. s. cā letitie. a q̄ sūpsit Auerrois cū scripsit i. vj. colliget. Coit⁹ moderato vsu ꝯueniēs existit. Qđ nō cōcedim⁹ nisi q2 sperma ē vna supfluitas pparata a natura vt expellatur sicut ⁊ alie supfluitates: excepto q᷑ i se bona est ⁊c. Hec quoq3 fuit sapiētis Gał. sentētia in sexto de regimine sanitatis. Cōmune venereo℞ actuū cōmoderatio. naz in culpabilib⁹ cōstructionib⁹ corpis neq3 oportet omnino a venereis abstinere. Et in. vj. iterio℞. c. iiij. Uirtus spmatis fortis est: in mulierib⁹ aūt frigidius ⁊ humidi⁹: ideo q3 necesse est a mulierib⁹ emitti multā spermatis q̄titatē habētib⁹. Qđ etiam viris necessariū est ⁊ sanguineis maxime q̄ nisi nubant caput eo℞ aggranatur: febricitant: appetitus ⁊ digestio debilitantur. Cognoui ego quosdā: q̄ cum abstinerēt se pter venerabilitatē infrigidati sunt. Alij v͛o ceciderūt in tristiciam absq3 vlla cā. ⁊ in falsas cogitatiōes: sicut melancolici: ⁊ appetitus et digestio infirmate sunt. Uidi quoq3 alios pter angustiā vxoris sue abstinuisse: q̄ fuerāt assueti sepe coire: vnde appetitus eo℞ deficit: ⁊ paululū comedebāt: ⁊ nō digerebał s3 multū vomitu eijciebał. Qđ cōsiderās certificauit cōtinentiā coeundi magis q̄ mēstrua nocere. maxime corporib⁹ in quibus mali humores sunt: ⁊ assuetis requie. Et postea subdit Diogenes in hmōi abstinentia fortissim⁹ fuit coitu tamē semp vsus est: cū sciret nocumētum a spermate sibi nō fore modicū si abstinētia pateretur: fertur em̄ pueris iussisse meretricē accersiri: q̄ cū moraretur mēbrū fricās pollnit se. Cūq3 meretrix venisset. ait: qđ volui manus mea fecit. Unde mōstratur q᷑ venerabiles nō faciūt hoc causa delectatiōis: s3 vt supfluitatē emittāt: hec ipse Galien⁹. Fidelib⁹ tamē innuptis nō licet hmōi ppetrare. et pterea dicebat Apostol⁹ prio ad corithios septimo. Qui nō se cōtinēt nubāt, ⁊ prio ad

Timotheū.v. volo aūt iuniores nubere ꝛ filios procreare ꝛc. Qui aūt nubere nolunt aut nō possūt: vt q̄ sacerdotes sint ꝛ a venere abstinere voluerint sine lesione debēt ab inducētib⁹ eam ꝛ promouētib⁹ infra dicēdis se precauere. vt in duobus vltimis de hac materia capitulis ostendemus.

Capitulum .xxxiiij. declarat que nocumenta proueniant ex superfluo coitu ꝛ frequentato: in membra ꝛ totum corpus.

Nocumēta supflui coit⁹ sunt lōge plura q̄ vtilitates ꝛ iuuamēta moderati. Unde licet superius moderatus coit⁹ sit approbat⁹ ad salutē corpis robusti ꝛ iuuenis cōseruādā: sic ipresentiarū supfluus ꝛ frequētat⁹ coitus detestatur: cū nō solū aliq̄b⁹ partib⁹: sed etiā toti corpi nocumenta ei⁹ sint cōmunia. Nocet em̄ oculis primo: vt voluit Auicē. i tertio tertij. c. v. cum dixit. Multiplicatio coit⁹ est nocibilior res oculo ꝛ similiter multiplicatio ebrietatis ꝛc. Qđ etiā sensit Rasis in quarto almāsoris. c. xvij. dicēs. q̄ coitu sepe vtit̄ oculoꝝ hʒ cōcauitatē. Et ifra. Coit⁹ mult⁹ ꝛ frequens oculos fortiter ledit. Que etiā fuit Aristo. sentētia i quarto pblematū pblemate. ij. dicētis. Plurimo coitu vtētes manifestissime in oculis ꝛ anchis patiūtur. Nocet quoq̄ neruis coit⁹ plurim⁹: vt dixit princeps i scđo tertij. c. j. ꝛ Rasis vbi supra. atq̄ neruosis mēbris oib⁹. ꝛ p̄cipue stomacho dicēte Auicē. i. xiij. tertij. c. vltimo p̄mi tractat⁹. Coit⁹ est ex reb⁹ magis nociuis stomacho ꝛ dimissio eius est ex reb⁹ maxime cōferentibus ei. Et in decimo eiusdē capituli. v. inquit Dimissio coitus est cōuenientior res ei q̄ habet stomachū debilē. ꝛ deuitēt ipsum de mulierib⁹ q̄ abortū patiūt̄. Que fuit sentētia Aristo. i. iiij. problematū problemate. xvij. di. Coit⁹ infrigidat vētrē ꝛ exiccat. Nocet p̄terea etiā coitus faciens accelerare senectutē. vt inq̄t Hali in. iij. Techni. cōmento. xxxvij. dicēs. Et nō factus est error multis in coitu nociuus: nisi q̄ ꝓpter multitudinem eius accidat in corpore senect⁹ festina ante horā suā: p̄cipue ille cuius cōplexio testiculorū est frigida ꝛ sicca. Qđ etiā ꝯfirmat Auerrois, i canticorū cōmēto. clvj. dicēs. Nō solū hoc dicimus q̄ multus coitus debilitat corpus quinimmo qđ diminuat ꝛ abbreuiet valde vitā: facitq̄ eā valde breuiter ꝛ celeriter terminari. Aristoteles enim asserit q̄ animalia multi coitus sunt breuioris vite probās hoc ꝛ cōfirmās ex passeribus. que non viuunt nisi per annū solū inducens super hoc probationē: quoniā nō apparet nigredo super guttur illoꝝ q̄ videtur in autūno q̄ quidē nigredo significat super senes ex eis. Aristote. quoq̄. iiij. problematū problemate. xxj. inquit. Coeuntes exoluūtur ꝛ infirmiores fiunt vt frequenter. Et ꝓpterea multus coitus debilitat corpus: facitq̄ ipm̄ hereditare varias species nocumētorum ꝛ dolorum: vt inquit princeps in canticis textu cōmenti. clvj. ꝛ in. xxiij. tractatu primo. c. quinto sic ait. Coitus euacuat de substantia cibi postremi: quare debilitatē affert cuius simile alie non afferunt euacuatiōes: ꝛ euacuat de substantia spiritus rē plurimā propter delectationē. Et propter illud qui plus delectant̄ plus sunt cadentes in debilitatē: ꝛ coitus quidē velociter facit peruenire illum qui plurimum eo vti

tur ad infrigidationem sui corporis causa sui: et ad resolutionem caliditatis inate et ad mortificationē virtutis: et preparat ipsum in primis ad caliditatē fumosam adeo donec multiplicentur sup ipsū pili. dei nde succedūt ei infrigidatio cōpleta et debilitas sensuum: visus auditus: etc. et ad multas pducit egritudines vt idē ibi dixit. q̄ quidem fuit sententia Almāsoris loco allegato dicens. Est etiā valde obseruādum ne quis coitu sepe vtatur: et precipue q̄ ex eo velociter debilitatē incurrit ac appetitiue consequtur destructionē. et post aliqua subiūxit Quo etiā si quis vsus fuerit ethicam incurret: coitus etiā multus et frequēs neruis magnū infert nocumentū: oculosq3 fortiter ledit et corpis vires destruit: corpusq3 corrūpit ac debilitat: ad seniū quoq3 cito adducit. hec ipse. Nō solū aūt cito senescete facit: s3 etiā mori q3 facile supflue ipso vtētes dicēte Galie. in scdo de spermate. c. penultimo hec vba. Nō solum a serosa humiditate priuariōes animales particulas accidet ex supfluo coitu: sedet de vitali spiritu. Etenim et de hoc ex arterijs euacuat cū spermatica humiditate. Quocirca nullum mirabile est ibecilliores effici coeuntes multū priuato vniuerso corpore ab alterutro purissimo: adueniente aūt et delectatione: q̄ est in ipso q̄ p se sufficit exoluere vitale robur: nā quidā superflue delectati mortui sunt. hec ipse Sed vt cum Conciliatore nostro in differentia. cxxiij. oia vnico cōprehēdā verbo. dico q omnē corpi dispositionē acquirit prauā coitus supfluitas et frequētia: et ad summū totā animam dissipat et corpus corrūpit. Cuius quidē rō est qr coitus est emissio pure et naturalis caliditatis. vt i quito dicitur de animalibus. Et ideo ppter paruum errorem euacuationis ipsius fit magnum nocumentum. vt Auerrois inquit in. vj. colliget. Et fuit sentētia Haliabatis i. v. Theorice. c. xxxvj. dicētis. Nō ē em̄ sperma quemadmodum alie superfluitates: qbus oino natura non indiget q̄lia sunt emūctiones: sputa su dor: vrina: et similia sed ex meliori fit q̄ i corpore est substantia ac laudabiliori. Et post pauca subiūxit. Generatur etem̄ sperma ex claro puroq3 sanguine: quo principalia et prima pascūtur mēbra. postea cōcludit dicēs. Cum igitur coitus mēsuram excesserit: licet non tanta eo quantitatis vt phlebotomia vel aliter euacuetur: vehemētior tamē accidit inde virtutis dissolutio. Et ppter hoc quādo de homine sperma exiuit: multum discoloratur et debilitat suum corpus magis q3 si quadragesies exierit de eius corpore sanguis tātus: qr sperma est res habilitata vt trāseat in mēbra. sicut in. iij. lib. dicitur de animalium generatione. Et ideo q̄ vxores habēt perpulchras: q3tū delinquunt intelligāt. Et in senectute si ad eā peruenerit: podagras expectēt: qm̄ coitus nocet neruis: et ē magis adiuuās ad hoc vt fiat podagra. sicut Rasis inqt i libro diuisionū. c. cxx. et fuit sentētia Gal. i. vj. aphorismorum. cōmēto. xxx. dicētis. Coitus est fortis causa in generāda podagra. Simus itaq3 hac i re tēperati: ne podagras et alias supradictas incurramus infirmitates: aut mortem ipsam sicut aliqui quos nouimus interiere.

¶ Capitulum trigesimū quintum ostendit quibus naturis seu cōplexionibus coitus maxime noceat: et in quo anni tempore.

VT error superflui coitus omittatur: ⁊ presertim ab his quibꝰ maxime nociuus existit: mihi videt̃ tanq̃ vtile ⁊ necessariũ scribendũ esse: q̇ sunt hmõi quibꝰ plꝰ aliis plurimi coitꝰ frequẽtia sit interdicta. Et dicemꝰ prio ꝙ vt sentiũt sapiẽtes: hi maxime sunt q̇ sicce ⁊ frigide cõplexionis existũt: ⁊ q̇ melãcholice macilẽti ⁊ debiles naturaliter sũt fabricati: modicũ sanguinis ⁊ carnis habẽtes. Et ꝙ ita sit ptz per Haliabatẽ in. v. Theorice dicẽtem. Cũ vero est corporis frigida ⁊ sicca cõplexio: ⁊ hois eiusdẽ cõplexionis testes corpꝰ exile color viridis albꝰ aut croceꝰ eiusq; i corpore sperma ꝑpaucũ: si hmõi coitũ exerceat refrigeratur corpꝰ: naturalis debilitatur calor: ⁊ rarefactum eneruatur: nerui imbecilles fiunt: superuenit illi tremor sie marcor cardiaca: appetitus ciboꝝ defectio sicci fiũt illi morbi: artetica: pectoris passiões ac pulmonis. In cuiꝰ vsu si fuerit frequẽs corpꝰ cõsumitur ⁊ deficit spasmus accidit. Et cõcludit deide. Quare ab hmõi dominio cõplexiõis cauẽdus est coitus. Sed iam dictis nõ minus mala in quã breuibꝰ adduxit Hali rodoã i iii. Techni cõmento. xxxvii. cũ ait. Ex multitudine coitus accidit senectus in corpore festina ante horam suam: precipue illi cuius complexio testiculoꝝ est frigida ⁊ sicca. Quod etiam sensit Auicen. in canticis tertu commenti. xix. dicens. Coitus nequaq̃ concedat̃ macris: senibus: aut debilibus. Et Auerroys in. vi. colliget. c. de regimine corporũ calidoꝝ in fine sic inquit. Et coitꝰ nocet plꝰ ceteris oibꝰ complexionibꝰ: supple q̃ calidis: maxime aũt frigidis ⁊ siccis. Et inter cõplexiões calida ⁊ humida supfluũ potest leuius tolerare: ⁊ q̃ peiores sunt frigide ⁊ sicce: humidi vero. s. phlegmatici medio mõ se habẽt circa illos. q̃ fuit sentẽtia Rasis in. iiii. Almansoris. c. xvii. dicẽtis. A coitu etiã corpa habẽtes sicca: vt ab inimico interficiẽte: sibi cauere debẽt quo etiã si q̇s. s. macer multũ vsus fuerit: ethicã incurret: conualescẽtes quoq; ac debiles atq; macri: et quoꝝ nerui sunt debiles: coitũ omnino vitare debẽt. Et nos addimꝰ de auctoꝝ intẽtiõe in prescripto. c. ꝙ debilẽ habẽtes stomachũ aut visuz: aut auditũ: aut aliquẽ alioꝝ sẽsuz: ad coitũ frequentẽ nõ accedãt. Et similiter q̇ debilitatez appetitꝰ patiũtur: aut calculos ⁊ hmõi: quoniã inde manifestissimum ꝑcipiẽt nocumẽtũ: rõne etiã etatis cõsiderata grãdiores cõtineãtur a coitu supfluo inquantũ possunt. Seniores vero caueãt coitũ omnino. Similiter ⁊ insueti ⁊ precipue in autumno fugiẽdꝰ est coitꝰ quoniã est tẽpus nature ac vite cõtrariũ cũ calor i eo naturalis debilitetur: ⁊ siccitas fiat fortior. dixit Auicẽ. l. ii. i. summa de pulsibus. c. ix. ⁊. i. iiii. tractatu. ii. c. viii. ⁊ fuit sentẽtia Gal. i iii. aphorismoꝝ. cõmento. xxiii. dicẽtis. Stomachꝰ ⁊ intestina maxime patiũtur in autumno: cũ frigidũ ⁊ siccũ tẽpus sit: in quo maxima est grauitas ⁊ intẽperies. vt idẽ iquit in libro de spermate. et ꝓpterea est tẽpus mortiferũ. teste Aristo. i prima problematum. problemate. xxvii. In eo itaq; maxime coitus est fugiendus: ⁊ presertim a macilentis ⁊ debilibus vt dictũ est: quia facile egrotarent. Similiter licet non tantum in estate: audacius autem in hieme et vere: semper tamẽ hoc obseruando: vt potius raritati q̃ frequẽtie ⁊ multitudini intẽdatur.

Capitulũ. xxxvi.

Capitulum .xxxvi ostendit quibus naturis et corporibus coitus temperatus maxime conveniat: ac superfluus et frequens minus noceat.

Volo ut ex hoc capitulo qui nondum uxorem duxit: bene consulat si eam ducere possit sine sui corporis ac sanitatis detrimento: licet unusquisque ferme sibi videatur forte robustum: ac bene complexionatum esse: atque bene quotidiano coitu sufficientem. In hoc tamen errant plerique qui post paucum etiam temporis spacium: postquam uxorem duxerint ex venere frequentata discolorantur: debilitantur: macrescunt: infirmantur atque non pauci (ut nostris visum est temporibus) interire. Quod ne reliquis accidat: animadvertant queso si infra dicendas has habuerit conditiones. Quarum prima hec est: quod corpora habeant grossa rotunda: et sanguinem multum: ac venas amplas: et colorem rubeum: multosque pilos. ut Rasis inquit in iiij. Almansoris .c.xvij. Que etiam fuit sententia Aristo. in .iiij. problematum problemate .xxi. et Galienus in sexto de regimine sanitatis dicentis. Innoxia venerea solis humidis et calidis et omnibus qui natura multi sunt sparmatis: Grossissimi vero siccis complexionibus venerei actus: et amplius quanto fuerit siccitas frigiditati commixta et precipue cum crasis testiculorum fuerit huiusmodi: ut in precedenti patuit .c.v. talis complexio est semita ad mortem: ut in .ij. de complexionibus idem dixit. Secunda conditio respicienda est in qua etate sunt constituti. Quoniam ut consiliator inquit maxime convenit iuxta adolescentie finem: cum corporis augmentum incipiat desinere et ante parum ac in iuventute demum et in reliqua adolelescentia. In prima tamen maxime nocet modicum etiam superfluus: cum adhuc augmentum sit sufficienter intensum sintque diminuti adhuc et debiles. Deinde et minus competit coitus in senectute scilicet prima minime vero in senio. Et fuit sententia Ga. in secundo de regimine sanitatis cum dixit quod post labores sequi debent cibi et potus: deinde somni: postea vero venerea: debentibus quidem venereis uti. et subdit. Alia namque cuncta communia omnis sunt etatis: venerea vero adolescentium solum. Et ideo Hali abas etiam in .v. Theorice. Iuvamenta coitus omnia adolescenti ascripsit et iuveni primo: nec cuilibet tali: sed sanguineo rubeo forti ac sano: ut patet ex serie ipsius in .c.xxxvi. Et propterea delirant senes qui puellas non sibi: sed alijs potius ducunt uxores: vel filijs eorum adhuc crescentibus ac teneris feminas copulant: cum utraque etas illa sit a venere prohibita. ut diximus. cuius usus inordinatus: ut padubanensis inquit: precipue nocet sexui masculino: femelle vero parum: cum in eo laborent minime. Considerent preterea nubere volentes si preter hoc quod carnosi et iuvenes fuerint bene colorati: ac naturaliter rubei ut sanguinei existant quoniam ut idem ait Consiliator. et est mens antiquorum: coitus habentibus colorem rubeum flavum precipue convenit et per flavum intelligo hoc in loco rubeum obscurum et non clarum qui cholerам et sanguinem subtilem: et non verum et bonum sanguinem ostendit in corpore dominare. Habentibus autem colorem album qui phlegma significat ut Princeps ait in .ij. j. doct .iij. c. iij. coitus etiam interdicitur. Dicit enim Avicenna ibidem. Albedo signum est privationis sanguinis: aut paucitatis ipsius cum frigiditate quoniam si cum caliditate esset et humore cholerico: esset citrinitas. et subdit quod color rubeus significat multum sanguinis et ruffus et subruffus significant caliditatem: sed subruffus plus significat choleram rubeam: et ruffus significat sanguinem cholericum. Et per eo lore

ruffum intelligimus illum quem dicimus rubeum clarum. Qui igitur colorem habuerit rubeū et nō ruffum aut subruffum: maiorē ⁊ laudabiliorē habebit sanguinis quantitatē: ⁊ per consequēs tutius poterit veneri indulgere: qui autem colorē brunū siue fuscū habuerit minime: qm̄ vt Princeps ait vbi supra. Color fuscus vehementem significat frigiditatem: ob quā minuitur sanguis ⁊ congelatur: et ille paucus ad nigredinem tendit: et cutis mutat colorem. Demum considerent consuetudinē suam iam assueti assuetos labores ferre: etiā si fuerint imbecilles facilius ferunt. teste Hippocrate in secundo aphorismorum. aphorismo. xlix. His igitur obseruatis si omnia consentiunt: aut plurima: secure quis ducet vxorem: si vero prohibuerint: minime.

¶ Capitulum. xxxvij. ostendit in quo anni tempore: et in qua hora diei naturalis sit veneri operam dandum securius.

Quantum autumni tempore noceat veneri indulgere in fine. xxxv. capituli dictū est. In qua aūt parte anni bene carnosi iuuenes et ceteri possint vti frequētiori coitu securius: nondum dictū fuit: sed in presenti dicemus: et in qua etiam hora diei hoc facere debeamus ostendemus: vt minime nostra causa errare cōtingat. Dicam⁹ igitur primo sicut in autumno plusq̄ in alijs coitus nocet: sic in vere per oppositū confert: aut saltē minus nocet: cum ver sit sanissimū tēpus ⁊ minime morbiferū: vt dicit Hippocrates i tertio aphorismorū. aphorismo decimo. In cuius cōmento Galienus inquit. Ver est ceteris tēporibus sanius: quia tēperatius alijs. Et infra. Ver (sicut diximus) in suis temperatum est cōplexionibus. Et in primo de cōplexionibus. c. iiij. sic iterum ait. Qui existimat quod ver sit calidū ⁊ humidū: ⁊ non sit equale: errāt manifeste: quod intelligēdū est respectu corporis tēperati: respectu tamē aliorum temporū anni sine dubio calidū est ⁊ humidū: vt Cōciliator voluit in differētia sexagesimasexta. ⁊ fuit mēs Galieni in primo de febrib⁹ ad glauconem. c. ij. dicentis. Ver calidum est ⁊ humidū: vt est sanguis i nobis. que etiam fuit sententia Aristot. in quarta problematū. pblemate trigesimaprima dicentis. Natura veris calida est ⁊ humida: et propterea in eo operationes nutritiue sunt perfectiores: ⁊ hoc non accidit nisi propter multiplicationē caloris naturalis in corpore. vt inquit Auerrois in. ij. colliget. c. vltimo. Et propter hanc rationem tutius in vere possimus veneri indulgere. In hyeme quoq; satis etiā secure idem facere non dubitamus: licet frigida sit ⁊ humida. vt dixit Auic. in. ij. primi. et Galienus in primo de febribus ad glauconem. c. ij. Tamen quia calor in hyeme interiora ingreditur: ⁊ ibidē adunatur: propter hoc in hyeme digeritur multū: ⁊ per consequēs mult⁹ cibus est appetēdus. teste Galieno in primo aphorismorū. cōmento. xv. ⁊ Auicenna in secūda primi. doctrina secunda. c. sexto dicēs. Hyems ad digerendū est melior: propterea q̄ frigus substantiam caloris innati cōprehendit vnde fortior efficitur ⁊ non dissoluitur. ⁊c. Et ob hanc causam in hyeme coitus non prohibet̄: sicut per oppositas causas idem in estate nocibilior ⁊ prohibit⁹ magis existit. In autumno autem omnino detestatur. Hoc est igitur quod dicimus de coitu respectu temporū anni. Sed de horis diei naturalis idem ferme asserimus quod de horis exercitij dicebamus. Unde coitus fieri non debet nisi cor-

pus eo modo quo ibi diximus prepa-retur: sicut nobis innuit haliabas in v. theorice. c. xxxvi. cũ ait. Si cibo homo repletus: aut potu coitu vtatur debilitas eius fit corpori: eneruatio neruis: dolor in genibus: aliarũqꝫ contiguationũ: viscerũ oppilatio: generanturqꝫ abinde humores grossi: cuius vsus si hoc fiat modo frequẽs et assiduus hidropisis sequitur asma ꝛ tremor. Si vero famen patiens quis ad coitum accesserit: aut sitis molestia pressus: aut aliqua certa euacuationum specie exinanitus est: vt vomitu: solutione: phlebotomia ꝛ his similibꝰ aut statim post balneum: vel laborẽ vigiliisqꝫ: aut etiam post grauem tristitiam: corpus consumitur ꝛ desiccatur: calor dissoluitur naturalis: ciborũ immutatur appetitus: tenebratur visus: oculi fiunt concaui: ꝛ nõnunqꝫ defectus accidit ꝛ spasmus ꝛc. Et ꝓpter ea dixit Auicẽ. in. xx. tertij. c. x. Coitus bonꝰ est ille qui fit in hora anteqꝫ superfluitatũ sequitur euacuatio ꝛc. Qđ dictum sic intelligendũ est: scilicet anteqꝫ hora aduenerit in qua expellere oporteat superfluitates: quoniã cum ipse stimulant ꝛ exitum petunt: tunc iam hora coeundi pertransiuit. Et qđ ita sit: patet per ipsum dicentẽ in. c. ij. eiusdem. Et oportet ne coitus fiat necessitate fecis: aut mingendi mota: neqꝫ cũm exercitio et motu: aut post passionem animalem fortem ꝛc. Et postea subiũxit. Et oportet etiam ne coitus fiat super repletionem: quia prohibet digestionem et debilitat. neqꝫ coeat aliquis cum adest vacuitas iterum: hoc enim est nocibilius ꝛ onerosius nature: ꝛ magis perneccãs calorem innatum: ꝛ magis attrahens liquefactionem ꝛ ethicam. imo oportet vt fiat cum cibus descendit a stomacho: ꝛ completur digestio prima ꝛ secunda: ꝛ mediatur dispositio in digestione tertia. Et oportet ne coitus fiat super satietatem nauseatiuam: et post euacuationes fortes ex vomitu ꝛ fluxu ventris ꝛ motus corporeos et animales ꝛc. Que fuit sententia Galieni in tertio Techni textu commenti. xxxviij. dicentis. Tempus vsus coitus est quando perfecte medium earum que extrinsecus omnium circunstantiarum: neqꝫ super repletum corpus: neqꝫ indigens: neqꝫ infrigidatum: neqꝫ supercalefactum: aut exiccatum: aut humectatum immoderate. Si vero peccet aliquando corpus: paruum esto peccatum melius vero id est minus malum est calefacto magis qꝫ infrigidato: ꝛ repleto magis qꝫ euacuato: ꝛ humectato magis qꝫ exiccato corpore vt venereis hec ipse. Tamen periculosum est super repletionem ꝛ cenam vt communiter fit velle coire: quoniam incurrit podagras et dolores alios ille qui vtitur coitu immediate post cibum sumptum sicut dixit Auicenna in canticis textu commenti. clv. Recte igitur intelligatur verbum illud Gal. melius repleto qꝫ euacuato corpore vti venereis. Obseruent itaqꝫ ea que diximꝰ de coitu qui suam incolumen cupiunt sanitatem conseruare.

¶ Capitulũ. xxxviij. ostendit que fugere debeant religiosi ꝛ que dimittere volentes a coitu abstinere.

Sed cum pleriqꝫ viri continentes ꝛ religiosi reperiantur: qui suã omnipotẽti deo vouerũt castitatẽ: quibꝰ precedẽtia dicta deuenere non modo nõ sunt vtilia: sed nec quidẽ ab eis legenda aut inspiciẽda sunt: cum

potiꝰ omni ingenio oiqꝫ diligētia mē
te ac corpore ea que venereis sunt fu
gere conent̄. his ergo hoc capitulum
cōpilaui nō modo eis vtile. verūetiaꝫ
necessariū vt ꝙ desiderant sine mole
stia ac sine aliqua tētationē facilius
consequi valeant. Quod tñ pluribus
est difficile eo q̄ᵭ que venerē ꝓmouēt
nō intelligant neqꝫ que ipāꝫ extingāt
mortificentqꝫ nō cognoscāt: quos in=
tendo in presentia docere dicens cuꝫ
Aristo. in scōo posteriorꝝ. c. j. ꝙ causa
⁊ effectus seinuicē inferūt si vniuersa
liter ⁊ adequate sumant̄. Sic igit̄ vbi
erit sufficientia causarū alicuius effe=
ctus: proculdubio ipse ꝓducetur ab
eis in esse. ⁊ per oppositū vbi sufficiēs
erit destructio taliū causarū ⁊ talis ef
fectus adnihilabitur sine dubio. Desi
derantes ergo coitū fugere debent ⁊
causas ipsum ꝓmouentes auferre ali
ter eñ positis causis ⁊ effectus conse
quetur. Cause eñ in venerē producē
tes principales he sunt. s. ventositas
erigens ⁊ semen purgari ac expelli ꝓ
curans incitansqꝫ ad hoc sine aliqua
intromissione ⁊ precipue si multe fue
rit q̄ꝫtitatis ex quibus desiderium sur
git ⁊ tentatio manifestatur. Quod cū
viderit diabolus monti persuadet vt
turpia cōcipiat: feminas desideret: ce
teraqꝫ talis viris religiosis abomina
bilia. Hec autē tentatio sepius venit:
multosqꝫ aggredit̄: atqꝫ fragiles om=
nes corrūpit: fortiores aūt ⁊ bñ arma
ti viriliter resistentes vix illesi possūt
subterfugere. Quod tñ nō esset si cau
sas illas. s. ventositatem ⁊ semen non
admitterēt. Sꝫ dicet q̄s hoc in nostra
potestate non cōsistit vt naturā suas
ꝓducere operationes impediamus:
si eñ aliquis calidos renes ac testes
plurimum sanguinis attrahentes: et
ipsum in semen conuertentes habue
rit quomodo prohibere poterit semi=
nis vel ventositatis generationē. Cui
respondebimus ⁊ dicemus quod fiat
illa caliditas erit naturalis aut acci=
dentalis: ⁊ quecunqꝫ fuerit illa remit
ti pōt cum frigidis rebus interiꝰ ⁊ ex
terius administratis fugiēdo supinū
decubitum ac grabati mollitieꝫ atqꝫ
caliditatem: que aūt debeāt esse talia
infrigidantia: medicus electus ꝭm cō
plexionem ac caliditatis intentioneꝫ
vel remissionem corporisqꝫ proprieta
tem: ⁊ vt sue sapientie videbit̄ ordina
bit. Multitudo autē sanguinis ab ea
membra trāsmissi medici opera nō in
diget sed patiētis parco regimie san
guinis calidi ⁊ acuti diminutiuo. Di=
minuitur aūt sanguinis superfluitas
superabundantiā nutrimēti prohibē
do: quoniā in repletione est venus vt
dicit Aristo. in decimo problematum
problemate. xlvij. ⁊ precipue si talis
repletio ex bonis ⁊ delicatis cibarijs
fuerit: ⁊ maxime sperma multiplican
tibus: vt carnes columbinorū passerū
hedi: ⁊ similiū. Vñ Auic. dicit in vige
simo tertij ca. xxj. Meliores ad sper=
ma cibi sunt q̄ fiunt ex carne hedi pin
guis masculi ⁊ carne ouina cicere ⁊ ce
pe ⁊c. Qua ēt sorbilia: lac pisces cum
aromatibus calidis ventosis: vt zin=
zibere pipere galāga ⁊ similibus. Cu
ius ratio ponitur a Gal. in quinto de
simplici medicina dist. sexta. c. secun=
do dicente. Res prouocantes sperma
sunt res que aperiunt: ⁊ earum calidi
tas tanta est ꝙ non exiccat propter
hoc igitur predicta aromata faciunt
ad venerem. Similiter cepe: bancie:
faba: faceoli: cicer: enula: ⁊ talia vēto=
sitatem multiplicando. Anisuꝫ quoqꝫ
⁊ feniculus: amigdale: phistici: auela
ne ⁊ hmōi vitari debent. ⁊ vinum pre=
cipue potens: ⁊ dulce in quo est luxu=
ria: vt Paulus inq̄t. ⁊ Ouidius de re=
medio cum ait. Quid tibi precipiam
de bacchi munere queres. Spe bre=
uius monitus experiere meos. Vina
parant animos veneri faciūtqꝫ libidi
nis aptos. Et fuit sententia Aristote.

in tertio problematū problemate primo dicētis. Uinū venereos facit. ⁊ recte dicitur bacchus ⁊ venus adinuicē sunt. Herbas quoqꝫ calidas vt erucā: mentā: ⁊ huiuſmodi dimittere opꝫ: ſicut etiam nec cepas accipere eſt totū vt diximus iuxta ſententiā medicorū ⁊ Ouidij dicentis vbi ſupra. Daunis an libicis bulbus tibi miſſus ab oris, An veniāt megaris noxiꝰ omnis erit. Nec minus erucas aptū eſt vitare ſalaces. Et quicq̄d veneri corpora nr̄a parat. Quod etiā nobis innuit Auic. in.c.xxxvj.ſen.xx.dicens. Ex adiuuātibus ad coitū ſunt quecūqꝫ ſumuntur ex cibis calidis acutis aut inflatiuis: ſicut ſunt cicer ⁊ vua ⁊ vitellus oui et illa q̄ aggregāt vtrāqꝫ rem ſicut eruca ⁊ vinum nouū in quo eſt ꝓprietas generādi ſperma ⁊c. Ab his ergo abſtineant: ⁊ a reliquis huiuſmodi qui ſuam caſtitatem illeſam voluerint altiſſimo conſeruare.

¶ Capitulum.xxxix. oſtēdit que facere oporteat eos q̄ a venereis nolunt moleſtari.

QUi ſuaꝫ voluerit ſeruare caſtitatē: dꝫ p̄terea que in precedēti.c. dicta ſunt: ⁊ hec q̄ in hoc dicemꝰ obſeruare: vt ſecurius ſuuꝫ laudabile votū cōſequatur. Quorum primū iſtud exiſtit: vt ꝑ poſſe nulla in eo ſpermatica ſupfluitas generet̄ cū abſtinētia cibi ⁊ potꝰ: qm̄ ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis quarte: q̄ fit cū diſpartitur cibus in mēbris reſudādo a venis tertia digeſtione iā expleta: ⁊ eſt de ſumma humiditatis prime coagulationi ex qua nutriunt̄ mēbra dura ⁊c. vt princeps voluit in.xx. tertij.c.iij. Iſta igitur ſupfluitas exiccabitur ⁊ cōſumetur cū ieiunio ⁊ fame vehemēti que debilitāt corpꝰ: vt Aui. dixit ī decimotertio tertij tractatu.v. c.viij. ⁊ in.xvj. tertij tractatu.iij.ca.vj. ſic inquit. Fames et vigilie reſoluunt ſuperfluitates. Similiter ⁊ cū forti labore huiuſmodi ſupfluitas: ſi qua erit generata: reſoluetur: vt ſupra patuit de nocumētis immoderati laboris: ſicut ocio ac continua requie oppoſitū cōtingit: ſicut Naſo poeta ſingularis in ſuo p̄mo de remedio cecinit. Ergo vbi viſus eris noſtra medicabilis arte. Fac monitis fugias ocia prima meis. Hoc vt ames faciūt hec q̄ facere tuent̄. Hec ſunt iocūdi cā cibuſqꝫ mali. Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. Cōtēpteqꝫ iacēt ⁊ ſine luce faces. Quā platanus rivo gaudet. q̄ꝫ populus vnda. Et q̄ꝫ limoſa cana paluſtris humo: Tā venus ocia amat ⁊c. Sint igitur in cōtinuo exercitio et forti qui pius a venere moleſtari conſueuerūt. Necnon mortis future recordētur: triſtitiam inferorū imaginātes: percutiētes quoqꝫ corpus: vt Hiero. ac reliqui beati faciebāt. Iſtis em̄ remedijs nulla prorſus tētatio aut q̄ꝫ rariſſima percipietur; ſicut placuit Aui. in.xx. tertij. c. de aluminiati dicēti. Cura que confert eſt illud qđ frāgit deſideriū eorū ex triſtitia fame ⁊ vigilijs ⁊ carcere et percuſſione. hec quidē ſecurior via exiſtit ⁊ ad ſanitatē magis faciēs q̄ꝫ que exiccātia ⁊ reſoluētia: ſiue plurimā extinguentia iubet aſſumere: vt ſemen agni caſti: rute: cimini: ⁊ hmōi calidorum ⁊ exiccantiū: vel corīādri: cāphore: ⁊ taliū infrigidātiū ⁊ calorē inatū congelantiū. Preterea que de pedibꝰ nudis ⁊ de dormitione ſuper res frigidas ac duras dicitur tanq̄ꝫ de rebꝰ periculoſis ad ſanitatem: imo ad vitam ipſam pernicioſiſſimis: ſimiliter ⁊ que de aſpectu pulchrarū facierū dici ſolēt tanq̄ꝫ de re manifeſtiſſima. ⁊ vtiqꝫ ab omnibꝰ caſte viuere volētibus neceſſaria nedū vtili nihil in preſentiarum verba facere inutiliter: vt aliqui voluntꝰ. Hec enim ⁊ ſimilia ſatis qui

sane mentis fuerit per seipsum ⁊ sine doctore aliquo fore frigienda iudicabit: quare de hac materia hacten⁹ dicta sufficiant.

¶ Capitulū.xl. declarat quid sit balneum ⁊ que conditiões debeant obseruari a volentibus in aqua calida artificialiter balneari.

Vt de iuuamentibus et superfluitates corporis euacuantib⁹ sermonem cõpleamus: reliquū est vt de balneo scribamus aliqua ⁊ q̄ breuissime. Tum quia apud nos vsus eius existit: tum quia non sine periculo balneantur q̄ in hoc delectari consueuerunt et ob hanc causam potius silendum q̄ scribendum esset de ipso ne omnino quis eo vteretur. Attamen quia nonnulli sine ipso vincere minime posse videntur ꝓpter eorum ad ipsum consuetudinem: sicut in quibusdã regionibus ⁊ nõ ignobilibus apparet: ideo de ipo aliqua non inutilia prout sapientib⁹ visum est in duobus capitulis adducemus. Sed quid balneum sit declaremus dicentes cum Conciliatore nostro in differentia.cxxviij. q balneum est corpus subtile vel liquidum corpori circũferentialiter occurrens: ⁊ ipsius immutatiuū. Cuius cum due sint species: scʒ aereũ qđ stupha nũcupat: aliud vero aqueũ qđ ex aqua dulci fieri solet. ⁊ hoc iterum duplex est scilicet calidum vel tepidum: aliud vero frigidum de quibus tantummodo in presentia dicemus: ⁊ primo de calido cuius multa videntur esse iuuamenta cum consuetum fuerit ⁊ debito modo applicatum: dicente Auicen. in tertia primi doc. secunda. c. v. iuuamenta balnei sunt somnum facere: ⁊ aperire: ⁊ abradere: ⁊ resoluere: ⁊ digerere: ⁊ nutrimentum ad cutis superficiem attrahere ⁊c. Et in cãticis textu commenti. cliij inquit. Utendum est balneo ad tollendum sordes ⁊ immũdiciaʒ: neqꝫ sis in hoc piger: si vis educere superfluitates a corporis superficie: et cutim ab accidentibus immundicie mundam facere. quod confirmauit Auerrois in commento ⁊ in vj. colliget. Et fuit sententia Almansoris in quarto. c. xviij. dicentis. Sunt de iuuamentis balnei corpus humectare ⁊ renouare porosqꝫ aperire: ac sordes ꝯgregatas detergere repletionem quoqꝫ minuere: ⁊ ventositatem dissoluere: ⁊ ad somnum ducere ac humores subtiliare: balneū preterea dolores reprimit: ventrem stringit atqꝫ lassitudinem remouet: corpusqꝫ cibis aptum efficit hoc quoqꝫ sensit haliabas in. v. theori. c. xiij. dicens. Balneo autem post exercitium ⁊ ante prandium vti sanis corpore magnas vtilitates confert: humectat enim corp⁹ ⁊ membra. calorem confortat naturalem: digestionem optimam reddit: angustiam si qua est effugat: poros aperit. superfluitates euacuat dolores mittigat: ⁊ vẽtositates dissoluit: ex qb⁹ apparet q balneũ nõ min⁹ sit necessarium q̄ vtile qđ equidem verum esse fatemur: et si nos in totius vite nostre tempore nunq̄ balneati fuerimus: ⁊ tamen sani dei gratia semper fuimus ⁊ propterea non absolute balneum vituperamus: sed tãtũmodo illis qui inepti sunt ⁊ insueti: consuetos enim exhortamur vt ad balneum accedant dummodo infra scribendas conditiones habuerint: sin autem minime. Quarũ pma ẽ vt assueti sint sic balneari dicẽti. hipocrate in tertio regiminis acutorum. Qui balneum tamen vel saui consueuerũt eis maxi

me adhibendum est: hi namque ipsum desiderant: si ergo dimiserint leduntur. Secunda conditio obseruanda est vt nullus plectoricus neque cachochimus balneo vti presumat. ne commoti humores aliquam faciant egritudinem: quoniam Auicen. in quarto primi. c. xvij. dixit. Balneum solet facere vt ebulliant humores et spargantur. quod etiam sensit haliabas in. v. thorice. c. xiij. cum inquit. Aliquotiens malis aliquo in membro positis humoribus. cum a balneo liquefacti fuerint decurrentes bonis: miscentur humoribus: quibus secum corruptis malorum quantitates augentur: ideo corpora habentes repleta balneo nõ expedit vti antequam eorum euacuentur corpora: et illi maturentur humores hinc itaque est quod apostemate fabricantes: et ab opthalmia molestati in morbi principis et antequam matueretur materia arceantur a balneis que fuit sententia Galie. in primo de febribus ad glauconem. et in quinto Terapentice cum inquit Quod inter reliqua a balneandis obseruanda oportet vt nulla principium particularum imbecillis existat: et quod multitudo crudorum humorum secundum primas venas non prohibuerit. et propterea concludit Rasis in. iiij. Almansoris. c. xxiij. quod si aliquid damni in balneis percipitur: istud est in corporibus impuris: quia puris nullum damnum euenire potest. et propter hanc conditionem omnes fere sunt ad balneandum suspecti. Tertia conditio attendenda circa horam balnei est vt nequaquam ante exercitium balneetur quis dicente haliabate in. v. theorice. c. preallegato Balneum etenim ante exercitium superfluitates cibi trãsmittit in membra quas indigestas inuenit. liquefacitque humores et superfluitates exire paratas: et vapores defluere ad aliqua facit membra: pariterque ide mor-bus etc. Quarta conditio vt dicebatur de exercitio. est quod ante comestionem balneari oportet: cum dicat Princeps in tertia primi doctrina secunda. capitulo. vij. Prius oportet balneari deinde cibari: ita vt comestio balneationem non precedat. que fuit sententia hippocratis in. iij. regimine acutorum textu commenti. lvij. dicẽtis. Nequaquam balneandum est parua tẽporis mora post acceptum cibum vel quempiam potum: in cuius commento Galie. ait. Quod est quia qui vtitur aliquo potum deinde balneatur post illud repletur caput eius. et qui sumit cibum deinde vtitur post ipsum balneatione repletur caput ipsius et reliquũ corpus propterea quia attrahit cibum ad se ex stomacho ante digestionem eius a quo sumpsit Auicen. in secunda primi doctrina secunda. c. xix. cum dixit. Cum balneum ingrediuntur post saturitatem impinguat propterea quod materiam ad exteriora trahit corporis. verumtamẽ oppilationes efficit propterquod sui causa a stomacho et ab etate nutrimentum ad membra trahitur non coctũ. et propterea dixit vbi supra et in. vij. quarti tractatu quarto. c. ij. Qui sanitatem vult conseruare balneum ingredi debet postquam digestum quod est in stomacho et in epate. Nec tamen propter hoc credendum est quod cum hora sumendi cibum et famis aduenerit tunc balneandum sit: immo et hec hora pariter prohibetur vt de exercitio dicebatur: teste principe ĩ secunda primi loco et capitulo superius annotato dicente. Cum balneum ingrediuntur ieiuni et vacui vehementer exiccat et macrescere facit et debilitat. Quinta conditio in balneo obseruanda est quod dum in eo sunt: neque comendant quid neque bibant quamuis oppositũ plurimi faciant: que precipitur ab

hipocrate in.iij.regiminis acutorū ſic ſcribente. Neq₃ circa horā ipſam balnei propinandū eſt aliquid cuius ratio in quarta cōditione fuit expreſſa. Sexta conditio circa ſpacium balneādi eſt ꝙ in balneo longa mora non eſt facienda propterea ꝙ reſoluit et debilitat dicente Auicenna in.ij. primi doc.⁊.c.predictis. Balneū₃ exiccat eos qui diu in ipſo morantur propter reſolutionem ⁊ ſudorem ⁊c. Et infra ſubiunxit. Si quis multā in balneo facit moram: timetur ne ei ſuperueniat ſincopis, propterea quia caleſit cor et commouetur inde ſincopis. ⁊ in ſumma ſecunda.c.ij. eiuſdem ſic inquit. Multa in balneo mora ⁊ longuo tempore: licet temperate calefaciat: infrigidat tamen calorem innatum ſuffocando. ⁊ in ſecunda tertij.c.vij. dixit. Scias ꝙ longitudo ſpacij more in tina ſiue ſit aqua ſiue aliud eſt ex eis que nocent propter mollificationem virtuti. ⁊ in tertia primi doc. ſecunda c.v. ſic quoq₃ ſcripſit. Balnei impedimenta ſunt debilitare cor ſi multum morati fuerit ⁊ facere ſincopim ⁊ nauſeam ⁊ humores quietos mouere et eos ad putrefactionem preparare et cum eis ad membrorum debilium receptacula declinare a quibus accidēt apoſtemata membrorum occultoru₃ et in eorum ſuperficie: ⁊ propterea ſit Septima conſequens ad predita conditio attendenda: que ponitur ab eodem in.xij.tertij tractatu quarto.cap. x. de termino ſpacij ⁊ more in balneo dicente. Oportet vt ſit ſpacium balneationis vſq₃ dum perſeuerat ⁊ inflatur ⁊ augmentatur corpus ⁊ incipiat de tumeſcere. Octaua conditio poſt exercitium balnei obſeruanda eſt eiuſdem principis in ſecūda primi dicentis. Qui balneantur debent ſe cuſtodire ne rē frigidā actu bibāt in egreſſione balnei aut in balneo qm̄ pori ſunt apti quare frigiditas nō tardat quin ad mēbrorū principaliū corpora pcedat ⁊ ipſorū corrūpat virtūtes ab oī quoq₃ revehemētis caliditatis ſe cuſtodire debent ⁊ precipue ab aqua quoniam ſi eam ſumpſerint timēdū erit ne cito ad mēbra penetret pncipalia: ⁊ inde accidat ptiſis ⁊ ethica. ⁊ ſubdit. Caueant preterea ne cito balneum egrediantur: ⁊ caput poſt ipſum diſcooperiant: ⁊ ne frigiditati ſe exponant ſed bene cooperiantur pannis: precipue ſi in hieme fuerit. et in tertia primi do. ſecunda.c. vij. addidit. Qui ex hominib⁹ pinguis extitit: oportet ne illico cum egredit balneum comedat: ſed expectet: ⁊ paru₃ dormiat ſomnū. Ecce igitur quod obſeruanda ſunt a volentibus balneari ſi balnei iuuamenta ab auctoribus dicta conſequi voluerint: aliter enim plus nocumenti q̄₃ vtilitatis ex balneatione pcipient ⁊ pp̄ter hoc ꝙ tanta ⁊ tot a balneandis non obſeruant: ipſum ſuſpectū habemus: q̄₃uis in ſe vtile ſit ad ſanitatis cōſeruationē.

Capituliū.xlj. oſtēdit q̄ ſint iuuamēta balnei aq̄ frigide. ⁊ q̄ poſſint ⁊ qñ ipſo vti ſecure: ⁊ demon continuat dictis dicēda.

Viſu₃ eſt in ſupiori.c. quot debeāt obſeruari q̄ calide aq̄ balneo vti voluerint: i preſenti aūt dicēdū duxi de obſeruandis a volentibus in aqua frigida balneari: vt iuuenes in eſtate balneātes ſe intelligant quibus hoc cōceſſum ſit ⁊ quibus minime: dicamus ergo cū Auice.l.iij. primi doc. ſecūda.c.vj. ꝙ ablutio que fit cum aqua frigida: cōueniens non eſt niſi cuius regimen vndiq₃ ꝯſeruat ⁊ cuius etas ⁊ virtus ⁊ figurā ⁊ tp̄s ſunt ꝯuenientia: ⁊ neq₃ faſtidiū: neq₃ vomitū neq₃ vētris fluxū: neq₃ vigilias: neq₃ reumatiſmos h₃ neq₃ eſt

puer: neq̄ senex. ⁊ in hora in q̄ ipsius corpus est leue ⁊ motus conuenien=tes ⁊ est cū hoc q̄ fit post ablutionē aqua calida factā ad hoc vt exteriora fiant fortiora ⁊ vt calor retineat̄ naturalis: qḋ si volūtas affuerit vt istud sit oportet ne aqua sit multū frigida immo ve sit tēperata: ⁊ est q̄n hoc fit post exercitiū ⁊ tūc quidē oportet: vt fricatio ante ipsam fiat fortior q̄ solebat: sed inunctio sit ex oleo quēadmodū solebat: ⁊ sit exercitiū post frica=tionē aut iūctionē tēperatā: aut sit parum velocius q̄ solebat: deinde post exercitiū in aq̄ frigida subito natet vt ipsius mēbra simul dura fiāt: postea pseueret in ea scd̄m mēsurā sue leui=tatis: ⁊ quantū tollerare valet anteq̄ superueniat horripilatio. deinde cū egressus fuerit fricet̄ sicut nominabi=mus: ⁊ eius cibus augmētū suscipiat: et potus diminutionē: ⁊ consideret tēpus reuersionis sui caloris ad ipsum ⁊ caloris ei⁹: ex quo si velox fuerit scietur q̄ eius mora fuit moderata: ⁊ si tarda fuerit scietnr q̄ mora prolixior fuit q̄ d̄buit. ⁊ subdit. Et q̄ hoc agere s. balneari in aqua frigida voluerit: gradatim in ipso procedat ⁊ calidio=re die qui est in estate hora feruoris prius incipiat ⁊ sibi caueat ne ventus sit ibi ⁊ ne illud post coitum pqrgat: neq̄ post cibum qui nō sit digestus: neq̄ faciat hoc post vomitum neq̄ post euacuationem neq̄ post colicā passionem: neq̄ vigilias: neq̄ corpo=ris debilitatem neq̄ stomachi: neq̄ post exercitium nisi qui illud agit sit valde fortis scd̄m modū quē dixim⁹. Et concludit postremo. cum aqua igitur frigida secundum modos di=ctos lauari calorem naturalē subito ad interiora pellit postea ꝯfortat ip̄m vt fortior fiat: ⁊ egrediatur extra multum hec ipse. Et non solum hoc fuit principis sed etiā ꝰhalia. in. v. theo. c. xiij. dicētis. Suauis aque frigide balneum corpus refrigerat ⁊ humectat: calefacit qu oq̄: sed per accidens spissat etem poros: calorē interius in corpore recludit. Unde ⁊ suauis aque frigide balneum si post sumptum fiat cibum: digestionem adiuuat si carnosum fuerit corpus ⁊ etas iuuentutis ⁊ presens estas tunc enim augetur ca=lor naturalis: ⁊ membrorū virtus di=gestionisq̄ bonitas. ⁊ post pauca subiunxit. Si sit autē corpus exile: ⁊ pauce carnis: frigus in profundo immer=gitur corporis: ipsumq̄ refrigerat donec etiam nobilibus cōtinuetur ipsa mēbris frigiditas: coagitatur itaq̄ naturalis calor: accidit q̄ illis qḋ serpētibus hyeme. Et post aliqua adhuc subdit. Cauendum est aūt aque frigide balneū post coitum ⁊ laborem diariamq̄ nisi quod superabundans fuerit: tunc etenim aque frigide balneū vtile est. Nec vero statim post vigi=lias aut vomitum fiat: nec post medicaminis laxatiui potum: quoniam in oībus his malū est que fuit etiam Gal. sententia in tertio de regimine sanitatis dicentis. Aqua frigida mo=derate nature corporis cōgrua: quo=usq̄ tamen augetur corpus encratū frigida nō balneādū est ꝓhibet augmentationem adaucto vero iam sufficienter assue faciendum eo: quia totū corpus fortificat: ⁊ cutem spissam et duram perficit vt non ab exteriorib⁹ ledatur. Qui autem voluerit incipe=re balneari in frigida aqua: debet hoc incipere hora anni incipiente estate: vt vsq̄ ad hyemen. iam assuefa=ctus sit: et dies sit vt possibile est nō ventosus: sed calidissimus et meridies eius sit: et homo qui erit balne=andus in medio quarti septēnij. s. cir=ca vigesimumquartum annum: in nullo ab aliqua causa eo die vel precedente nocte alteratus suam consti=tutionem certissime custodiens sit. et animo non tristis immo letus maxi

me: tunc qui prius fricetur lintheis durioribus vel spertina vt equaliter fiat fricatio: deinde fricetur oleo: post vero exercitetur equalibus quibus assuetus erat exercitijs: sꝫ citiorib⁹. deinde repête in aquã descendat vt momẽto vno omnibus mẽbris corporis circũfundit aqua: ne si paulatim descẽdat rigor innascatur: sit autem aqua neqꝫ tepida: neqꝫ multũ frigida: postmodũ vero ꝛ hac vtetur. Egrediẽte vero ab aqua pluribus manibus fricetur per oleũ quousqꝫ calefiat cutis: ꝛ postea cibaria quidẽ plura sint assuetorum: minor vero potus offeratur: quia plura appetunt in frigido balneo: et digerunt melius: ꝛ sitiunt minus: ꝛ incedant in crastinũ ad exercitia fortia ꝛc. Ex quibus manifeste patet ꝙ perpauci quidem reperiuntur qui hec omnia: sciant: possint ꝛ velint obseruare: ꝛ ꝑpterea infirmantur pleriqꝫ ex tali balneatiõe: iõ piculosa est his q̃ tot ꝛ tãta vt dixim⁹ attẽdenda nõ obseruauerint: quare aut cõsueti dimittant: aut predicta ad plenũ prosequantur. Reliquum est ꝙ postq̃ in superioribus de aere exercitio coitu: ꝛ hmõi corpus inuamẽtib⁹ (alias immutãtibus) dixim⁹ vt deinceps de restaurãtibus ipm scribamus: vt sciat vnusquisqꝫ quomodo ꝛ cũ quibus resolutũ ꝛ iam euacuatũ corpus possit confortari: ꝛ qꝛ naturaliter ꝛ artificialiter generalia semp precedere debent specialia. vt dixit Gal. in. iij. aphorismoꝝ. cõmẽto. xvj. ꝛ Aristo. in. ij. de generatione. Cognitis vniuersalibus facilius intelliguntur particularia: ideo rationabile nobis videtur vt prius declaremus quot et que circa refectionẽ vniuersalit attẽdẽda sint necessario: deinde de cibis oĩbus in speciali sermonẽ faciemus: ostendẽtes q̃ cibi laudabiles sint ꝛ sanitatis cõseruatiui: ꝛ qui mali ꝛ egritudinales existant. digerẽdi ꝛ approprĩadi in q̃litate ꝛ quãtitate vnicuiqꝫ cõplexioni: etati: regioni: ꝯsuetudini ꝛc. Scd̃m ꝙ perito ꝛ iam electo medico videbit. Nunc autẽ ab vniuersalibus incipientes ostendamus propter quid comedere oportet quotidie.

Capitulũ. xlij. ostendit causam necessitatis quotidiane refectiõis ex cibo ꝛ potu.

Quemadmodum lampadis flamma continue consumit ea que sibi apponũtur vt se ipsaꝫ diu cõseruet ꝛ faciat: q̃uis non possit immortalez: sic ꝛ calor naturalis q̃ in nobis existit: incessanter agit in mẽbra ꝛ corporis humiditates: ꝛ sicuti oleo deficiente flamma ipsa lychinũ in breui tẽpore cõburit ꝛ cõsequenter extinguitur: sic ꝛ nostra caliditas postq̃ humidũ nutriẽs finierit partes corporis arefacit: ꝛ sic est causa extinguẽdi seipsam accidẽtaliter: ꝑpterea ꝙ suã cõsumit materiã: vt inquit Aui. in tertia primi c. j. Et prima quarti. c. de ethica. Cum autẽ extinctus fuerit calor naturalis: necesse est vt ꝛ aĩa corpe separet: qꝛ deficiente instrumẽto nõ potest artifex operari: sic ꝛ anima suas amplius nõ põt actiones exercere calore naturali adnihilatio: qd̃ suũ erat instrumẽtum vt ait princeps in prima primi doc. iij. c. iij. Et fuit sententia Gal. in quinto de simplici medicina distinctione scd̃a. c. v. dicentis. Calor innatus est illud qd̃ nominamus spiritum: ꝛ est ille qui fixus est ꝛ plãtatus in corpore cuiusqꝫ animalis: qui q̃uis non sit de substantia anime: est tamẽ primum instrumẽtorum eius: necesse est igitur volenti hunc calorem ꝛ vitam ipsam cõseruare vt eum nunq̃ sine pabulo ꝛ nutrimẽto relinquam⁹: qm̃ priuatum alimẽto nõ potest diu durare teste Aristotele in secũdo de anima textu cõmenti. xlviij. ꝛ Gal. in primo de alimẽtis. c. j.

dl. Sine alimēto nō est possibile viue-
re nec sanos nec egros. Cuius causam
⁊ rationem assignauit Rasis in. xxv.
continētis. c. primo dicens autoritate
Joannitij. Quia corpora nostra sunt
continue dissolutionis ex aere circun-
ferenti ⁊ caliditate innata que est in
nobis: indiguerunt nutrimēto ad resi
stendum ei qđ dissoluitur diffusiusqꝫ
haliabas in. v. theorice. c. xiiij. hoc sen
tiens sic ait. Dico ergo cum sit corpo-
rum animaliū rationalium ⁊ irratio-
nalium substantiam eorū dissolui sem
per ⁊ continue naturalis causa qui in
eis est caloris calidiqꝫ exterius qui il
lis obuius est aeris aut dissolutione le
ui: vt qđ a corporibus omnibus relaxa
tione dissoluitur aut certe manifesta:
vt sputa: emunctiones: sudor: vrina et
egestio: necessariā habuit naturā ma
teriam ab exterioribus que eorum lo
co succederet que a corpore dissoluun
tur. hec ergo materia sunt esca ⁊ potꝰ.
Qui mihi videntur verba Galieni di-
centis in libro de dissolutione cōtinua
capitulo primo hoc modo. Quia cor-
pora hominum sunt in cōtinua dissolu
tione: ⁊ propter calorem aeris circun-
dantis ea extrinsecus: ⁊ calorem inte
rius existentem fuit necessarium re-
staurare in eis qđ dissolutum est de
ipsis: ideoqꝫ fuerunt necessarij cibi et
potus: vno itaqꝫ verbo cum ipso etiā
Auicen. in. ij. j. doc. summa. et. c. secun-
dis. sic dicente. Nutrimento indigen-
tes sumus: ⁊ nostre conseruatio sani-
tatis est ex nutrimento nobis conue-
niente quod equale existit ⁊c. In sum
ma igitur dictorum ratio hec est: quia
si resolutio esset: restauratio autē non
existeret: proculdubio vita cito finiret:
sed posito calore resolutio sequitur:
non posita autem refectione consum
ptio: propterea fuit necessarium vt nu
trimentum partibus suppleret resolu
tis: multum vero aut paucum secūdū
maiorē aut minorē resolutarum par-
tium quantitatem dicente Auicenna
in. xiij. tertij. tractatu. ij. c. vij. Necessi-
tas cibi est vt suppleat locū eius quod
resoluitur: cum ergo non est resolutio
aut est resolutio parua: non est neces-
sarius cibus extrinsecus. quod etiam
voluit in cāticis textu cōmenti. cxxiij.
dicēs. Scias ꝙ prima cibi actio est auge
re augēda ⁊ restaurare omne deꝑditū
ex dissolutione corporis: ⁊ ad primum
statum deducere. Resolutio itaqꝫ calo
re naturali ⁊ ab extrinseco proueniēs
fecit refectionis ⁊ nutrimenti necessita
tem: vt deperdita eo modo quo possi
bile est restaurarentur: quod dicimus
propterea ꝙ restaurata nunꝗ̄ ad quā
titatem: nec ad perfectionem dissolu-
torum attingūt: ⁊ ob hanc causam ne
cesse est ad finem deuenire: ⁊ ꝙ ita sit
patet per Gal. in primo de regimine
sanitatis dicentem. Si possemus tale
aliquid introducere qđ simile esset ef-
fluēti: hoc sanissimum ⁊ optimū esset:
sed hoc impossibile est: quia id quod
defluit ab vnoquoqꝫ membrorum: ta
le natura est quale ipsum membrum
a quo defluit. Nihil autē eorū q̄ come
duntur aut bibuntur: tale est omnino
quale id quod defluxit. a quo sumpsit
Auicē. in prima primi de etatibus .§.
illo. Amplius si hec virtus scilicet nu-
tritiua infinita foret: ⁊ semper permu
tationem in corpore facere eius quod
dissoluitur equaliter ⁊ vno modo: dis
solutio tamen vno modo non esset: im
mo quotidie augeret ⁊c. Et ob hanc
causam etiam optima comedētes: nu
tritiuissima: ⁊ ea perfectissime digeren-
tes: mori habent de necessitate: licet
non tam cito sicut oppositum facien
tes. Et hec de necessitate refectionis
dicta sint hactenus.

¶ Capitulum. xliij. ostendit que ⁊
quanta sit vtilitas refectionis cū ci
bo ⁊ potu.

Visa in precedenti capitulo refectionis necessitate: in presenti eius grandis utilitas est videnda: licet magna ex parte ex his que in superioribus dicta sunt: comprehendi potest. Attamen dicamus iterum replicando quod quamuis refectio quantumcunque optima nos non faciat a morte securos: cum due sint naturales corruptiones quas nullum generatum corpus effugere potest. Una quod semper magis desiccamur. Altera quod semper vniuersa substantia nostra fluit ob innatum nobis calorem. vt primo de regimine sanitatis innuit nobis Gal. et in vj. eiusdem cum inquit. Si possibile esset semper custodire humidam complexionem corporis: immortales essemus: sed quia naturalem viam eam que ad desiceandum corpus fugere non possibile. propterea senescere necessarium est nobis: et corrumpi: et quamuis a iam dictis ordinatissima et perfectissima dieta nos minime possit liberare: de his tamen duabus rebus securitatem prebet putrefactionis penitus prohibitionem: et defensionem ne humiditas cito resoluatur: et in ipsius quidem fortitudine consistit vt ipsum corpus vsque ad debitum tempus secundum suam primam complexionem permanere faciat et hoc quidem erit propter regimen rectum restaurationis que fit loco eius quod resoluitur secundum quantitatem possibilem etc. vt inquit Auicenna in tertia primi. c. j. cuius pre allegata fuerunt verba. Si igitur hec duo fecerit. s. quod putrefieri non permittat: et prohibuerit ne cito humiditas resoluatur: diu et sanos viuere faciat omnes qui tali vsi fuerint restauratione prout sensit Gal. in. vj. de regimine sanitatis cum ait. Longeuissimus est vtique qui minime desiccatus fuerit: et infra dixit In complexione longeuissimi omnium sunt qui humidissimi et nimirum et sani sunt consolidatum fuerit corpus etc. Quod etiam voluit Auicen. in loco superius allegato cum inquit. Corpus non permanet tempore quo perdurat: nisi propterea quod ipsius innata humiditas prima resolutioni resistit caloris etc. O quam grandis est ergo refectionis vtilitas: que corpus a siccitate festinu preseruat: que siccitas in tantum est nostris corporibus inimica atque contraria: quod incessanter augendo procedit donec nos perimat. teste Principe, vbi supra. quam grande iterum erit refectionis commodum cum humanum corpus longeuum et sanum esse faciat toto suarum etatum decursu. si ipsa debita fuerit et ordiata refectio dicente Galieno in libro de euchimia et cachochimia. Amicorum meorum quicunque vacant circa exercitia et ordinatiuam dietationem omnes video semper sanos esse: et iterum et in eodem. Non egrotabit omnino debite dietatus et exercitatus etc. Sit itaque huius capituli hec conclusio: quod magna est debite ac ordinate refectionis vtilitas: quemamodum sapientissimi antiquorum in preallegatis locis voluere. Quas autem habeat conditiones que debita siue ordinata dieta dici meretur in sequentibus: deo volente scribemus: non appropriando ipsam huic vel illi complexioni aut etati: sed hoc iam electi medici iudicio relinquemus: que sua sapientia quod vnicuique conueniens erit: iubebit offerre prout regio: natura: tempus: anni: consuetudo: et huiusmodi expetere videbuntur: que omnia cognoscere et sufficientissime intelligere debet: cum dicat Galienus in libro de euchimia. Memorari autem te volo secundum omnes huiusmodi tractatus: quoniam neque auxiliorum: neque sanatiuarum: dietationum scito erit finaliter qui materiarum virtutes certitudinaliter didicit: nisi cognoscat corporum naturas quibus hec adducuntur. Quedam enim densa sunt et difficile transpirabilia. Quedam vero rara et de facili euacuabilia: et indigent vt iam est: cibo

humidiori. sicciori vero secunda: & illa quidem grossiori: illa autem subtiliori & illa quidem pauciori: illa vero amplioiri: ita autem & quicunque melancholichum habent sanguinem: humidis & calidis cōplexione indigent cibis: sicut quicunque cholericū humidis & frigidis: que autem phlegmatici calidis & siccis &c. Demum cōcludit. dignosticum igitur esse oportet eum qui recte debet uti cibis: ideo perito dirigente medico iam reperto: prout conuenit vtilis semper erit ad corporis sanitatē refectio: sicuti ab initio presentis capituli intendebamus declarare.

¶ Capitlū. xliiij. ostendit qualiter substantia reficientiū in bonitate vel malitia cōsideranda sit ad sanitatem.

Dicamus q prima & principalior rerū circa refectionem cōsiderandū sit bonitas substātie ciborū: que si neglecta fuerit nō modo erit inutilis: sed etiā perniciosa Malitia enim ciborū hanc solita est habere naturā q per spacium quoddam temporis sua celet & occultet nocumenta posterius vero ea manifestissime ostēdat dicēte Gallie. x. de iuuamentis mēbrorum. c. j. Sicut animal quando famescit inducit illud famis necessitas comedendū lutū limum: & alia multa mala: ita est in quolibet mēbro quādo caret cibo sibi conueniēti: inducit ei cibi necessitas naturalis ad attrahendū humores malos quibus nutritur: & iste superfluitates que aggregātur in mēbro putrefiunt scdm spaciū temporis quousque adacuentur & calefiant & habent generare egritudines calidas & febres acutas & alias multas egritudines. Nō est igitur de propria digestiua: vt nonnulli faciunt confidēdum: cū male substātie cibaria cōmeduntur: quoniā princeps in tertia primi doc. scda. c. vij. sic inquit. Ille i quo mala digeruntur nutriēta ob hoc nō decipiatur quoniam post dies in ipso mali generabuntur humores egritudines facientes & pernecantes. quod sensit Gal. in primo de alimentis. c. vltimo cum ait. Non oportet negligere pura facere omnia ad esum preparanda cognoscentes quamēgid quod per singulos dies nocumētum non sentiatur propter paruitatem tamen cōgregatur ex ipsis tempore multo et inde manifestum fit aliquando in secundo etiam alimētorum. c. de cucumeribus in fine sic inquit. Ab omnibus abstinere consulo cachochimijs edulijs et si facile digestibilia aliquibus sint latet enim tempore multo prauus in venis chimus ex ipsis congregatus qui cum coctione modica ad putrefactionem deuenit febres mali moris operatur. & propterea in. c. iij. libri de euchimia et cachochimia cōcludit dicens. Cachochimia cibaria omnimodo fugienda sunt siue grossos siue subtiles operentur qui in nobis humores. Et libro de cura ictericie dixit: q assumere qd nociuum propter delectationem nephādum: qui autē sint huiusmodi mala cibaria: ipse Galienus expressit in libro de dissolutione continua dicens. Omnia cibaria que nō temperata sunt nō generant sanguinem purū: mundum clarum. Et cibariorum mali chimi tres sunt species: eorum enim sunt que addūt in phlegma: & eorum que addunt in choleram: & eorum quedam sunt q addunt in choleram nigram & oportet omnem hominem dimittere multitudinem eorum & cōtinuationē assumptionis ipsorum: & si digerant ea: et si non inferant nocumentum cito. tamē addunantur in corpore continuantis acceptationē eorum in longo tempore: chimi generantes egritudines malas &c. Et post pauca subiunxit q hu-

iusmodi sunt panis factus ex farina multi furfuris ⁊ frumenti antiqui aut farina mali chimi qui addit in chole ram nigrã. Et caro pecudis oīs q̃ ad dit aliq̃d in phlegma: ⁊ caro capre et multorũ annoꝝ oīs caro addit in me lancholiã ⁊ similiter caro irci: caro bo vis: ⁊ hmōi ⁊ de mēbris aīaliũ renes: ⁊ cerebrũ: ⁊ oēs vētres ⁊ oua cocta in tegnamine: ⁊ caseus antiquus ⁊ fun- gi: ⁊ cicera: ⁊ lentes: ⁊ miliũ: ⁊ panicũ: ⁊ pisces duri viscosi: ⁊ similiter saliti: ⁊ fiscus sicce si multa summantur: et pira: ⁊ poma: ⁊ cucumeres: ⁊ cucurbi- ta: ⁊ bateca cũ malũ chimũ in stoma cho reperiunt: ⁊ olera oīa sunt mali chimi ꝓpter multitudinē superfluita tum in eis ⁊ paucitatem nutrimenti: ⁊ cepe: ⁊ allia: ⁊ raphanꝰ: ⁊ rape: ⁊ pa stinace: ⁊ caules: ⁊ his similia q̃bꝰ oī- bus abstinere manifestuꝫ est dicente Rasi in quarto Almansoris. c. xj. Sal uus existit a ciborum horum malitia qui nō eis vtitur: ꝙ si aliquem eis vti contingat sibi subuenire debet catari cum humorē ex eis generatum expel lens sumendo ⁊c. Quod ēt breuius p str inxit Auicē. in tertia primi. c. supe- rius allegato dicens. In princip. opor tet vt sanitatis cōseruator studeat ne cibi ipsius substantia sit aliquod nu- trimentũ medicinaliuꝫ sicut olera et fructus ⁊ reliqua ab ipsis: qm̄ subti- liantia sanguinem sunt adurentia et grossa sunt ipsum phlegmaticum facientia. ⁊ corpora grauantia ⁊c. Non sunt ergo hmōi cibaria male et illaudabilis substantie comedenda. Si tñ aliqñ ꝓpter necessitatē aut ino piam quis alia ab his non haberet consilio principis Aui. vti debet dicē- tis in tertia primi. Si alicui necessa- rium fuerit nutrientia comedere ma- la paucis vicibus ⁊ non frequentibus vtatur ⁊ cum eis misceat quod sit ip- sis contrariũ vtputa calida cum frigi dis ⁊ sicca cũ humidis vt infra diffu- sius scribemus: quapropter cibaria male substantie intantũ ab auctori- bus detestata erũt iuremerito ab om nibus relinquenda: ⁊ per consequēs que bone fuerint substantie ⁊ lauda- bilis chimi erũt ab hoībus eligenda vt ex iam dictis patet manifeste.

¶ Cap. xlv. ostēdit q̃s modus sub stantie ciborũ eligendus sit ad sa nitatem. s. an grossi vel subtiles ci bi sint manducandi: ⁊ qui sint hu- iusmodi declarat.

Quia posset quispiã dubi- tare circa modũ substan tie ciboruꝫ: an. s. subtiles seu grossi magis cibi sint ad sanitatis conseruatio nem eligendi: ⁊ ideo in presentiarum de tali modo est aliquid dicendũ cuꝫ subtiles neq̄ grossi cibi absolute nō fuerint ab auctoribus cōmendati: sed añq̄ hoc declaremus intelligēdũ est iuxta haliabatis sniam in. v. theorice c. xiiij. q̃s cibus subtilis ⁊ q̃s grossus esse dicat̄: inquit em̄ ipse eo in loco ꝙ subtilis cibus est cuius q̄titas ma- gna corpus pauco pascit nutrimēto: grossus aũt dicit̄ cuiꝰ q̄titas pauca corpus plurimo reficit nutrimneto: tē peratus aũt inter grossum ⁊ subtileꝫ est: cuius moderata q̄titas modera- te nutrit. Si aũt multa sit eiꝰ q̄titas multũ: ⁊ si pauca: parũ: postea exēpli ficat dicens. Cibi subtiles sunt vt ca- ro pulloꝝ: pisces parui: lactuca: ⁊ hu- iusmodi oportuni his qui parui sunt laboris ⁊ exercitij: grossi aũt cibi sunt caro vituli magni: ⁊ pisces grandes solide carnis: caseus recens ⁊ similes conuenientes his qui magni sunt la- boris ⁊ exercitij: ⁊ q̃ virtutis necessa- rium habent augmentum: corporisq̄ corpulentiam: ⁊ ideo bene diximus a principio huius capituli ꝙ absolute:

neq cibi subtiles neq grossi approbentur a sapientibus: sm quod etiam Isaac in vniuersalibus dietis sensisse videtur cum ait in .c. vij. Mollia et terrena digestibilia facile sunt in sanguinē cōuertibilia et mēbris facile assimilanda: sed incorruptiones trāsdu ci leuissima et nō diu in membris permanentia: et infra dixit. qualiscunq cibus subtilis fuerit paruissimū et debilissimum membris tribuit nutrimētū cibaria vero dura ad dirigendū sunt corpus nutrientia si virtus naturalis superat ea: qd etiā voluit princeps in iij. primi doc. ij c. vij. cum inquit. Nutrientia subtilia sunt magis sanitatis conseruatiua et virtutē minus iuuant et fortitudinē. Et grossa sunt istis contraria. Et igitur qui fortitudine indiget nutrientia fortis chimi sunt necessaria. verūtamen ex eis nō multū comedant: ideo vt digerantur. ne qs autem audiens quod nutrientia grossa magis virtutem confortent decipiatur: existimās ea pre alijs fore accipiēda: debet etiam considerare quod tardi sunt digestionis: et nō nisi exercitatis conuenientia: quiescentibus autē maxime inimica: vt iam ex haliabatis serie supra visum est: et vt multo clarius ex verbis Isaac colligitur dicentis in vniuersalibus dietis. ca. viij. Cibaria grossa non sunt laudabilia quietis et non habentibus exercitia in his enim calore: quiete congelato talia nō digeruntur: ideo cauenda sunt. Que quoque fuit sententia Gal. in libro de euchimia et cachochimia. c. ij. dicentis. Cibariorum que grossos et viscosos generant humores nutriuissima omniū sunt: et si digerantur bene in ventre: valde benignum sanguinem generare nata sunt. Manifestum est autē quod qui in quiete permāserint ea bene digerere minime possunt. Et propterea ipse eodem in cap. que media sunt cōmendauit his: scilicet qui neq omnino ociosi sunt neq fortibus sunt assueti exercitijs: dicens. Inculpabilissima ciborum sunt que inter subtiliantia et ingrossantia existunt qualia sunt optimi panum et carnes gallinarum et fasianorum et perdicum et columbarum et turturum et merularum et paruarum auium omnium: adhuc autem et petrinorum piscium: et marinorum et ceterorum nullum fetorem habentiū. Et infra ait. Optimus cibus corporibus nostris est qui non est ex substātia grossa neq viscosa ex quo sāguis consistentia moderatus generatur. et in libro dissolutione continua sic diffusissime hanc materiam pertractauit di. Et qui est in corpore temperatus et sanus nec labor eius est multus. nec est labor in virtute: meliora sunt ei cibaria media inter subtilia et grossa: quia ipsa ei conueniunt et non debilitant subtilia nec generant crudelitatem et oppilationem sicut grossa: et postea exemplificat. Quemadmodum est omnis panis bene preparatus arte: Ouum gallinarum: caro hedi et animalis agni et pecudum et caro pullorum et columbarum et paruarum auium: licet hec duo sanguinem generent calidiorem et grossiorem sanguine temperato: epata quoque pullorum anserum et assellle ipsorum que sunt temperata: licet reliquum corpus eorum sit multarum superfluitatum. ¶ Et omnis auis que est multi motus. Et cuius pascua sunt in loco boni nutrimenti et mundi aeris. ¶ Et similiter omnia oua bene preparata. Et maxime que sunt proiecta super aquam calidam. Et recipiuntur antequam indurescant sunt temperate grossitie. Et omnes pisces non dure carnis. Nec multe viscositatis: Aut quibus non est viscositas. Et sunt bonissimi saporis.

et quorum pascua sunt in aquis mundis a sorditie: et qui in aquis fluminum sunt temperati et boni nutrimenti. Et de fructibus vue et ficus quando sunt bene mature sup arborem et cito discedunt de corpore. Quod enim generatur ex eis temperatum est in subtilitate. Et de oleribus: lactuca: endiuia: sparagi. Et omne vinum cuius color est granati clarus nec est nimis antiquum etc. Hec ergo inter cibaria sunt vtenda sicut grossa inter alia sunt maxime fugienda et ab ipsis etiam exercitantibus: quamuis minus eis noceant quam quiescentibus: tum quia dura sint ad dirigendum tum etiam quia sanguinem generent grossum et oppilatiuum. Et quod etiam in laborantibus sint suspecta apparet ex sententia principis in .iiij. j. capitulo allegato dicentis. Nutriens grossum quod exercitati et multi laboris comedunt propterea quod ab eorum epate rapitur cum nondum sit digestum preparat eos ad egritudines perniciosas in fine vite aut in eius principio licet sint in sua confidentes digestiua. Et in .iiij. j. c. primo iterum ait. Et nos quidem terremur a nutriente grosso cum pro certo sciamus quod ex eo accidant oppilationes etc. Concludamus itaque quod ad sanitatem conseruandam cibi valde grossi sint ab omnibus euitandi subtiles vero a laborantibus: medij autem a medio modo se habentibus. Qui subtiliores et grossiores eligantur prout maioribus aut minoribus appropinquauerint homines exercitijs dicente Ysaac vbi supra. Membris confortandis cibi sunt necessarij grossi scilicet non multum et ad digerendum duri. Regimento vero et custodie sanitatis leues cibi et faciles et actioni nature obedientes etc.

¶Capitulum. xlvj. ostendit que sint cibaria grossa que delicatis proprie et quiescentibus maxime inimicantur. Et an duris vel mollibus cibis vtendum sit.

In precedenti .c. visum est quod grossa cibaria: aut nemini conueniant: aut solum his qui fortibus vtuntur exercitijs. Que autem sint huiusmodi: ad plenum in eo minime scripsimus: sicuti in isto ea volumus sufficienter annotare: vt ab ipsis studiosi et quicunque alij quotidie sedentes: et parum aut minime laborantes possint ea cognoscere: et cognita pretermittere ne eorum percipiant nocumenta. Dicamus igitur primo quod homines et quando grossa nutrientia possint securius manducare: et qui minime. Gal. seriem adducentes in lib. de dissolutione continua sic scribentis. Cibaria grossa cum inueniunt corpus calidum multum laborans: et somnum multum post cibum: digerunt et nutriunt corpus nutrimento plurimo: adherent et confortant confortatione plurima: et melius est quod sumantur hec cibaria in hyeme propter aggregationem caloris in interioribus corporis et longitudine somnij: et quando quis sentit in corpore suo dissolutionem manifestam. Hec ipse de conditionibus eorum qui grossis nutrientibus vti possunt. Sed qui huiusmodi non fuerint: illis minime assuescere debent: scribente eodem in loco allegato sic. Si comedat aliquis cibos grossos: et sit in corpore suo caliditas pauca: et proprie in stomaco: et labor ante cibum paucus: et somnus similiter paucus: non perficitur digestio: sed generatur in corpore humor ex eis grossus nimium crudus generans oppilationem in epate et splene. Ideo oportet eum qui comedit cibos grossos: et preter necessitatem dominij appetitus eius: quod paucos ex eis accipiat: incommixtos nec assuescat eos. Deinde adducit que sint huiusmodi a quibus cauere oportet dicens. Ex eis sunt lenticule et glandes id est castanee et lepores: et fungi et fabe asse: et epata: et oua dura elixa aut assata: et quod est fri-

xum ex

rum ex eis: ꝛ lac coctū coctionibꝰ pluribus: ꝛ vbera: ꝛ vinum vue qđ est coctū: et specialiter qđ est ex vua grossa in natura sua: qꝛ caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem ꝛ coagulationem: ꝛ caro cerui ꝛ hyrci: ꝛ carnes bouine ꝛ vētres ꝛ intestina. hec oīa grossa sunt ꝑpter duriciē nature eorū: ꝛ eodē modo lupini: ꝛ rape: ꝛ faseoli: ꝛ panis furni in exterioribꝰ est grossus propter id qđ acquisiuit ei ignis ex siccitate: ꝛ in interioribus est grossus ꝑpter viscositatē que est in pane de natura frumēti. Et oīs panis aut superflue decocꝰ: aut diminute decoctꝰ: aut infermētatus: aut subcineritiꝰ: aut cū lagana: ꝛ dactyli: ꝛ fungi: ꝛ cerebra, omnia sunt grossa ꝑpter viscositatē q̄ in natura eorū cōsistit: ꝛ pisces duri ꝛ viscosi: ꝛ carnes ꝛ caseꝰ grossus: ꝛ aures: et labia: ꝛ extremitates musculorum. Et etiā gñat accidētaliter ex cibis frigidis humor grossus ꝑpter debilitatez caliditatis corpis ꝛ digestionis sue: sicut accidit ex comestiōe fructuū ante maturationē eoꝝ. Et ex comestiōe citrulorū ꝛ cucumeris ꝛ carnis citri ꝛ lactis acetosi ꝛc. Hec igitur ꝛ silia sunt a nō laborātibus ꝛ debilibꝰ fugiēda: ꝑpter nocumēta superius assignata. Et ꝑpterea cōcludendū est ꝙ qui ꝑtactas nō habuerint cōditiones: ista potius que diximꝰ dimittere debēt q̄ȝ comedere. Et quāuis ex iam dictis satis cōprehēdi possit ꝙ circa siue dura ꝛ lubrica viscosa siue mollia; eo ꝙ vt plurimū grossa sint: pari rōne ꝑpretermittēda forent. Tū dicemꝰ specialiter de ipsis cū Gal. in .j. de differētijs febriū. c.iij. dicēte. Quecūqȝ sunt lubrica ꝛ viscosa grossorū humorū gñatiua morbidiora sunt: oppilare enim ꝛ obstruere corpus sunt parata. Nō minꝰ aūt sicca cibaria a sapiētibus q̄ȝ aquosa ꝛ lubrica detestātur cū multorū sint gñatiua nocumentorū dicēte Rasi in .xxv. cōtinētis. c.j. auctoritate fabri. Super abundans sumptio nutrimentorū siccorū tollit virtutē ꝛ colorē corpis mutat desiccādo ventrē. Isaac etiā in .vij. c. dietarū vniuersaliū sic inquit. Cibꝰ durus ꝛ siccus fit pessimꝰ: ꝛ oībus que diximꝰ cōtrarꝰ dixerat eñ supra ꝙ cibus q̄ siccus nō erat nutritiuꝰ ꝛ ad dissoluenduz de mēbris durus existebat atqȝ qđ substātie mēbroꝝ ꝑfecte assimilabaꝛ. Et in .c. viij. libri eiusdē iterū dixit Sicca cibaria sunt pessima: qꝛ cū duricia digerēdi nutrimēta faciūt sicca: vñ scđm medicinā ꝛ nō scđm nutrimēta sunt dāda. Et ꝑpterea a preadductis auctoribꝰ nō discedēs Auicen. in .iij. j. doc. ij. c. vij. sic ait. Nutriētia sicca assidue comedere fortitudinē cadere faciūt que fuit Gal. snīa in .v. de simplici medicina distinctiōe. vj. c. ij. dicentis. Oēs res q̄ exiccāt: finiūt humiditatē sanguinis: quare ingrossant euz. Et ꝑpter hāc causam minorāt ipm. Et si sunt in naturis calide faciūt eū vehemētioris caliditatis q̄ȝ fuit ꝛc. Quam obrem dicere possumꝰ breuibꝰ nos expediētes ad sanitatis cōseruationem: nec grossa valde cibaria: neqȝ subtilia: neqȝ lubrica viscosa ꝛ valde mollia sicut nec sicca facere videnꝛ. Sȝ iter dcā que mediocria fuerint approbantur.

¶ Capi. xlviij. declarat ꝙ cibi sanitatis cōseruatiui non sint: nec esse debeant valde calidi aut frigidi: sicut nec valde hūidi vł sicci ꝟtualr.

Quia nō sufficit ciborū substantiā intelligere ad conseruationē sanitatis: nisi etiā de qualitatibꝰ ipsorū ꝑmis sufficiēs habeaꝛ cognitio. Jō impresentiarū de ipsis sermonē facie mꝰ dicētes: ꝙ cibaria sanitatis ꝯseruatiua esse nō debeāt fortis caliditatis i ꝟtute: ꝑpterea ꝙ calorē icēdūt naturalē: ꝛ hūiditatē corpis soleāt desiccare cū dicat Auicē. i. j. j. doc.

iij.capitul.j.caliditas maior quam debet: reddit corpus siccius quam oportet.et in iiij.j.c.ij.Oēs caloris cause cum super fluūt in exiccādo iuuāt.Et fuit senten tia Gal.in primo de cōplexionibus.c. ij.dicentis.Caliditatis nāque cū vincit: proprietas est vt destruat humiditatē: et cōsumat eā.Et in eodem.c.iterū ait. Necessariū est cum vincit caliditas in corpore: vt sequatur eaz siccitas etc.Et propterea cibi valde calidi vt plurimuz sunt etiā sicci:et per cōsequens calefaciunt et exiccāt corpus vltra quam opz.Et ideo cibi tales valde calefaciētes:aut nunquam:aut raro:immo quam rarissime sumantur:et plus via medicine quam nutrimenti:nisi forsitā corpora valde frigida forēt hyeme et regione frigida dicēte Gal.in libro de dissolutione continua.Cibaria calida conueniunt ei cui dominatur frigiditas:et in tēporibus et partibus frigidis:et in ciuitatibus frigidis.Et vitare debet ipsa ille qui calide fuerit cōplexionis in tēporibus calidis:et in ciuitatibus calidis:quemadmodū sunt frumentū coctū:panis fru mēti:cicera:dactyli:sisamum:sinapis: vue dulces:apiuz:ruta:raphanus:rape:canapis:pastinace:allia:cepe:porri:caseus antiquus:vinū dulce calidū:et vinū antiquū citrinū.Aduertēdū quo que est quod nō solum euitare opz cibaria que nimis calida sunt in virtute et in potētia:verumetiam temperatissima quādo actualiter multū calida percipercētur.secūdum quod iussit Rasis in Almā soris.iiij.c.iiij.dicens.Est etiā abstinēdum a cibis calidissimis:quales sunt tūc cū ab igne remouētur: quibus nullus vti dz.Propter hoc tñ nullus intelligat quod tepida debeāt esse que comedēda sunt:imo calidiora quam tepida:lz nō calidissima esse oporteat que accipiunt: propterea quod tepidū oē est mollificatiuū et resoluēs virtutē.teste Princ cipe.j.iiij.c.xxvj.Et fuit sententia Gal. in.ij.Terapētice.c.v.dicētis. Tepida oīa soluūt robur ventris:ideo calida sufficiēter et non calidissima: neque tepida sint que māducamus.Cibaria etiā actu vel potētia valde frigida nullo pacto sunt comedēda:quoniam sua frigiditas humane nature est valde contraria.cū dicat Isaac in vniuersalibus dietis.c.v. Frigida velut nix sunt multū fugiēda:quoniam et si in corporibus iuuenū non appareat nocumentū eorū:tamē malicia paulatim se adunat:licet ipsi non sentiāt:sed exeūtes iuuētutem: et subeūtes senectutem multos et diuersos morbos incidunt:qui incurabiles sunt:et diu in visceribus permanēt:et in articulis et neruis:quia frigiditas semper mēbra percutit debilia et multum sensibilia.sicut etiā colligitur in.v.aphorismorū. aphorismo.xviij.dicēte. Frigidū est inimicū neruis:ossibus:dētibus:cerebro:spinali medulle etc.et Gal. in.iij.regiminis acutorū cōmento.xl. di.Nocumentū aduenit neruis ex oībus rebus frigidis in naturis suis etc. Qua de re cōcludere possumus cū Aui cē.in.v.iiij.tractatu.iij.c.j.dicente.In omni dispositione opz vt vehemēter caueatur frigus:etiā in estate:quoniam in eo est timor magnus.Nō ingrediatur ergo res aliqua actu vel potētia multū frigida nisi gratie medicine dicēte Gal. in libro de dissolutione cōtinua.Cibaria frigida debēt administrari ei qui est calidi corporis:et in tpibus calidis:et in ciuitatibus calidis.Quēadmodū sicca cōueniūt in cuius corpore dñatur humiditas:et in tpibus:et i ciuitatibus humidis etc.Pro sanis tñ et bene complexionatis corporibus eligantur cibaria in virtute tēperate humida:cū ipsa non modo ad vitā sunt vtilia: verūetiā necessaria:cū ex ipsis sicut flāma ex oleo calor noster interior pabulatur: dicente quoque philosopho in.j. Metaphysi. quod calido viuimus: et humido nutrimur. Et in.ij.Metheo.dixit. Calidi humidū est alimētū.a quo sumpsisse videtur

princeps cũ ait i.i.i. Uita existit p caliditatẽ: ꝛ augmẽtũ per humiditatẽ: ꝛ caliditas in humiditate existit ꝛ ab ea nutrit. Et i. vij. iiij. trac. iiij. c. i. Uita nãq; i humiditate existit: verũ opꝫ vt tu caueas ꝛ abhorreas eã in via superfluitatis: lꝫ nõ appareat eius nocumẽtũ. Sint itaq; cibi non sicci vel humidi superflue: sed mediocres: sicut ꝛ in caliditate temperati ꝛc.

Capi. xlviij. ostẽdit q sapores ciborum considerãdi sint ad sanitatis conseruationem.

Cum vtile sit nõ minꝰ q̃ necessariũ p̃ter primas ciborũ ꝛ potuũ qualitates: secũdas etiã cõsiderare: que ex illis vt sapiẽtes dicũt fieri solent: ex quarũ numero sapores existũt: nobis vr̃ gñr de eis dicendũ esse: ꝛ eo magis q ea q̃ scripsimus in p̃cedẽti capitulo: reddent per ea q̃ in hoc dicent clariora: cũ demõstrabimꝰ qui calidi ꝛ q̃ frigidi existãt cibi: ꝛ quantũ vnusquisq; saporũ faciat ad corporis sanitatẽ. Sed i primis videamꝰ q̃d sit sapor: ꝛ quõ fiat cũ ex vniuersalibꝰ ad singularia oporteat procedere tanq̃ ex notioribꝰ nobis. vt voluit philosophus in. i. physi. tex. cõmẽti. iiij. Et in tex. lvij. iterũ dicat. Debemus incipere ab vniuersalibꝰ: deinde ad particularia trãsire: q2 cognitis vniuersalibꝰ facilꝰ cognoscunt minꝰ cõia. vt idem sensit in. ij. de gñatione ꝛ corruptione tex. cõmẽti. lj. Dicamꝰ igit cũ Isaac in lib. de vniuersalibꝰ dietis. c. iiij. dicẽte q sapor nihil aliud est q̃ quoddã sensuale sensui gustꝰ deputatũ: qd abhorret natura vel ex ipso delectat. Causatur aũt sapor p admixtionẽ substãtie sicce cũ humida: qñ coquunt p calorẽ decoctiõe determinata. vt inq̃t Auerro. i. iiij. colliget. Et fuit snĩa Aristo. in xx. problematũ. pblemate. xx. vbi ait. Quecũq; ꝟo natura dulcia sunt pp̃ter moderationẽ existẽtis humidi: quemadmodũ. s. reliq̃ sapores ex imoderata cõmixtiõe resultãt humidi cũ sicco: vt ex speciebꝰ eoꝶ fiet manifestũ. Que vt q̃busdã placet sunt nouẽ. Scdm ꝟo alios tãtũmodo octo. sic eñi de ipsis scripsit Auicẽ. in. ij. canonis. c. iij. Species saporũ sunt octo p̃ter insipidũ: scilicet dulcedo: amaritudo: acuitas: salsedo: acetositas: põticitas: siccitas: et vnctuositas. Auerrois aũt in. v. colliget pronũciauit esse nouẽ: inter quas spẽs insipidũ cõputauit. lꝫ Auicẽ. dixerit vbi supra: q q̃ isipidũ saporẽ te nẽt eoꝶ isipida sunt ꝟba. Quicq̃d aũt sit nolumꝰ impñsentiarũ hãc igredi qõnẽ: sed sapiẽtioribꝰ pñũc relinquant: ꝛ adherebimꝰ opinioni Auic. dicẽtis in sequẽtibꝰ de illis octo speciebꝰ sigillatim: vt virtꝰ vniuscuiusq; clarꝰ habeat: et summa quadã cũ facilitate eoꝶ distincta: ꝛ separata determinatio reperiat: si eñi vellemꝰ de oibus in vno capl'o dicere: plixũ esset admodũ cõfusũ ꝛ pmolestũq;: atq; satis inutile. Sꝫ iã ad dulcedinẽ tanq̃ ad potissimũ ꝛ desideratissimũ in primis transeamus: et de ipsa dulcedine ꝛ rebus dulcibꝰ simul: q̃ in diuersis ꝛ plurimis antiquoꝶ voluminibꝰ: ꝛ in eoꝶ varijs locis legimꝰ scribere incipiamus.

Capi. xlix. ostẽdit naturã ꝛ proprietates dulcedinis ꝛ rerũ dulciũ: tãgendo vtilitates iuuamenta simul cũ eorum nocumentis.

Quantũ ex dulcibꝰ rebꝰ humanus gustus delectet: q̃ facile põt vnusq̃sq; cõprehẽdere: pp̃ter q̃d aũt hoc fiat: solũ scit q̃ nouit q̃tuꝫ vnũquodq; suũ sile appetat atq; diligat. Grãdis q̃ppe est inter dulcia ꝛ humanam naturã similitudo dicente Isaac in vniuersalibus dietis. c. iiij. Constat saporosissimam humane Complexioni vicinantem esse dulcedinem

Et infra. Humores dulcedinis viscosi sunt ⁊ grossi tēperamēto vicini substā tiali humiditati corporis humani assi milatiui. Et post aliqua subiūxit. Pa lā ergo fit rōni: q dulcedo mediocri tatem ⁊ tēperamentū significat inter calorē ⁊ humiditatē. Unū etiā antiqui aque tepide ipsam assimilauere: que cōplexioni humani corpori assimilat. Et infra cōcludit. Cōstat dulcedinem ceteris saporib⁹ delectabiliorē ⁊ com plexioni nutriende viciniorē esse pro pter naturalē humane cōplexiōis simi litudinē. Que fuit sniā Gal. in. iiij. de simplici medicina dist. iij. c. j. dicētis. Res dulces sunt in caliditate sua pro pinque corporib⁹ apud q̄ sunt dulces ⁊ in di. iiij. c. ij. eiusdē ait. Ois res dul cis est calida ⁊ humida ⁊ ppterea ip sa est cōueniens nature corporis hu mani: qm̄ corpus humanū est calidū ⁊ humidū cū equalitate. Sunt ergo res dulces valde delectabiles. tū pro pter ea que dicta sunt: tū ēt qr huma no corpi ⁊ similes ⁊ cōueniētissime sui tēperamēti rōne. Et q ita sit apparet etiā p Auic. in. ij. canonis. c. iij. dicētē. Dulce nō calefacit calefactiōe nociua imo delectabili: sicut ē delectatio aq̄ tēperate cū effudit supra corp⁹. Et ac cepit hāc sniam a Gal. in. iiij. de sim plicibus dist. c. iij. c. j. dicente. Ois res dulcis est calida: verūtn̄ nō vincit cali ditatē q̄ est in corpe hois victoria su pflua ⁊ pportiōat aq̄ calide occurrēti corpi nr̄o frigido: ⁊ i fi. eiusdē capli sic iter inqt. Dulcedo nō accidit nisi ab equalitate caliditatis. Hoc quoq; sen sit Serapio dicens. Dulcis substātia est equalis ⁊ virtus oim dulcium est calida: nisi quia calor diuersificat in eis fm paucum ⁊ multuz ideoq; sunt diuersitates in dulcib⁹ qr qd est dul cius est calidi⁹. Et nō aduenit ex dul cis caliditate nocumētū calori innato sed est caliditas eius proxima corpo ribus quibus apparet dulce: ⁊ sic ha bemus que sit dulcedinis complexio: ⁊ q̄ta ipsius temperies quōcunq; hu mano corpi similis. Sz videam⁹ mō q̄tū faciat ad nutriendaz: vt ⁊ aliud eius iuuamentū notificet. Qd est ta le atq; tantū q nihil pōt humanum corpus nutrire nisi aliqua dulcedine participauerit: vt sensit Arist. in libel lo de sensu ⁊ sensato: cum inquit. Oia nutriunt dulci simplr: vel commixto. Et ex eo calidū augmentat ⁊ struit nu trimentū: qr qd leue q̄dem est attra hit: amarū aūt ⁊ salsum relinqt ppter grauedinem: vt in plantis in salsis ⁊ dulcibus terris plātatis est videre. q etiam voluit pnceps in. ij. canonis. c. iij. dicēs. Impossibile est q̄n in oī nu triente apud medicos sit dulcedo ali qua: lz nutrimentū aliis indigeat cōdi tionibus pter hāc dulcedinez ⁊c. Hoc etiam dixerat Gal. in loco preallega to his verbis. Oē qd nutrix est de ge nere rerum delectabiliū dulciū. Et q ita sit Isaac. sup hoc nobis adduxit signum istud in. c. iij. vniuersaliū die tarum di. Mēbra ex delectatiōe cibo rum dulciū eos attrahūt plurimū: et in intestinis remanet inde parū ⁊ pro pter hoc paruas accidentaliter feces dulcedo: salsitudo vero multas ob hanc etiā cām dulces cibi cito saturāt qr cū mēbra delectēt: cogunt vt mul to plus de eis sibi attrahāt: ⁊ venas ⁊ concauitates mēbrorū cito impleāt nullū ppterea mirū est si naturaliter dulcia affectam⁹: cū tēperata sint et nobis cōueniētia plurimūq; nutrien tia. Hec solū toti: verūēt singulis fere partibus aliqd prestēt iuuamentum dicente Auicen. Opatiōis dulcis sunt digestio. lenificatio: ⁊ multiplicatio nutrimenti. Et in. xiiij. tertij. Dulcia cōueniunt epati: quare impinguatur eis ⁊ magnificatur ⁊ confortatur ⁊c. Isaac quoque vbi supra sic ait. Dulcis sapor si fuerit pure dulcis om ni carens malitia acuminis ⁊ viscosi

tatis saporosior oibus aliis cibis erit qr naturaliter vicinior est sanguini mundificans et quasi lauans nocumetum gustus et sensus ventrem temperate humectas sine labore nature. vn actio ei9 temperata est in digestione et a stomacho et intestinis egressione e in sequen. c. dixit. Dulce fm nutrimentum nutrit multu: fm vero medicinam grossos humores dissoluit: et mundificat: diuersas res teperat: dura em mollificat humiditate sua. mollia indurat cu caloris sui subtilicate rc. Ecce igitur quot bona dulces cibi in corpus nostrum efficiant: secur9 itaq eorum vsus videt esse: dumodo duas conditiones habuerint. Prima quaru est vt eorum dulcedo no sit intenta immo remissa: vt postq digesti fuerint a naturali calore vere dulces efficiant et no in cholera conuertant. Queadmodu voluit Galie. in .iiij. de simplicib9 di. iij. in fine cu ait. Hec res vera est fm natura q rei in qua multitudo dulcedinis est: no est possibile vt addat dulcedo in ipsa: ergo pculdubio recedit a dulcedine apud conuersione et permutatione. i. digestione et ad sapore tendit q est supra dulcedine. s. ad amaritudine rei aut diminute dulcedinis expedit necessario qn digerit vt perueniat ad coplementu dulcedinis. Qd aut res dulcis] si amplius decoquat. reddat amara: declarat ipse per exemplu dices. Sicut mel qn approximat extrinsecus igni tepore logo fit amari saporis. Et similiter est eius proprietas in corporib9 hominum quando inuenit caliditate fortem generat humore colericu rc. vt infra patebit. c. de melle rc. Melius est igitur vt diximus: quod cibi remisse sint dulcedinis. et presertim fortem habentibus calorem. Et propterea mel: et hmoi valde dulcia magis senib9 videntur couenire: vt Rasis et Gal. dicut vbiq de eo loquentes. Secuda autem coditio requisita ad hoc q dulcia nullum inferat corpori nocumentu est vt subtilis sint substatie et non viscose. aut grosse dicete Isaac in vniuersalibus dietis. c. iiij. Dulcedo viscosa epati et spleni maxime est nociua duplici ex causa. Una q oppilatio est durior et grossior. Altera qr citius putredini est vicina vn augmentatiua inflationis: et rugitus: et est causa interpollationis febris comotiua facile et naturaliter in fumositate cholericam: et in cholerica genera couersiua: et accidentaliter in putredine et oppilatione rc. quod etia sensit Rasis in. iiij. Almansoris. c. j. cu ait. Dulce oppilationes generat et apostema in epate et splene et precipue si hec membra ad hoc fuerint preparata ventris et fluxus ex eo sequitur et mollificat stomachu rc. Et patet q de grosso et viscoso dulci loqtur. Dulcia em grossa hnt oppilationes facere pter sua grossitiem: et propterea q nunq perfecte digerant dicente Arist. in. xxi. problematum problemate. xij. Delectabilia plurima grossa quidem et dulcia et pinguia delectabilissima videntur esse nobis gustantibus hec autem omnia nutribilia et non digesta et supernatantia rc. Quo in loco voluit q et si bene digerantur in stomacho: in reliquis tamen indigesta remaneant: et propter hoc oppilent. patet cu inquit. Dulcia ad primam operationem corpori digesta: vt autem ad finem indigesta. Qd et sensisse videtur Auicen. in. iij. j. doct. ij. c. vij. cum dixit. Res dulces ad faciendas oppilationes sunt veloces: quoniam eas natura trahit antequa digerantur. Et infra subdit. Scire debes quod dulce nutriens rapit natura antequam maturescat et digeratur: et corrumpit sanguinem. Quod et in. xiiij. iij. iteru replicauit dicens. Licet dulcia confortent epar: veruntamen velocia sunt ad hoc vt faciant

euenire oppilationē: ꝓpterea ꝙ epar attrahit ea laboriose associās ea hūoribus aliis. Et post pauca expressit de quib⁹ maxime intelligeret dicens. Et nocibiliora dulcia sunt que sunt ex eis grossa: ꝓpterea q2 faciūt accidere oppilationē ex quo ex eis sunt calida ꝓpter cōuersionē suā ad cholerā. Ideo nostro ꝯsilio iuuenes raro: ⁊ precipue cholerici: dulcibus rebus vti debent.

¶ Capl'm .l. determinat de amaritudine ⁊ cibis amaris: ⁊ de eorum proprietatibus: iuuamentis: ⁊ nocumentis.

ETsi in reb⁹ dulcibus ꝙ plura dicantur esse pericula: et in grossis precipue atq3 viscosis: vt in superiori visum est. c. Nō debet tñ ob hāc causam quis existimare ꝙ reb⁹ amaris sit vtendū quasi duobus existētibus cōtrariis: si vnum periculosum quoq3 sit: reliquū vero sit securissimū. Deciperet equidē qui sic opinaretur: ꝓpterea ꝙ quis aliqd dulce humano corpori sit nociuū: nullum tñ amari cuiuslibet cōparatiōe vr esse ꝓbandū: ⁊ hoc q2 amara oia quodammodo corpi inimicātur sua amaritudine: caliditate: siccitate: ⁊ nutrimēti prohibitione: oēs eñ antiqui philosophi ⁊ medici cōcordarūt in hoc ꝙ amara calida existerēt: preter Auerroim tenētem in .v. colliget: ꝙ etiā fieri possent a frigiditate: cui⁹ opinionē suis cū rationibus ⁊ fundamētis cōfutauit Conciliator in differētia .cxlv. Qui ⁊ si nūq3 fuisset: adhuc magis sapiētiorib⁹ medicis erat credendū. Dixit eñ Serapio. Uirt⁹ prima amari est calida: nisi q2 caliditas sua habet multas diuersitates: q2 illd qd est amarū multa amaritudine est calidius: ⁊ illud qd habet paucam amaritudinem habet paucū calorem. Princeps etiā in .ii. canonis. c. iii. sic ait. Nō est possibile vt sapores dulcis et amarus et acutus sint nisi in substātia calida. Et infra sic quoq3 dixit. Amaritudo in substantia calida spissa ⁊ terrea fundat. ⁊ in .xiii. iii. Sapor oris amarus significat caliditatē ⁊ cholerā. que fuit sententia Aristo. in .xx. ꝓblematū. ꝓblemate .xxix. dic. Oē amarū est calidū. a quo sumpsit Isaac in .iiii. c. vniuersaliū dictarū cū scripsit. Oia amara calida sunt et sicca in tertio gradu: ⁊ terrestria. Et alibi. Amaritudo calorē suū in tertio gradu esse denūciat: ⁊ siccitatē in scdo: vñ in suis humoribus terrestreitas et grossicies dominatur. Hoc quoq3 voluit Gal. in iiii. de simplici medicina distinctione ii. c. vi. di. Omnes res amare sunt calide: sicut myrra: baurac: ⁊c. Et in .c. vii. eiusdē ait. Res non fit amara nisi propter superfluitatem caliditatis ⁊ acuitatis. Et iterū in distinctione .iiii. c. ii. dixit. Sapor amarus est sequens substantiam calidam ⁊ siccam: terreā: subtilē ⁊c. Ecce q3 clare ⁊ vniuersales contra Auerrois opinionem clamant auctoritates. Cum ita sit igitur ꝙ intantum calida sint ⁊ sicca: nimirum si calefaciunt ēt desiccant fortiter: sanguinemq3 cito ad adustionem perducūt: ⁊ ad maliciam: choleram quoq3 rubeā in sanguinem augmentant. vt Rasis inquit in Almansore capitulo sepius allegato. Alia etiam in corpus producunt nocumenta res amare: dicente Auicenna in secundo canonis. capitulo tertio. Abstergit ⁊ exasperat absolutum omne amarum: ⁊ ideo nocet visceribus: ⁊ ꝙ deterius est siccant corp⁹ amara vltra q3 oportet: vt dixit Gal. in .i. terapeutice. c. vii. Et in .iiii. de simplici medicina distinctione .iiii. c. ii. sic de eis inquit Res pure amaritudinis est inimica omnib⁹ animalibus ⁊ plātis: quoniam in natura sua est sicca et perniciosa: sicut fumus que generatur

er aduſtione. A quo videt accepiſſe
Auerrois in.v.colliget cũ ait. Amari-
tudo eſt in vltimitate contrarietatis
nutrimẽto aialiũ: ⁊ eſt cõtrariũ dulci
ppter ſiccitatẽ ſolã: ⁊ ppterea interfi-
cit infantes qñ eo multũ vtunt ppter
ea q: ſunt in vltimo hũiditatis. Et ſub
dit. Et vniuerſaliter nõ ingredit na-
tura amaritudinis in re cibali ppter-
ea q: non eſt niſi medicinalis. Quod
etiã voluit princeps vbi ſupra dicens
ꝙ purũ amarũ non nutrit animal. Et
ideo cõcludamus ꝙ res amare nõ pro
cibis: ſꝫ p medicinis tãtummõ debe-
mus accipere cũ eis vti voluerimus. Plu
rimarũ eñi ĩparũ conferũt epati eo ꝙ
ſtiptice ſunt ⁊ aperitiue vt in.xiiij.ter
tij.ca.xx. pnceps inqt Auicẽ. De pprie
tate quoqꝫ omniũ rerũ amararũ eſt:
ꝙ ipſe abſtergũt ⁊ lavãt ⁊ mũdificãt
⁊ incidũt qđ eſt in venis de humori-
bus groſſis: vt dixit Gal.in.iiij.de ſim-
plicibus.cap.ſepius ãnatato. Et i.v.eiuſ-
dẽ.ca.vltimo diſtinctionis .viij. ſic q̃-
ꝙ ait. Amarũ apit ⁊ mũdificat meatus
⁊ abſtergit ⁊ incidit hũores groſſos
pp caliditatẽ eius manifeſtã. Iterũ er-
go replicando via medicine potiusꝙ̃
via cibi vtendum eſt amaris.

Capitulũ.lj. oſtẽdit naturã
ſalſedinis declarãdo iuuamẽta
vtilitates: ⁊ ſalſorũ nocumẽta.

Quidã hominũ adeo ſunt
ſalſo ſapore aſſueti: vt ne-
quaꝙ̃ aliqđ ſine ſale ⁊ in
notabili eius quãtitate co-
medere poſſent. Alij vero reperiunt q̃
p carne ſalita vel piſcibus ſalſis que-
cũqꝫ alia etiã pfectiſſima cibaria poſt
ponerẽt. Qui omnes pfecto nõ intel-
ligũt ꝙ ſalſi cibi ⁊ ſi minus ꝙ̃ amari
ſunt calidi: ab auctoribus tñ noſtris re-
probẽtur: cũ illaudabiles in corpus p-
ducãt opationes ſue caliditatis ⁊ ſic-
citatis ratione. Quia res ſalſe terre-
ſtres ſunt ⁊ calide ⁊ ſicce in ſecundo
gradu: vt inquit Iſaac in vniuerſali-
bus dietis.c iiij. in quo etiã ſed infra
ſic inquit. Salſus ſapor ſignificat ca-
lorem ⁊ ſiccitatem ſui eſſe in fine ſecũ
di gradus: q: ſui humores inter groſ-
ſos ⁊ ſubtiles ſunt mediocres terre-
ſtribus vicinantes. vnde virtutem ha
bẽt pũgitiuã lauãtem ⁊ mũdificantẽ.
Qđ etiã voluit Serapio cũ ait. Sal-
ſus ſapor eſt ppe amarum: q: ambo
ſunt terrei calidi. Et infra ſubiunxit.
Et plurimũ ſubſtãtie ſalſi ⁊ terreum
groſſum. ⁊ fuit ſnia Gal.in.iiij.de ſim
plici medicina diſtinctione.iiij.c.ij.di.
Sapor quidẽ ſalſus eſt pximus ſapo
ri amaro: qm̃ ãbo ſunt terrei calidi ve
rũtñ differũt in hoc ꝙ res amari ſapo
ris plus calida eſt ⁊ ſicca ⁊ aduſta a
quo ſumpſit Auerrois in.v.colliget
di. Super cõplexionẽ ſalſi dñat pars
ſicca aduſta: in qua eſt mixta pauca
humiditas ⁊c. Cũ igitur ſalſum pue-
niat ex reſolutione amari in inſipido
aquoſo teſte Auicẽ.in.ij. canonis.c.
ſuperius allegato. parũ ab amaro dif-
ferre videtur. Et propterea ſalſorũ no
cumenta paulo minora ab eis que
amarorũ dicuntur eſſe ſcilicet calefa
cere deſiccare: exaſperare reſoluere. ⁊
ſubtiliare. ⁊ ꝙ ita ſit apparet p ſeriẽ
Iſaac in libro vniuerſaliũ dietarũ ſic
dicentẽ in.c.viij. Salſa diſſoluũt ſubti
li ant ⁊ calefaciunt: ſimiliter aggre-
gant: oppillant et exiccant humidi-
tatem propter calitatem ſuperfluam
et manifeſtam: vt Gal. ait in .v. de
ſimplicibus diſtinctione. viij. c. vlti-
mo. His itaqꝫ de cauſis non parũ no
cere vident ⁊ maxime choleris ⁊ ex
tenuatis corporibus. Non minus
quoqꝫ ratione nullius aut minimi ſui
nutrimenti. quemadmodũ voluit Ari
ſtoteles. in libello de ſenſu et ſenſato

vbi dicit ꝙ calidũ leue q̄dez attrahit: amarum aũt ꝛ salsuʒ relinq̄t propter grauedinē vt in plãtis in salsis ꝛ dulcibus terris plantatis est videre. Q̄ð etiã replicauit in .xxiij. ꝓblematum ꝓblemate .x. cum inq̄t. Salsum q̄dē est graue: dulce aũt leue. Cõcludere igit̃ possumus ꝙ amara ꝛ salsa minime faciant ad nutrimenta ꝛ ad sanitatis ꝛ vite conseruationē: imo nature humane ꝛ vniuscuiusq; animalis cõtrariari videnť: dicente Gal. in li. de cholera nigra. Non em̄ videnť aialia ex salcedine saturari cũ nullũ viuat aial ex illa vt vocatũ mortuũ mare coniectura in quo ꝑ nimia salcedine ꝛ amaritudine nec pisces: nec aliq̄ð aliud animal viuere põt: sic em̄ series ꝟborum ei⁹ ibi ipm̄ demõstrat voluisse. ꝛ ideo dicimus ꝙ magis via medicine q̄ via cibi humano corpori cõueniãt huiuscemodi: eo ꝙ salcedinis operationes sunt abstersio: ablutio: exiccatio: ꝛ ꝓhibere putrefactionē vt ait ꝑnceps in canonis .ij. quõ aũt caro salita q̄nq; añ cibũ ꝯueniat rõne medicine ꝓuocantis appetitũ apparebit infra .c. de salita carne.

¶ Capitulũ .lij. ostẽdit naturam acuti saporis: ꝛ nocumẽta ꝓueniẽtia ex acutis comestibilibus.

Res acute nõ minus imo lõge magis q̄ salse vel amare sunt humanis corporis inimicantes ꝓpterea ꝙ calidiores ceteris oĩbus existunt cũ in gradu quarto ꝛ postremo caliditatis reponanť: vt voluit Isaac in li. vniuersaliũ dietarũ .c. iiij. dicens. Oĩa acuta sunt calida ꝛ sicca in q̄rto gradu ꝛ post pauca subiunxit. Acuta calidiora sunt ꝛ sicciora ceteris saporib⁹. Et postea dixit. Natura ꝛ sensus minus fugit salsa q̄ amara: ꝛ minus amara q̄ acuta ꝓpter caliditatē eorum. Et iterũ infra magis sic inq̄t. Acutus sapor calidus est in q̄rto gradu: q̄ sua intentio est ignea: vnde est corrodens: incidēs ꝛ subtiliatiu⁹ magis ceteris saporib⁹. Hoc etiam sensit Auerroys in .v. colliget cũ ait. Quod dn̄atur sup acutũ est multus calor cũ multa siccitate ꝛ subtilitate: ꝛ ꝓpterea calor illi⁹ est fortior reliq̄s oĩbus. Serapio quoq; de hoc sapore sic dixit. Substãtia acuti est ignea. Et post pauca subdit. Et ꝟtus ei⁹ prima est ꝟtus calidior oĩbus aliĳs. Que fuit sn̄ia Gal. in .v. de simplici medicina. distin. viij. c. vlt. dicentis. Acutũ acre ē igneũ: sicut salsum est terreũ ꝛ cũ terrcitate calidũ. cum ita sit ergo ꝙ res acute in tm̄ calide sint ꝛ sicce: si plurimorum sint cã nocumentoꝝ dicente Auic. in .ij. canonis .c. iij. ꝙ acuta viscedibus noceãt: ꝛ os stomachi ledant: ꝛ visum. cũ dicat idē in .iij. tertij tractatu primo .c. v. de summa reꝝ nocibiliũ oculo est oē q̄ð hʒ acuitatē: sicut porrũ ꝛ andacocha: ꝛ oĩa q̄ exiccãt superflue ꝛc. Et circa finē eiusdē capituli sic inq̄t. Cibi salsi ꝛ acres ꝛ vaporosi: q̄ ledũt os stomachi sunt: cepe: porri: et allia: ꝛ bedarũgi comesta. Cuius siľe voluit Auenzoar in sui thesir loco primo tractatu .viij. c. xxj. dicēs. Et scire debes ꝙ oĩa acuta hn̄t caput replere ex vaporibus ꝛ fumositatib⁹: sicut sũt cepe ꝛ alliũ ꝛ his similia: quare visui potissime nocēt: ꝛ medicina oĩno existunt orbitatis ꝛ cecitatis. et in tractatu .viij. c. viij. libri eiusdē iterum dixit. Necesse est vt ꝓhibeas in oĩ accidente malo cerebro superueniēte alliuʒ ꝛ cepe: q̄m̄ ꝓprietatē hn̄t maximã in ꝑturbando ꝛ destruendo cogitatiuã. Rationem autem horum nocumentorum videtur assignare haliabas: in .v. theorice .c. xiiij. dicens. Sinapis cepe: porrũ: alliũ: ꝛ omnis pũgitiuus cibus: amarus salsus: ꝛ omnia talia superfluitates generant calidas: dicunturq; cibi subtiliantes: quoniam

humores generant acutos cholericos qui exurũt et corrũpunt. nec ꝓsunt nisi illis in quorũ corpe supflui phlegmatici: et viscosi ac grossi existũt hũores: incidunt etem̃ et subtiliãt eos: dinturnosq; patiẽtibus morbos vtiles sunt: eo q materias morbos hos gñantes subtiliẽt: vt ait. Galien⁹ in libro de regimine subtiliatiuo. hec ipse. Quare relinquitur q pro medicina: et nõ pro cibo sint huiuscemodi comedẽda cũ nõ solũ cerebro: oculis: et ori stomachi talia acuta sint nocua: verũetiam et toti corpi dicẽte Gal. in scdo libro de accidẽti et morbo. c. ij. q qui assuescũt allia porros et cepas et vinũ vet⁹ acutũ: aut medicamina que a veneno custodiũt febres patiant. qd quõ faciãt nobis innuit Rasis i. iij. almãsorus. c. j. di. Acutũ multo pl⁹ calefacit q̃ amarũ vñ et calorẽ auget: et corp⁹ velociter inflammat: et sanguinẽ adurit: ipmq; pri⁹ in cholerã mutat rubeã: postea aũt in nigrã: et ideo cõcludit in primo suorum aphorismorum dicẽs. Qui ab alleis et porris abstinuerit: nocumẽta malorũ humorum euadet. Talib⁹ igit reb⁹ vt diximus: nõ est vtẽdũ: nisi forsitã pro medicinis aliqñ et non pro cibis: scdm quod etiam supra iusserat haliabas et Isaac in. c. viij. de dietis vlibus cũ ait. Cibaria acuta nõ iuuãt nisi quib⁹ humores phlegmatici abũdãt: viscosi et grossi et similes vitreis. Uñ semp sunt cauẽda: neq; frequẽtãda ne sanguinẽ incendant et c. Et fuit Gal. snia in. ij. de alimẽtis. c. vltimo dicẽtis. Opz a continuo esu omniũ pungitiuorũ: et maxime qñ quis offert ipsa magis cholericis et siccis natura. solum em̃ his qui aut phlegmaticum humorem: aut crudum grossum et viscosum habuerint. idonea talia eduliorum sunt et c. his em̃ via medicine commendantur: propterea q acuitatis operationes sunt resolutio: incisio et putrefactio: teste ꝑncipe in. ij. canonis. c. iij. et Gal. in. v. de simplicibus. c. vbi supra. di. Acutũ acre attrahit et resoluit. et infra. Acutũ acre subtiliat: et mundificat: et resoluit: et aperit: et attrahit: et adurit et c. Et ob hanc causam grossis humoribus et viscosis maxime cõueniũt sicuti cholericis et macilẽtis iuuenib⁹ nocẽt ꝑcipue.

¶ Capitulum. liiij. ostendit naturam: iuuamenta: et nocumenta vnctuosarum rerum: simul et de insipidis et qualitatibus ipsarum q̃ breuiter perstringendo.

Cum perpauca velim de vnctuosis et simul de insipidis rebus minime ad sanitatis conseruationem vtilibus scribere: visum est mihi breuitatis gratia in vno. c. de ambobus aliqua declarare: cum quandam ad seinuicem habeant in qualitatibus cõuenientiam: et in virtute conformitatem: et eo magis q vnctuosorum pertractatio in. ca. de pinguedine et pinguibus infra ponendo complebitur: pro nunc tamen cum principe dicendum in canticorum textu commenti. xxx. dicente. Omne habens dominium pinguedinis et vnctuositatis est calidum et humidum: sua tamen caliditas est remissa: dicente Auerroi in. v. colliget q sapor vnctuosus dictus hoc habet: q in eo pars aerea dominatur cum modica aquositate: et propterea calor ipsi⁹ est minor q̃ calor dulcis. Quod etiam sensisse videtur Isaac in vniuersalib⁹ dietis. c. iiij. dicens. Constat q vnctuositas et dulcedo eiusdem sunt generis in caliditate: sed tamen differunt: quia humores dulcedinis viscosi sunt: et grossi temperamento vicini humiditati substãtiali corporis assimilatiui: humores autem vnctuositatis subtiles sunt et aeris humiditati similes et c. Et Auicenna in secundo canonis sic

inquit de ipsa: q cuz aceritate vnctuosi aquositas etiam satis notabilis est admixta: et ob hanc causaz stomacho non conueniunt vnctuosa: vt voluit Rasis in. iij. Almansoris. c. sepius allegato: cum scripsit vnctuosum stomachũ mollificat: et ventrem fluere facit: ac sacietatem affert anteq̃ homo cibi quãtitatẽ sibi necessariã assumat et calefacit: et permaxime febricitantes: vel habentes epar aut stomachũ calida: corpus pterea humectat atq̃ lenit: phlegma auget: cogitationẽ reddit hebetem et augmẽtat somnũ. Ex quib⁹ facile cõprehendi põt q vnctuosa non faciant ad sanitatis cõseruationẽ. Quare aut nunq̃. aut rarissime eis vtendũ est: et plus loco cõdimenti q̃ cibi nutriẽtis: vt in. c. de pinguib⁹ ostẽdemus q̃diffusissime. De insipidis vo dicim⁹ q adhuc magis pretermittenda sint: cum nulli sua placeant qualitate: sunt enim ipsa magis humida et frigida q̃ vnctuosa. teste Principe in. xxx. textu canticorum sic referẽte. Quod pure insipidum est: frigidum et humidũ existit. que videtur fuisse Gal. sentẽtia in iiij. de simplici medicina. c. iij. distic. ij. sic scribentis. Quãdo inuenimus rem quã sentimus de gustu aque: cui penitus non est sapor in aliquo succorum: tũc res in illo succo manifesta est: qm ipse est egrediẽs ab omni caliditate et frigiditate manifesta: et q eius cõplexio: aut est media: aut declinis ad frigidũ et c. Demonstrauit autẽ insipidorum nocumẽta in distinctione. viij. lib. v. operis preallegati cũ ait. Res aque insipide ingrossant: et aggregãt: et mortificant: et stupefaciũt: et propterea nõ solum ad sanitatem conseruandam: sed nec ad vite perdurationem facere videntur: qua de re pro posse dimittẽtur: quemadmodum sunt cucurbita cucumeres: et multi aliorum fructuũ: de quibus infra deo concedente scribemus.

Capitulũ. iiij. agit de sapore acetoso: ostẽdens vtilitates et damna ipsius: et rerum acetosarum.

Volumus hoc in loco aliqd de aceto scribere: cũ de ipso spãle capitulũ sit in sequẽtib⁹ faciendũ: sed tantum modo de rebus acetosis in vniuersali ipresentiarũ: prout saporũ materia requirit nõnulla q̃ breuiter percurremus: vt intelligãt hi qui oĩa ferme volũt cũ eis manducare: quantũ errent nesciẽtes acetosoꝝ cõplexionem et nocumenta: neq̃ quantũ infrigidẽt et exiccent: ppterea q forsitan nõ legerunt Auicẽ. in. xxx. canticoꝝ textu dicẽtez. Omnis sapor ponticus et acetosus frigid⁹ est et siccus: in quo autẽ gradu nõ subiunxit ipse: sed illud expressit Isaac in. c. iiij. dietarũ vniuersaliũ cũ ait. Acetosus sapor frigiditatẽ et siccitatẽ in secũdo gradu esse denunciat: qr humores sui substãtiales sunt subtiles et penetrabiles: et partim terrestres: ideoq̃ p forat et incidit grossos humores: et appetitũ commouet et c. Quod etiã sensit Serapio dicẽs. Substãtia acetosi est aquosa: et virtus quidẽ acetositatis absolute inuenit infrigiditatiua. et infra iterũ ait. Acetosi ergo substantia est subtilis pungens: et virtus eius prima est frigida. que quoq̃ fuit sententia Gal. in. iiij. de simplici medicina. di. ij. c. iiij. sic scribentis. Acetosorum corp⁹ est subtile: et qualitas eorum est qualitas frigida. et in. c. vi. eiusdem sic etiaz inquit. Inuenies oẽs res acetosas infrigidare: ob hanc igitur causam res acetose q̃plura in corpus ingerũt nocumenta: preter hoc q parum nutriãt et multas gerent superfluitates. vt placuit Aristotel. in. xxij. problematum. problemate. iij. dicentis. Acetosa quidem non sunt nutribilia: sed nutrimẽ=

tum quidã modicũ habent: superfluitatem autẽ multã ℞c. Nocumẽta vero acetosorum hec sunt: qꝛ choleram nigram adiuuãt multiplicari: neruis nocent ℞c. vt colligitur ex dictis Hippo. in.iij. regiminis acutorũ textu cõmenti.xl. in cuius cõmento Gal. sic inquit. Acetosum nocet oĩbus membris neruosis propter subtilitatẽ substãtie sue propter quã habet penetrationem in profundũ mẽbrorum: ꝛ penetrat in totum mẽbrum: ita vt non remaneat in eo pars quãuis sit parua valde cui non noceat: secũdum hoc ergo nocet membris neruosis. hec ipse. A quo sumpsit Auicen. in secũda tertij. c. j. cum dixit. Omne acetosum est infrigidatiuum in potẽtia: ꝛ ideo nocet neruis. ꝛ in. c. iiij. eiusdem sic etiã dixit. Acetum est. ex rebus que neruis sũt nocibiliores. Preter hec etiam mala res acetose faciunt senectutẽ accelerare: dicẽte Principe in.iij. j. doc. ij. c. vij. Ex acetoso cibo ꝛ nutriẽte fit senium: ꝛ similiter ex acuto ꝛ salso ℞c. Rebus igitur acetosis pro cibis non est vtendũ. licet pro medicinis eis vti quãdoqꝫ possimus: eo ꝙ plura medicinalia habeãt iuuamenta: cum dicat Auicẽ. in secũdo canonis. c. iiij. Omne subtile acetosum est aperitiuum. ꝛ Isaac in iij. c. dietarum vniuersalium. Acetosi cibi virib⁹ sunt incisiui sine calefactiõe ℞c. Et in. c. viij. earũdẽ sic quoqꝫ ait. Acetosa incidũt ꝛ subtiliant atqꝫ refrigerãt. ꝛ fuit Gal. sententia in. v. de simplici medicina distinctione. ꝛ. c. sepius allegatis dicentis. De proprietate acetosi est vt incidat ꝛ separet: ꝛ subtiliet: ꝛ aperiat: et mundificet preter quod calefaciat. In hoc tñ vltimo Auerrois in. v. colliget cum medicis nõ videtur cõcordare cũ dixit. Sapor acetosus fit cum frigiditate mixta cũ parte humiditatis: ꝛ nõ est remotus a calore: ꝛ propterea incidit ꝛ subtiliat: qui si debet a medicis saluari sic puto exponendum eius dictum. Acetosus sapor nõ est remotus a calore. s. plurimum: qꝛ frigidũ est in primo. vt etiam dixit Isaac expresse. ꝛ Rasis in. iij. Almansoris. c. j. di. Acetosum frigidum est: licet vehemẽtis non sit frigiditatis: choleram rubeã ꝛ sanguinem reprimit atqꝫ ventrẽ stringit: si stomachus ꝛ intestina munda fuerint. Si autem in eis phlegmatis erit multitudo ventris efficit fluxum: ꝛ corpus infrigidat: virtutem quoque debilitat: ꝛ digestiuam propter incepatẽ. Neruis etiam ꝛ neruosis membris et nocumentum affert: atqꝫ corpus desiccat ℞c. Quas ob res rarissime acetosis est vtendum: et magis gratia medicine ꝙ ℞c.

¶ Capitulũ. lv. ostendit cõplexionẽ: virtutẽ: vtilitates ꝛ nocumẽta stiptici ꝛ pontici saporum.

infra dixit. Caro auiũ aquaticarũ est vehemẽtis humiditatis: scʒ accidẽtalis: ꝛ plurime siccitatis substãtialis. Et ꝓpterea caro magnarũ auiũ facit euenire febres quartanas. Almã sor quoqꝫ in. ca. x. libri tertij sic inqt. Caro sisonis ꝛ aliarũ auiũ siluestriũ quanto maiori participant rubedine ꝛ nigredine: tãto sanguini melancholico propinquior videtur. Que aũt illaꝝ malũ habet odorẽ est sanguinis generatiua deterioris. Ideoqꝫ nullo modo comedi debet. Et subdit. Uolatiliũ aũt caro in fluminibus vel lacubus morantiũ: multaꝝ est superfluitatũ effectiua: q̄ si malũ hʒ odorẽ deterior indicat̃: non sunt itaqꝫ hmõi carnes assumẽde. Q̄uis ĩ tpe hyemis aues aquatice in magna copia reperiant̃ Uenetijs ꝛ in quibuslibet alijs ciuitatib᷒ mari propinquis ꝛ lacubus: si quis tñ eas oĩno manducare voluerit: machinet̃ prius ad mollificandũ carnes eaꝝ ꝛ nõ omniũ: sed iuuenũ tantũ modo: q̄ annũ nõ transcenderint: vt dixit Isaac vbi supra. Mollificãt̃ aũt ꝛ tenere fiũt carnes haꝝ volatiliũ si mortue fuerint ꝑ duos dies vel circa: vt placuit Rasi: vt diximꝰ ꝛ Auenzoar ĩ suo Theisir. c. j. dicẽti. Caro q̄ est ex aĩalib᷒ habentib᷒ duras carnes velut sunt turtures: grues: anates siluestres et similia comedi dʒ post necationẽ ipsoꝝ duodecĩ horis in hyeme. estate vero septẽ horis. Mihi tñ magis placet pro regiõe ista q̄ frigida ẽ: illud qḋ voluit Isaac in. c. xviij. dietaruʒ vniuersaliũ cum inquit Uolatilia postq̄ sunt occisa per diem ꝛ noctẽ dimittant̃ vt carnes emolliant̃. et subdit: ꝛ p̄sertim aquatica sic dimittantur. ꝛ infra auctoritate Gal. sic etiã ait. Que aĩaliũ vel terrena recentiora sunt q̄ opʒ: aut nõ maturata quantũ cõueniat aliquãdiu reseruata: sicca eoꝝ teneantur ꝛ mollia ipsoꝝ indurant̃ ꝛ cruda maturant̃ sicqꝫ velociter digerunt̃. ꝛ infra subiunxit. palaʒ fit nos nõ debere nutriri carne naturaliter dura ꝛ sicca: neqꝫ inhabitãtibus paludosa loca: nisi cum ante duos dies sint occisa vt sue carnes mollescant ꝛ facile digerant̃. Que fuit Gal. sñia in libro de subtiliante dieta. c. viij. dicẽtis Opʒ aũt non recentẽ: sed suspẽdẽdo die vna ad minus ita comedere nõ turturẽ solã: sed etiã perdicem ꝛ alia oĩa que moderate siccã habẽt carnem. Si aũt volatilia aquatica que dictis a Galieno sunt durioris carnis: viua caperent̃ cũ retib᷒ aut aliq̄ alio hmõi instrumẽto: nõ sunt subito occidẽda: vt venatores faciũt: sed sic preparãda vt docet Isaac in. c. xix. libri preallegati sic dicẽs. Si durorũ aĩaliũ carnes sunt coquinande anteq̄ occidant̃ multũ fatigentur: vt ita carnes dure tenerent̃: indigestis vero et dure nature: sicut senioribus ꝛ egrotãtib᷒ si grosse carnes dent̃ ad comedẽdũ verberent̃ ꝛ cũ pauco sale tymo quoqꝫ ꝛ calamẽto in aqua apponant̃ ꝛ aliquãdiu dimittant̃: sicqꝫ tãdẽ nimiũ lote coquentur ꝛc.

¶ Cap. xcviij. ostẽdit naturam carniũ turdoꝝ meruloꝝ passerũ ꝛ ceterũ minutarum auium.

Cum species paruarum auiũ sint ferme infinite quis liber posset de naturis omnium ꝛ ꝓprietatibus singularum doctrinã cõprehẽdere. q̄s vel calamꝰ posset id scribere: nullꝰ ꝑfecto. Et ob hanc causam prisci omnes ꝛ sapientissimi medici non ausi sunt hanc tantam prouinciam aggredi

sed vnusquisq eoꝝ cõtẽtus fuit velle de his oib⁹ in vniuersali tantũmodo facere sermonẽ: quos etiã in hac parte: sicut ꝛ in ceteris nos imitabimur: ꝛ de ipsis paruis volatilibus in vno tantũ. c. scribem⁹ colligẽtes q̃cq̃d boni de hac materia dictũ ab antiquis inuenerimus: sed ante nõnulla a modernis sumpta ꝓponam⁹ dicẽtes cũ quo prius sic scribẽte Ficedularũ: cardueliũ: reliquarũq auiũ minutarũ caro si pingues sint ꝛ iuuenes: modo nõ nidificẽt boni alimẽti ẽ. Et subdit. Absit tñ a patinis nostris passer: qui esui sumptus ob nimiã caliditatẽ male alit: difficulter cõcoquit: et libidinẽ excitat. Michael aũt noster de turdis ꝛ merulis loquẽs auctoritate Jesu medici sic inquit. Turdorũ ꝛ meruloꝝ carnes sunt calide ꝛ sicce in fine primi vsq ad primũ secundi. Et subiũxit. Eligant pingues ꝛ capti cũ laqueo vel retib⁹: vt dixit Balda hac: quibusdã placuit ꝙ meliores sint qui cũ aue capiunt sunt difficilis digestiõis ꝛc. Et postea dixit ꝙ meruli sunt turdis meliores. Demũ loquẽs de volatilib⁹ minutis sic ait. Auiũ paruarũ aliaꝝ a passeribus carnes declinãt ad caliditatẽ ꝛ siccitatẽ sed pl⁹ ad siccitatẽ. Et iõ eligant pingues: qm̃ iuuenes sunt ꝛ eaꝝ caro est laudabilis multuz ꝛ laudabile generãt nutrimẽtũ: facile digerit ꝛ cõualescentibus sana. Que q̃dez fuit Gal. snia in octauo de ingenio sanitatis. c. ij. dicẽtis. Ex volatilib⁹ optime q̃dẽ sunt pdices simul cum montanis oib⁹ passerib⁹. Deinceps aũt galine fasiani ꝛc. Quẽ textũ sic exponit Cõciliator. p passeres aũt pmissos audio aues minutas. ꝛ nõ passeres vere dictos q̃ calidissimi sunt ꝛ luxuriã incitãtes. De passeribus aũt vere dictis q̃ calidi sint vsq ad tertiũ ꝛ sicci fere in eodẽ dicim⁹ ꝙ nõ solũ moderni verũet iã antiqui patres carnes ipsoꝝ vituperarũt. Dixit enim Haliabas de ipsis in. v. theorice. c. xxiij. passerũ ꝛ colũbarũ agrestiũ caro dura est ꝛ ad digerendũ grauis maliq cibi ex quibus generat sanguis calidus ꝛ siccus: ꝛ post pauca subiunxit. Oportet aũt passeres in domo saginatos oino cauere: gñat⁹ etem ex eis sanguis pessimus est. A quo sumpsisse videt Jsaac in libro particulariũ dietaꝝ cũ ait. Calidiores oib⁹ auib⁹ passeres sunt: ꝛ plus q̃ alie parue aues stiptici: ꝛ pl⁹ etiã sanguinis incensiui. ꝛ in libro vniuersaliũ dietarũ. c. xvj. sic etiam de eis inquit. Caro passerũ ꝛ iuuenũ colũbaꝝ calida est ꝛ sicca corrumpens stomachũ. ꝛ a tẽperamẽto lõge est. ꝛ iterũ in eodẽ. c. dixit. Que volatiliũ calida sunt ꝛ sicca nõ sepe sunt accipiẽda: ꝛ maxime passeres: natura enim sunt calefaciẽtes ꝛ in fumositatẽ ꝛ cholerã rubeã cõuertibiles: ꝛ ꝑcipue siluatici ꝛ macri: q: digestionẽ desiccant ꝛ vẽtrẽ cõstipãt. qđ etiã voluit Auerrois in quinto colliget dicẽs. Passeres sunt oẽs calide ꝛ sicce in fine caloris. Et infra sic quoq ait. Sturnelli q̃ dicunt azuri sunt calidi ꝛ sicci ꝛ graues ad digerẽdũ ꝛ grosse nature. ꝛ ideo Princeps in secũdo canonis. c. cxlvj. sic inquit. Et passeres oẽs male sunt: ꝛ hoc caro earũ calidissima est luxuriãq cõmonet. ꝛc. teste Almãsore in libro tertio. c. x. Hec nãq auis: vt Platina refert: minime vite ẽ: ita salacissime. Mares em̃ negant anno diutius durare: qđ ꝓpter coitus multitudinẽ atq frequentiam euenit: licet ipse nõ dicat. Fuit enim hec sententia philosophi: vt refert Auerrois in canticorum Aui. cõ. clvj. sic di. Mõ

solũ hoc dicimꝰ ꝙ multꝰ coitꝰ debilitat corpꝰ: q̃nimmo ꝙ diminuat ⁊ abbreuiet valde vitã: facitq̧ eã valde breuiter et celeriter terminare. Aristot. enĩ asseruit ꝙ aĩalia multi coitꝰ sunt breuioris vite: ꝓbãs hoc ⁊ cõfirmãs ex passeribꝰ q̃ nõ viuũt nisi ꝑ annũ solũ. inducens sup hoc ꝓbationẽ: qm̃ nõ apparet nigredo sup guttur illoꝝ q̃ vident̃ in autũno. q̃ quidẽ nigredo significat sup senes eorũ ⁊c. Carnes ergo ipsorũ fugiemus.

¶Cap. xcix. ostendit naturam manifestaꝝ partiũ aĩaliũ: declarãdo q̃ sint eligibiliores ⁊ magis facientes ad sanitatem.

Ntellectꝰ noster q̃ naturaliter scire desiderat vt ab Aristo. i ꝓhemio methaphysice colligi põt: nõ solũ ex cognitione bonaꝝ ⁊ malaꝝ carniũ cõtẽtus remanet: sȝ vltra cupit intelligere: quaꝝ etiã partiũ aĩaliũ laudabilior sit ad sanitatẽ. Et propterea dicendũ est de hac materia ꝙ ꝑticulaꝝ aĩalis quedã sunt manifeste: ⁊ alique occulte. De primis igit̃ dicimus: q̃ duplices sunt. s. exteriores ⁊ interiores. Q̃ si eas voluerimꝰ cõparare adinuicẽ ꝑ quãto faciãt ad sanitatem: tũc habebimus dicere ꝙ exteriores magis approbent̃ fcõm Isaac sniam i. c. xv. dietarũ vniuersaliũ sic scribentis. Partes aĩaliũ q̃ exteriꝰ sunt in medio corpe: meliores sunt interioribus: q: ex vicinitate pororũ corpis qbꝰ sudor ⁊ fumꝰ dissoluit̃: inde alleuiant̃ ⁊ soporant̃: ⁊ ad digerẽdũ faciliores efficiunt̃: iteriores vero eõrio. Et in libro ꝑticulariũ sic inquit. Mẽbroꝝ q̃dã sunt mediocria q̃ cuti ⁊ ossibꝰ vicinant̃: ⁊ sunt teneriores carnis minorisq̧ pinguedinis: sunt etiã sapidiora ⁊ digestibiliora duobꝰ modis. Unꝰ ꝓpter multã substãtie eiꝰ dissolutionẽ q̃ egredit̃ ꝑ poros cutis cũ sudore. Alius ꝓpter collisionẽ q̃ fit ex ossibꝰ ea cõfricãtibꝰ. Mẽbro aũt a cute ⁊ ossibꝰ remota grossiorẽ habẽt carnẽ: multeq̧ pinguedinis: idcirco sunt indigestibilia ⁊ insipida: ⁊ copiã malorũ chimorũ gñatiua ꝓpter duas res. Una ꝙ vijs sunt vicina ꝑ quas humoꝝ feces expellunt̃. Alia propter longinquitatẽ poroꝝ cutis ꝑ quos sue hũiditatis superfluitas nequit egredi. Alia ꝓpter ossiũ absentiã vñ tenera fieri: neq̧ collidi pñt: ideoq̧ venter ⁊ intestina: ⁊ similia sunt grossiora et male nutribilia. Cum aũt membra apparentia subdiuidant̃ in anteriora ⁊ posteriora Si q̃s peteret an anteriora sint posterioribꝰ meliora: vel vt dicemꝰ cũ Isaac in libro dietaꝝ vniuersaliũ. c. pallegato dicẽte. Partes anteriores aĩaliũ posterioribus sunt meliores tribus ex causis. Una q: nutriunt̃ sanguine mũdificato in corde: iõ pectꝰ ⁊ ipm̃ circũstãtia ceteris membris in cibo sunt meliora. Secũda q: pectꝰ ⁊ voce flatu semꝑ mouet̃: ⁊ iõ caro sua leuigatur. Tertia q: in pectore cor moratur quod est fundamentũ caloris naturalis. ⁊ in. c. xvj. eiusdẽ dixit. Partes vicine spatulis ⁊ costis ex suo motu faporosiores ⁊ digestibiliores existũt Que fuit etiã Rasis snia in. iij. Almãsoris. c. xj. sic dicẽtis. Aĩalia anteriora leuiora sunt ⁊ calidiora: posteriora ꝟo grauiora sũt ⁊ frigidiora ⁊c. Querenti aũt an dextra sint mẽbris sinistris saniora respondet Isaac iq̃nto. c. xv. dicẽs. Partes aĩaliũ q̃ i ꝑte dextra vicine sunt fundamento caloris naturalis scȝ epati

⁊ felli: inde leuiores ⁊ ad digerēdū faciliores. De sinistra vero parte cō trarie: quia spleni sunt vicine. Et in particularibus sic ait. Mēbra. enī dextre partis meliora sunt his que in sinistra sunt propter vicinitatē epatis: qđ est naturalis caloris fundamentū: fortiorē enī actionē hȝ circa loca vicina ꝙ̄ circa remota. Hoc et sensit Princeps in. ij. canonis i. c. cxlvj. cū ait. Et dextra quidē leuior est ⁊ melior sinistra. Mēbrorū quoqȝ diuersitas reperit̄ ꝑm situ nō pauca. Quedā enī sunt pn cipalibus propinqua: quedā vero remota. Mēbra namqȝ inter cerebrum ⁊ cor existentia calori vicina naturali: sunt boni saporis: digestioniqȝ facilia: ⁊ bonū nutrimentum generantia ꝑpter duas res. Una pro vicinitate caloris naturalis superfluitat es sui nutrimenti purificātis. Scđaȝ qꝛ bene bonoqȝ sanguine cordis ⁊ epatis sunt nutrita. Mēbra vero que caude sunt vicina: ⁊ a calore naturali longinqua: duriora sunt ⁊ indigestibiliora minusqȝ saporosiora. Quod fit duobus modis. Primo ꝑpter calorē naturalē ab eis remotū. Scđo qꝛ fuerūt nutrita sanguine male i epate cocto. Mēbra vero inter hec mediocria: sunt scđm vtrūqȝ extremitates sibi vicinantes. de eis enī qualitates accipiunt ⁊c. hec ipse.

¶ Cap. c. ostēdit naturā mēbrorū valde carnosorū declarando q̄ meliora sint ex eis.

Membrorū quedā sūt adeo carnosa vt carnes ipsa tantūmodo esse videant̄. Quorū particulas qꝛ aut sine ossib⁹ sint: aut cū modicis: vnusquisqȝ emptor expostulat nesciēs ꝙ vt plurimū partes aīaliū adeo pulpose sunt ipsorū nates. Quarū carnes licet saporite sint ⁊ vnctuose: vt dixit Isaac ⁊ calide ⁊ humide teste Auicē. in ij. canonis. c. cxlvj. sunt tñ illandabiles: vt voluit ibi princeps cū ait. Caro yliorū ⁊ natiū deterior est carne pingui: ⁊ est mala in dgestione ⁊ nutrimēta: qꝛ est calidior ⁊ grossior pinguedine. Cuius quidē causa potest esse: qꝛ sunt mēbra quiescētia ⁊ humiditatib⁹ plena: que vituperantur ab Isaac in lib. particulariū dietarū cōtraria approbando. cū ait. Mēbra que sunt mobilia ⁊ modicū humiditatis habent: sunt saporosiora facileqȝ digestibilia. Cōtraria aūt sunt cōtrarie se habētia. ⁊ ob hanc causam lacertose partes aīaliū approbant̄ vt coxe crura ⁊ hmōi. Carnes enī coxarū saporate laudabilis sunt nutrimēti ⁊ cito digestibiles: vt inqt Isaac. in. c. xv j. d. v. Simil'r etiā lacerti: qꝛ sīt mēbra multū mobilia ⁊ parū humoris habētia ⁊ ideo sunt bene digestibiles vt idē ait in particularib⁹. Qđ tñ prius in. xv. c. vniuersaliū dixerat his ṽbis. Mēbra iter durū ⁊ molle media sicut caro lacerti caro piguedine nuda sūt tēperatissima in q̄tuor q̄litatib⁹: ⁊ iđ ceteris mēbris sūt tēperatiora: ⁊ ad digerendū velociora: ⁊ ad penetrādū venas faciliora: ⁊ ad cōfortandū corpus laudabiliora. Et i. c. xvj. eiusdē sic quoqȝ inquit. Carnes lacertorū ⁊ pinguedine nude sunt tēperate. ⁊ infra subdit. Carnes lacertorū ⁊ maxīe extremitates eorū sunt ceteris carnibus laudabiliores ꝑpter nimiū motū. Si tñ musculi multa ac plurima essent repleti pinguedine: sanguinē multa habundantē humiditate multāqȝ generantē superfluitates efficiunt: queadmodū caro sine pinguedine rubea. s. sanguis sicci est generati-

na paucas faciens superfluitates: minoris tñ est nutrimẽti: sicut caro q̃ est inter pinguẽ ꝛ macrã sanguinẽ generat tẽperatũ. vt dixit Almãsor in tertio li. c. x. Talis itaq; caro eligatur: q̃ mobiliũ sit mẽbrorũ in macie ꝛ pinguedine tẽperatoꝝ: anterioris ꝛ dextre partis a principalibus mẽbris nõ remota: vt supra diximꝰ. Et iõ cõcludẽdo presẽs capitulũ dicemꝰ ꝙ ꝓ cõclusione huiꝰ materie illud Isaac preceptũ ĩ particularibꝰ dietis est obseruandum dicẽtis. Mẽbra mediocritatẽ habẽtia eligẽda sunt ad sanitatẽ tuẽdã sicut caro pinguedine nuda q̃ sũt tẽperatiora ꝛ saporosiora: et digestioni faciliora: ꝛ laudabilẽ sanguinẽ generãtia: maxime si fuerint de animalibꝰ temperatas cõplexiões habentibꝰ sicuc sunt heduli vituli lactentes: ꝛ iuuenes porci: ꝛ pecudes itidẽ iuuenes .s. annuales agni ꝛ similiũ. hec ipse quare ꝛc.

¶ Capitulũ. ci. ostẽdit q̃ partes de exterioribꝰ volatiliũ sint eligende magis ꝛ saniores.

Postq̃ diximus q̃ membra ambulãtiũ seu quadrupedum sint meliora: mihi quoq; videtur esse dicendũ de partibꝰ volatiliũ q̃ laudabiliores ꝛ saniores ad sanitatẽ existãt. anteq̃ de singulis mẽbris sermonẽ faciamꝰ. Dicamꝰ ergo cũ Haliabate in. v. Theorice c. xxiij. sic scribente. Auiũ porro mẽbroꝝ aĩalẽ facilꝰ digerũtur ꝛ minus nutriũt: ꝛ laudabiliores inter oẽs alas auiũ sunt saginatarũ par uarũq; etate: eodẽq; mõ ꝛ colla. Cuius causaz innuit Isaac in. ca. xvj. dietarum vniuersaliũ di. Sole ale et ceruices in omnium volatilium generibus teneriores et laudabiliores sunt propter nimium earnz motũ. Et infra sic inquit. Mobilia semp teneriora sunt ꝛ saporosiora: et ad digerẽdũ velociora: sicut ale volatiliũ saporosiores sunt gallinarũ primo scõo anserũ ꝛc. Quod etiã voluit in particularibꝰ dicẽs. Ale vniuscuiusq; volatilis sunt aliis mẽbris laudabiliores ꝓ sui motus ac laboris nimietate. Constat eñ motus multitudine humorũ superfluitatez expelli: vnde ala fit saporosior ꝛ digestibilior. Rursus iuuenũ volatiliũ ale sunt meliores puerilibus ꝓpter fortitudinẽ motus eorũ: pulloꝝ eñ ale lz bene nutriãt: paruum tñ dant nutrimentũ. Et ꝓsequit. Colla laudabilis sunt etiã nutrimenti ꝓpter nimium motum quẽ habẽt sicut diximus de illis: sed colla anseris et galine sunt meliora colis omnium animaliũ. Que nõ solũ fuit Isaac sñetiã Auic. sñia in. ij. canonis. c. cxlvj. dicentis. Ale grossarũ auiuz ꝛ magnarũ exercitantiũ sunt boni chimi. Et etiã Gal. in. iij. de alimẽtis. c. xx. sic scribentis. Ale volatilium sunt idonee ad digeri ꝛ adnutriri: magis aũt ex ipsis ꝛ que gallinarũ. Et in libro de euchimia et cachochimia. c. iij. sic etiã inquit ad digestionẽ: ale volatiliũ animaliũ sunt idonee ꝛ cõi quidẽ sermone ꝛ aliarũ que exercitant partiũ non superfluice eñ sunt oẽs he; sicut earũ que in ocio superfluice existent. Et propterea in. c. iiij. preallegati libri sic cõcludit. Optime igit sunt gallinarũ ꝛ anserum ale: sed alie partes anseri dure sunt ꝛ indigestibiles ꝛ superfluice preter alas ꝛc. De cristis aũt galloꝝ ꝛ barbis nihil vsq; modo reperi ab aliquo medicine auctore preter q̃ a Galieno in tertio de alimentis sic dicẽte. Cristas galloꝝ ꝛ barbas nõ laudabit quis neq; vituperabit. Quid igitur de ipsis possum ego

minimus medicorū dicere. Ideo de eis aliter nō scribimus. Sed de reliquis volatiliū partibus credimus pariformiter esse: dicendū sicut ⁊ de partibus quadrupedū supra scriptū est. scz. ꝙ anteriora posterioribꝰ sint meliora: ⁊ dextera sinistris: ⁊ propinqua principalibꝰ remotis sint laudabiliora. Et sic de alijs suo modo vt patet intelligēti: quare ⁊c.

Capitulum. cij. ostēdit naturam cerebri cū suis nocumentis: ⁊ qūo preparari debeat antequā manducetur.

Quamuis per tradita in superioribus capitulis possemus multorū scribendorū infra scire naturā ⁊ intelligere: tñ vt clarior ⁊ habundantior habeant doctrina pro sanitatis cōseruatione: de mēbris oībus ambulantiuz ⁊ volatilium dicemus sigillatim. a superioribꝰ initiū faciēdo de vnoquoqꝫ descriptionē afferemus: vt virtus ⁊ operatio illius mēbri: et modus substantie: ⁊ nonnulla alia melius intelligantur. Declarātes igit primo qd sit cerebrū. Dicemꝰ cū Conciliatore nostro in differentia. xxiiij. sic dicente. Cerebrum est seu medulla capitis i supremo corporis sita tribꝰ seu quatuor vētriculis intercisa duabus miringis velata sensus ⁊ motus organice initiatiua. vñ in. iij theorice dicit Cerebrū est ceteris mēbris honorabilius et excellentius: est nāqꝫ radix ⁊ quasi forma aīe rōnalis: ꝑ quam est animus ⁊ discretio sensibusqꝫ origo. Et hoc est qd sensit Gal. in primo de regimine sanitatis cum ait. Cerebrū est domus q̄dā aīe rōnalis: que ab osse cōtinetur denso. Cuius cerebri cōplexio est frigida ⁊ humida ⁊ nō calida: vt ꝓbat cōciliator in differētia p̄allegata cōtra Isaac qui dixit ꝙ ipsum erat naturaliter calidū: ⁊ frigidū accidētaliter. Et ꝙ nō sit ita: imo. ꝙ cerebruz naturaliter frigidū sit: sex ibi rōnibus ⁊ pluribus autoritatibꝰ ipse padubanēsis probauit. qui ⁊ si nūq̄ fuisset: id satis erat manifestum ex dictis philosophorū ⁊ medicorū oīm. Nōne scripsit Aristo. in libro de sensu ⁊ sensato. frigido existente cerebro de facili fiūt reumata ⁊c. ⁊ in scdo de partibꝰ aīalium. Cerebrum est frigidissimū partiū quod etiā voluit Auicen. in prima primi i. c. de cōplexiōe mēbrorū cū inq̄t. Mēbra p̄ncipalia sūt tria quorū vnū est cerebrū qd ē frigidū ⁊c. Et prima tertij. c. ij. Cerebri substantia est frigida ⁊ humida et in canticis idē voluit. Cum igit hi viri sapientissimi in hoc cōueniant. de cerebro viuentis hoīs q̄ calidissimus est aīalium vt placuit philosopho. Quanto igit magis cerebrū occisorū brutorū est frigidū: quo tātū in via cibi nōnulli delectant nescientes ꝙ cū hoc ꝙ frigidū sit et naturaliter ⁊ accidentaliter: pluribus de causis est etiā humidissimū ⁊ cū sua humiditate viscosum plurima faciēs nocumēta: quēadmodū dixit Haliabas in. v. theorice. c. xxij. di. Cerebrū amplius humidū est flegma generat digestioni resistit subuersiuum stomachi malum. Et Isaac in particularibꝰ dietis etiā sic scripsit. Cum cerebrū sit accidentaliter frigidū proinde est humidū ⁊ viscosum abominabile: appetitum corrumpit in stomacho: citoqꝫ in putredinē cōuertit: maxime si in fine cibi mādücet vñ Gal. Volētes inq̄t vomere cerebrū in fine cibi cū multo oleo comedāt. Ideoqꝫ opz añ cibū ⁊ post

ipsum cauere ab humidas cōple-
xiones habentibꝰ: ac debilē appe
titū in stomacho. Et alibi sic etiaꝫ
dixit. Cerebrū pinguedo ⁊ similia
sūt viscosa ⁊ lubricatiua stomachi
villos sua hūiditate defectāt ⁊ cor
rūpunt: sunt etiā in malos humo
res cōuertibilia. q̄ q̄ꝫ fuit Gal. s̄nia
l. iij. de alimētis. c. vij. dicētis. Ma
gis phlegmaticū est ⁊ grossi chimi
⁊ tardi meatꝰ ⁊ indigestibile: non
minus ⁊ malū cerebrum oē est sto
macho. a q̄ princeps accepit i. ij. ca
nonis i. c. ciij. cū ait. Cerebrū frigi
dū est ⁊ humidū generās plegma
⁊ humores grossos ⁊ subdit. ipsuꝫ
eñ facit nauseā apud digestionē
suā ⁊ delet appetitū. Et sir̄ Almā
sor in li. iij. c. xj. di. Cerebrū cū sit fri
gidū nauseā facit: ac stomacho no
cet ⁊c. Cū igr̄ hec faciat cerebrū aīa
liū sua sup̄flua hūiditate ⁊ viscosita
te: aut nō erit comedēdū oīno. aut
p̄paratū prius et cōditionatū vt. j.
Quarū cōditionū hec prima sit. q̄
ipm nō sit aīalis humidi ⁊ viscosi
naturaliter vel accidentaliter vt
porcis pecudis agni ⁊ hmōi quo-
rū cerebrū oīno est fugiēdū. Sꝫ sit
potiꝰ siccorū cerebrū naturalr̄ aīa
liū: ⁊ volatiliū magis q̄ꝫ ambulan
tiū: qm̄ illud magis approbat̄ ab
Isaac in libro particulariū dietaꝝ
c. de volatilibꝰ cū ait. Cerebella vo
latiliū cerebellis ambulantiū sunt
meliora. quoniam minoris sunt
humiditatis ⁊ viscositatis ⁊ pro-
pter hoc iudicamus ipsorū cere-
bella parū esse humida ad illorū
cōparationē. ⁊ laudabiliora oībus
cerebellis volatiliū sunt ea q̄ pul-
lorū starnorū p̄dicū gallorū ⁊ galli
narū. Hoc etiā voluit Auic. in. ij. ca
nonis cap. p̄allegato cū dixit. Me
liora sunt cerebra volatiliū ⁊ p̄prie
montanorū. ⁊ ex cerebris q̄drupe-
dum cerebrū arietis. s. hedi: dein-
de vituli ⁊c. Et fuit Gal. s̄nīa in. iij.
de alimētis. c. xx. dicentis. Cerebra
parua q̄dē habēt volatilia anima-
lia: meliora tamē multo his q̄ pe-
ditātibus quāto ⁊ sicciora: his igi
tur vtēdū est potius q̄ꝫ cerebris am
bulantiū. Que ⁊ si voluerimꝰ oīno
comedere: sit ista scđa cōditio ob-
seruāda: vt ante cibuꝫ sumātur: et
cū reprimētibꝰ eoꝝ malitiā sint pre
cōdita: dicēti Isaac in. p. d. Anteq̄ꝫ
comedāt cerebrū cum aceto pipere
zinzibere ⁊ absinthio ⁊ mēta ⁊ si-
milibꝰ illud cōdiāt. qđ sensit prin-
ceps vbi supra dicēs. Et oportet q̄
dē vt comedat̄ cū seminibꝰ. s. cale-
faciētibus ⁊ desiccantibꝰ. Et q̄ ita
sint verba eiꝰ interpretāda: appa-
ret p̄ Gal. in. iij. de Alimētis. c. vij.
dicentē. Cerebrū lꝫ sit grossi chimi
⁊ sup̄flui: cū melius aūt sit c̄ꝫtū ad
oīa cū incisiuis ⁊ calefaciētibꝰ pre
paratum: sic enim conditum si be-
ne digeratur: alimentum notabile
dat corpori hec ipse: quare ⁊c.

¶ Capitulum. ciij. ostendit na-
turā nuche ⁊ medulle cū earum
malitijs ⁊ nocumentis ⁊c.

Nucha est nūcius ⁊ vica-
rius cerebri in cursu dor
si: a qua lateraliter oriūt̄
nerui nō potētes conue-
nienter a cerebro nasci: q̄
spinalis medulla siue dorsalis nū
cupatur: vt ex dictis Aui. in prima
tertij ⁊ p̄ria p̄mi colligi pōt. Est eñ
velut clauus ligans spōdilia: teste
Auerroi in scđo colliget. Que cum
minꝰ mollis sit q̄ꝫ cerebrū: quanto
magis ab eo distat ⁊ remouet̄ tāto
magis indurat̄: vt inquit Gal. i. ij.
Alimētoꝝ. q̄ q̄dē medulla siue nu-
cha cū sit cerebro frigidior: vt pro-
bat Conciliator in dr̄ia. xxv. ⁊ fuit
s̄nia Isaac in li. particulariū dieta

rū sic scribētis. Medulla spondiliū ad cōparationē medulle ossiū frigidissima ē sicut ⁊ humidissima. Est eñ sicut cerebrū durior tñ ē ipso frigidior: ⁊ minoris hūiditatis. q̃ si bñ digerat grossius ⁊ plꝰ cerebro dabit nutrimētū. Medulla tñ ossiū saporosior ⁊ fastidiū faciens: bñ tñ digesta multū nutrit. Hoc eñ sensit rasis ī. xxiiij. cōtinēt. c. cccccclvij. cū ait. Medulla q̃ est ī interiori pte ossis: suauior ⁊ vnctuosior est medulla cerebri: q2 excitat vomitū: tñ si digeritur nutrimētū ipsius erit habūdās. s3 medulla spinalis. s. nuche nō cōpetit: q2 solidior ē medulla cerebri qñ digeritur non modici nutrimēti est. Et auctoritate Pauli dixit ꝙ vngit stomachū tollit appetitū cibi ⁊ lenit ventrē. vnde comedēda est cū aromatibꝰ: ⁊ Haliabas in quinto Theorice. c. xxij. sic de ipsa ait. Medulla cerebro iocundior est ⁊ suauior: s3 si plurimū sumatur subuertit: iō cū saturegia et sale oportet accipere. Et hi oēs a Gal. sumpsere dicēte in. iij. de alimētis. c. viij. Nauseatiuꝰ ē cibꝰ amplior comesta medulla sicut cerebrū. si aūt bñ digerat nutritiua est ipsa. ⁊ infra subdit. Spinalis medulla cōtinua q̄dē ē cerebro: ⁊ eiusdē nature cū ipso: durior aūt nō modicū ⁊ maxime ī inferioribꝰ extremitatibꝰ spine. in quātū eñ distat a cerebro plꝰ: in tantū magis induratur. Si aūt hec alijs medullis cōparetur: magis mollificatiua reperitur: ⁊ ꝑ cōsequēs mag stomacho nociua: vt colligitur etiā ex verbis Serapiōis dicētis Reperit in ossibꝰ medulla q̄ vere ē medulla. Alia in spinali ⁊ est nucha: q̄ est durior ⁊ siccior medullis alijs oibus q̄ accipiūtur ex ossibus. ⁊ habet de mollificatiōe ⁊ vnctuositate plꝰ. Non igit ē comedēda cū peior alijs medulis videatur: vt dictū est ⁊ tanto magis ꝙ si ois alia medulla est calefactiua lenitiua ⁊ abstersiua: licet multi nutrimēti si digeratur teste principe in scḋo canonis. c. ccccc. ⁊ conturbet stomachū ⁊ delet appetitū vt idē ait ibidē. Quāto magis nucha cum sit frigidior cerebro ⁊ grossior vt diximꝰ ⁊ vnctuosior ⁊c. Dimittāt itaq3 q̄ sua3. volūt cōseruare sanitatē hmōi medullas: ⁊ presertim q̄ stomachū debilē ⁊ hūidū habēt ⁊ similiter q̄ deiectū ⁊ postratū suū senserit appetitū. qḋ si omnino quandoq3 voluerint eis vti: ex bonis et ex laudatis animalibus supra sic accepta: quoniam cōuenientior est medulla vitulorum et cerui ⁊ tauri et caprarum: deinde ouium vt inquit princeps vbi supra. Quo in loco iussit etiam vt anteq̄ comedamus eam vt preparemus sufficienter dicens. Oportet vt comedatur cum piperibus ⁊ seminibus. Sic enim medulla inter frigiditatē caliditatem existit ⁊ temperamento vicina: caliditati tamen magis appropinq̄t. Que et sperma augmentat ⁊ stomachum mollificat. vt etiam asserit Almansor in. cap̄. xj. libri tertij. Uerum q2 huiuscemodi naturaliter sunt humida ⁊ viscosa ⁊ lubricatiua stomachi: et quia villos sua humiditate corrumpunt et in malos humores conuertuntur: vt supra diximus cum ipsius auctoritatem allegaremus: propterea securissimum nobis esse videtur vt talia vnctuosa et stomachum mollificantia omnino postponātur potius: q̄ etiā cōdita: ⁊ ī pauca sumātur quātitate.

¶ Capitulum. ciiij. ostēdit naturam oculorum et lingue pro quanto via cibi faciunt ad nutrimentum.

Oculus est instrumẽtum videndi: complexiõe aqueũ cũ quadã anteriori planitie rotundum: in supremo anterioris partis capitis locatum: ex septem tunicis ꝛ trib⁹ humorib⁹ cõstitutũ: sex musculis motuз: ꝛ vno vel duob⁹ seu tribus fultum. inquit Conciliator in differẽtia .lxiiij. Qđ sensit Gal. in .j. de ingenio sanitatis. c. vj. dicens. Oculi sunt mẽbra quoꝝ actio est visus: q̃ ex septẽ tunicis ꝛ trib⁹ cõponi inueniunt humorib⁹: teste Rasi in .j. Almãsoris. c. viij. Que q̃dẽ diffinitiões de viuentib⁹ oculis semꝑ sunt intelligẽde. Nos aũt oculos nõ viuentes: sed prout veniunt ad cibos cõsideram⁹ in ꝑsenti ꝓposito. quẽadmodũ de eis locutus est Isaac in libro particulariũ dietarũ cũ ait. Oculi sũt ex diuersis substãtijs cõpositi: habẽt eñ lacertos pinguedinẽ pelliculas et hũores. Quãtum eñ est ex parte pinguosa ꝑtinent calori ꝛ hũiditati: quantũ vero est ex ꝑte pellicularũ attinẽt frigiditati ꝛ siccitati. idcirco de pinguib⁹ aialibus frigdi sunt ꝛ humidi. Si vero de macilẽtis: frigidi sũt ꝛ sicci. ꝛ subdit. ꝛ licet oculi facili⁹ ceteris mẽbris digerãtur tñ ob pinguedinẽ sibi admixtã habẽt grauedinis viscositatis ꝛ indigestionis quoddaз: ꝛ ꝓpter hoc nõ accipiant nisi cũ aceto sale apio pipere calamẽto: зinзibere ꝛ similibus cõdiant. Qđ sensit Gal. in li. de euchimia ꝛ cachochimia. c. iiij. cũ inter ꝑtes aialiũ difficile digestibiles oculos enumeraret: vbi etiã dixit. Oculos pauci. q̃dẽ comedũt: cõponũt eñ ex dissimilib⁹ substãtijs Musculi aũt eoꝝ sũt bñ digestibiles soli animaliũ q̃ idoneã habent naturã ad euchimiã quales sũt cõ modati scꝫ etatẽ porci. Ab his tamen partibus manifeste discessit Platina cũ inquit. Oculi animaliũ si tenerrimi sint et pinguis bestie cũ sint ꝛ humidi moderati alimenti habent. Qđ tantũ quidem a via deuiat veritatis quãtũ ꝛ ipse a prefatis sapiẽtibus secessit. Quãobrẽ aut oculos oĩno dimittemus animaliũ: aut eos ex melioribus ꝛ laudabiliorib⁹ bestijs eligemus cõdiẽtes ipsos: vt inserũt Isaac ꝛ Halis bas vbi supra: ꝛ raro eis vtẽdo De lingua aũt dicem⁹ cũ Auicẽ. in. vj. tertij. c. j. ꝙ ipsa est mẽbrũ oris: ꝛ instrumentũ conuersionis cibi masticati. Scđm aũt Aristo. in. iij. ꝓblematum problemate. xxxij. lingua ẽ caro spongiosa. a quo⁹ sumpsisse videtur princeps in. ij. canonis. cap. cccclv. cũ ait. Lingua est substantia cõposita ex carne laxa in qua penetrant⁹ vene ꝛ nerui ꝛ lacerti: ꝛ humor eius est humidus ꝛc. Et Rasis in. xxij. continentis. capitulo. ccccccxcvj. de ipsa dixit auctoritate Bimmasui. lingua grossa est habũdãtis mot⁹ coadunatiõe hũiditatis. vnde comedi dꝫ cũ sinapi. Et dixit Paulus. mollis est ꝛ modici nutrimẽti. Et inq̃t Galien⁹ in lib. nutrimẽti. Substãtiã hꝫ cõpositã de carne molli venis et musculis generãs humorẽ habentem superfluam humiditatẽ. Sed Halisbas in. v. theorice. capitu. xxij. sic de ea scripsit. Lingue caro temperata est et digestioni obediens: eiusꝙ nutrimentum inter multum et modicum. Cui videtur consentire Isaac in. p. d. cum dixit. Lingua inter lacertos et teneram carnem est mediocris idcirco sola comesta dat nutrimentũ inter durũ ꝛ molle ꝛ mediocre. Que si cum lacerto substãtie ei⁹ iuncto mãducet: erit laudabilior faciliꝰꝙ digerit. Rursus si cum

si cum tenera carne sibi iūcta per quā saliua tori descendit manducet durioris & viscosioris erit digestionis. Unde bonū est si cū obsomagaro .i. sale: pipere & aceto: origano. zinzibere: & similibus comedatur &c. Ex q̄bus pōt q̄s facilie vnusq̄sq; ponere ↄcordiā inter aliqualiter dissonantes auctores: vt pȝ. secundū eīn quod diuersimode lingua consideratur: sic dissimilis existit nutrimentū. Quare cōcludere possumus cū Michaele nostro sic dicente auctoritate Ruffi. Linguarum carnes sunt satis temperate: quare nutrimentū est mediocre in q̄ntitate. Et iō non est periculum linguis laudabiliū animalium vti quandoq;.

Capitulū. cv. ostendit naturaȝ carnis: auriū: nariū: cutis: gutturis: & similium cartilaginosorum.

De his oībus i vno capitulo scribendū esse videtur: cū in suis naturis & cōplexionib[9] similentur. Sed inceptum modū obseruātes dicim[9] q̄ auris est membrū creatū auditui: & factum est ei ostracosum anfractuosum &c. vt dixit pñceps in. iiij. tertij. c. j. Nares vero sunt vie per quas anhelitus trāsit teste Gal. in. v. de accidenti & morbo. c. iij. a quo Consiliator accepit in sua differentia. xlv. cū ait. Nares sunt instrumenta delatiōis aeris ad pulmonem: & odoris ad carūculas: ex pluribus ossibus & cartilaginibus cōposita: quorum instrumentoꝝ ↄplexio est frigida & sicca: vt colligit ex verbis Isaac in particularib[9] dietis scribentis. Nares frigide & sicce sunt. Sunt enim cartilaginose: ideoq; digestioni difficiles. pāꝝ nutriūt. Et supra dixerat. Membra q̄ naturaliter sicca sunt dure digerunt: tardeq; de stomacho eijciunt: & minus ceteris sunt nutrientia: maxime si fuerint de animalibus siccis sicut bobus capris. Que q̄uis bene sint masticata in stomacho et epate bene digesta siccū tamen generant sanguinem & pessimū. Quod itē rū voluit in processu magis cū ait. Extremitates animaliū: q̄ omnino carent pinguedine tarde digerunt: sunt eīn de substantia cutis & neruoꝝ. que quidem videt Rasis sententia in. xxi. continentis. c. lx. & lxi. dicentis. Nas[9] sm̄ Mesue est frigidus & siccus: q̄ est cartilaginosus & est dure digestionis & dȝ comedi cū aromatib[9]. Auris autem sm̄ eūdem est de natura nasi. et sm̄ qd̄ inquit Gal. in libro chimorū. Aures animalium sunt cartilaginose non digerunt nec mutant. Et cutis q̄ est super cartilagineȝ est pauci nutrimenti & difficilis digestiōis q̄ est subtilis & sicca: & hoc est qd̄ voluit Gal. in iiij. c. li. de euchiomia & cachochimia. Cum inter partes animaliū difficile digestibiles sint nares & aures. Et talia enumerata. Qua de re cū Isaac in loco allegato est concludendū dicēte. Labra auribus sunt laudabiliora: q̄ auricule de cute & cartilagine sunt composite. Cartilagines vero si de animalibus iuuenib[9] fuerint & bene coquantur: erūt digestibiles & presertim si de lactentibus fuerint. Ideȝ quoq; de cuti est sentiendū que pellis dicitur & a vulgaribus cutica: que est membrum ex neruo carneq; contextum superficietenus corpus āb iēs omne ac ipsi[9] protectiuū: vt dixit Cōsiliator in differentia. xliij. Et lȝ hec vere cutis sit diffinitio: tamē & aggregato ex cuti & imene conuenit: & ad ꝓpositum facere videtur: quoniam malum dat nutrimentum sua grossicie & terrestricitate siue siccitate. sicuti sensit Auic. in. ij. canonis. c. ccccclij. dicēs.

Meliores ex eis sunt pelles lactentiũ propter humiditatẽ ipsoꝝ: earũ tamẽ nutrimentũ est paruũ viscosum: ꝛ propinquũ est in viscositate et dispositionibus suis nutrimẽto pedũ. Multoqꝫ clarius Rasis in.c.xj. libri tertij Almãsoris cũ inquit. Cutis frigidũ generat sanguinẽ in quo multa existit viscositas et oppilationẽ facit ꝛc. Similiter guttur est frigidũ ꝛ siccũ cartilaginosum: proinde parũ dat nutrimentũ digestioni inobediẽs: ꝛ hac de causa cũ calidis aromatib⁹ decet comedi teste Isaac vbi supra. In quo loco etiã iussit vt nares aures ꝛ huiusmodi cartilaginose partes prepareñtur cũ aceto: obsomogaro. sinapi: carui: pipere: zinzibere ꝛ similib⁹. Si quis autẽ aliqua affectus admiratiõe quereret qua ratione voluerit hic auctor ꝙ huiusmodi mẽbra cartilaginosa que frigida sunt et sicca: vt ipse etiã asserit: cũ aceto ꝛ talib⁹ etiã desiccãtibus mãducarentur: cuꝫ videaꝛ ꝙ siccitas siccitati nõ sit cõiungẽda. Cui respõdebimus ꝙ ita est pofecto: vt ipse ait: quãdo ex talibus iam dictis nutrimentũ expectaremus. Sed qñ intẽdimus eorum maliciã rectificare via condimẽti huiusmodi ꝛ cõueniunt: ꝛ sunt per maxime necessaria vt viscositatẽ ꝛ grossitiẽ cartilaginosarũ rerũ habeãt remouere cũ sua incisione ꝛ subtiliatiõe. Hortamur tamen quoscũqꝫ sanguinẽ habuerint grossum et viscosum vt phlegmatici ꝛ melãcholici: vt a predictis totaliter abstineant aut eis ꝗ͂ rarissime vtantur: quare ꝛc.

¶ Cap. cvj. ostẽdit naturã cordis ꝛ pulmonis ꝛ ꝗ͂tũ in via nutrimẽti faciant ad sanitatem.

Etsi cor sit nobilissimũ mẽbrorũ: vt inquit Auerrois in.ij. celi. cõmento. lxxiij. Et sit princeps corpis primus teste Hali.i.ij. Techni cõmento.xcj. Et ꝓpterea positũ in medio pectoris tanꝗ͂ in loco tẽperatiori: vt ait princeps in.xj. tertij.c.j. Et est minera generatiõis nutrimẽti spirituũ vt idem voluit in libro de virib⁹ cordis.c.ix. Et est fundamẽtũ ꝛ quasi fons caloris naturalis ꝛ virtutis vitalis. vt inquit Hali. in.v. de interiorib⁹. c.j. Et licet inquam cor viuẽs sit plus omnib⁹ mẽbris sanguineũ: ꝛ plus eis calidũ: vt ipse dixit in primo cõplexionum.c.ix. est tamẽ mortuũ: cum ad cibũ peruenit decoctũ: valde ab eo diuersum: qm̃ viuẽs erat membrũ principale. cuius virtutes erãt potẽtes in corpore ac effectus maximi virtutũ organum in corporis modio velut fornax situ. vt noster inquit Conciliator in differẽtia. xlj. autoritate zoar. Mortuum autẽ cor inter vilissimas corporis partes viam nutrimẽti cõputatur: vt idẽ asserit Cõciliator in differẽtia. xxiij. Qm̃ materialis cordis complexio: quã sumpsit ex miscibiliũ mixtione frigida est ꝛ sicca: ꝛ ideo fortis extat texture ac cõpacte: ita vt ignivide rim in cõbustis pre ceteris corpis partibus resistere: ad quod etiã humidũ coadiuuat conculcatũ in idipsum: qꝺ oportuit vt obstaret motibus ꝛ pcussionibus ꝛ caloribus: propter qꝺ supid sita fuit pinguedo quidã equiuoca tamẽ: estqꝫ ipsum dure digestionis et delationis id est penetrationis ꝛ melancholici magis alimenti. hec padubanensis ipse. Cũ tamen bene digeriꝛ caro cordis multi est nutrimenti licet non laudabilis: vt sensit Isaac in particularib⁹ dietis.c. proprio cũ ait. Cor dure est substãtie ꝛ nature lacertoruꝫ pertinẽs: tarde de stomacho eijcitur: bene tamen digestum multum nutrit ꝛc. Hoc idem voluit Almansor in.iij. c.xj. cum inquit. Cor calidũ est ꝛ dure substãtie: quod ꝛ tarde digeritur ꝛ nõ multum nutrit. Et in.xxiij. cõtinentis idem sic scripsit in.c. dcxxxij. autorita

te Gal. in libro nutrimēti. Substātia cordis est caro solida musculosa: ideo est difficilis digestionis tarde descensionis de stomacho: et penetrationis de intestinis quando digeritur: ꝛ qđ lucratur de eo corpus modicū est. Sꝫ in libro chimorum dixit ꝙ est abundātis nutrimenti. quod etiam voluit Bunmasui. quibus concordat Haliabas in. v. Theorice. c. xxij. dicēs. Cor solidum est ꝛ digestioni inobediens valde: quod qui comedere voluerit: oportet post illud zinzibere vti condito. ꝛ comedat ipsum cum pipere: ꝛ cimino: ꝛ saturegia: cuius digestio si plena fuerit plurimum nutrit. ꝛ hec fuit Gal. sententia in. iij. de alimētis. c. xij. dicentis. Cor secundū stomachū quidem durum est: ꝛ propter hoc indigestibile ꝛ tarde pertrāsitionis. Si autē digeratur bene alimentum non paucum dat corpori. Concludamus igitur cum Michaele nostro sic scribente. Cor vt cibus debet graduari frigide ꝛ sicce cōplexionis: cum sit arteriosum ꝛ neruosum satisꝙ omnia frigida sunt ꝛ pauce carnis: ꝛ ideo aut dimittatur omnino: aut eligatur ex iuuenibus animalibus ꝛ pinguibus: et si cum sale pipere ꝛ cimino accipiatur remouetur nocumentum eius. Ciminum tamen mihi non placet cum horribilis sit saporis: sed loco eius feniculum sumatur.

¶ De pulmone vero dicimus cum Cōciliatore in differentia. xcix. ꝙ ipse est terminus caliditatis naturalis in euentationem cordis ordinatus: separat enim ꝛ distinguit animalia calida a non calidis: calidiora enim eguerunt in euentatione caloris pulmone seu sanguinem habentia: reliquis vero sufficit euentatio cum brachijs: vt in piscibus ꝛc. Et propterea fuit creatum ꝛc. Sed in proposito nostro consideratus frigide et humide existit cōplexionis in primo: vt Michael refert. Quod etiam antiqui sensisse videntur cum dicat Isaac in particularibus dietis: ꝙ pulmo sit facilis digestionis: et facile de Stomacho eijciatur propter leuitatem ꝛ raritatem substantie: proinde ceteris membris corporis nutrimentū gignit pertinens phlegmatico humori. ꝛ Haliabas in. v. Theorice dixit absolute ꝙ pulmo parum nutrit: ꝛ phlegma generat. Rasis autem in. iij. Almansoris inquit. Pulmo tarde digeritur paruꝫ nutrit et est frigidus. Et in xxij. continentis. c. cccxliiij. sic etiam ait autoritate Galieni. Pulmo leuioris digestionis est epate ꝛ splene, iuxta modum raritatis corporis ipsius: tamen minoris nutrimenti est: et nutrimentum eius est phlegmaticum. Et propterea dixit. Ruffus in libro regiminis. Pulmo est modici nutrimenti valde. et Joannitius dixit. Hoc accidit causa siccitatis ꝛ leuitatis ipsius. Et iterum Ruffus inquit. Juxta modum leuitatis substātie debuit esse velocioris digestionis: tamen quia ipse natat in superioribus stomachi factus est tardioris digestionis.

¶ Idem quoꝗ sensit Paulus. Auicenna vero in. ij. canonis. c. dlxxiij. dixit. Pulmonis nutrimentum est paruum declinās ad phlegmaticum. Et infra dixit. Eius digestio est facilis: ꝛ in ipso est constrictio ventris. Et sic ipse ꝛ Isaac vidētur esse cōtrarie opinionis ꝗ̄ prefati sapientes: qui absolute pronūciauerunt ipsam esse digestionis difficilis: quibus magis assentimus. Pro cōcordia tamē dicere possumus ꝙ aut textus est corruptus: et vbi dicit facilis dicere velit difficilis: aut (et forsitan melius) intellexerunt omnes ꝙ absolute pulmo difficulter digeratur. In comparatione tamen

ad epar ⁊ splenem faciliter. Qđ vide tur Gal. voluisse in .iij. de alimētis .c. xj. dicēs. Pulmo digestibilior est epa te ⁊ splene ꝙto eis rarior: ad nutrire aūt minor. Alimentis vero ꝗ dat cor pori phlegmatico suis ⁊ magis ⁊c. Et propterea pulmones aīalium di mittant: aut eligant solūmodo ex ani malibus iuuenibus temperatis: aut temperamento vicinis: vt hedi pin guis: vituli: porci: ⁊ similium: vt Mi chael inquit ⁊c.

Capitulū .cvij. ostendit naturā stomachi: matricis: intestinorum ⁊ similium pro ꝙto via cibi ⁊ nutri menti faciunt ad sanitatem.

De his oībus in vno capitu lo scribendū est. cum eius dem fere sint substātie cō plexionis ⁊ nature: sȝ ostē dētes q̄d sint hec dicam⁹ cum nostro Sauoronola in sua pra ctica sic scribente. Stomachus est mē brum organicū cōplexione frigidum ⁊ siccū: in medio corporis situatū tu nica neruosa intrinseca ⁊ carnosa ex trinseca cōstitutū: cibi ⁊ potus ꝑ meri bo ore susceptiuū: atq̄ ipsius calore proprio ⁊ circūstantiū mēbrorum adiu torio digestiuū. Intestina aūt, vt dixit Consiliator in differentia .cciiij. sunt mēbra corporis ceteris longiora du plici consita tunica iuuatiui ⁊ super fluitatis contētiua: q̄ sex extāt nume ro: vt ex .xvj. tertij colligendū a princi pe. Matrix vero est mēbrū cōcauum: neruosum pelliculosum spissuȝ neruo sum in ꝯcauitate alchatin locatū ad rotūditatē quādā figuratū ⁊c. Ex qui bus descriptionib⁹ cōplexio horum mē brorū intelligit: que frigida est ⁊ sicca de sui nā in viuis animātib⁹: frigidior vero in mortuis plurimū: ⁊ ꝓpterea dicebat Isaac in .c. xvj. dietarum vniuer salium. Carnes stomachorum dure sunt ad digerendū. Et in particulari bus etiam inq̄t. Mēbra sicca naturali ter sicut neruus: cutis: intestina: vēter vulua .i. matrix ⁊ similia dure digerū tur: tardeq̄ de stomacho eijciuntur ⁊ minus ceteris sunt nutritiua: ⁊ maxi me si fuerint de animalibus siccis na turaliter. Quod etiā voluit Almāsor in li. iij. xj. dicēs. Vēter tarde digerit: qui frigidus existēs parū nutrit atq̄ phlegmaticū generat sanguinem. Et in .xxiij. continentis idē Rasis .c. cccccc lxxij. sic scripsit. Vēter intestina ⁊ ma trix animaliū solidiora sunt carne: iō lȝ digerant perfecte de eis generatur sanguis non purus carens bonitate: imo generat humor vehemētioris fri goris ⁊ crudus indigēs tpe longo in sui alteratione ⁊ trāsmutatiōe: lauda biliores tñ sunt vētres aīalis lacten tis ex humiditate ⁊ veloci digestione ipsorū. Auctoritate ēt Pauli dixit qđ vētres ⁊ intestina sint tarde digestio nis ⁊ generēt phlegma. Haliabas q̄ȝ in .v. theorice .c. xxij. sic ait. Intestina: stomachus: ⁊ iecora omnia membra neruosa sunt ⁊ solida duraq̄ digestio ni inobedientia queȝ generāt sangui nem bonus nō est: sed malus ⁊ ad fri giduȝ inclinus: nec aliq̄d peruenit ex eis ad corp⁹ nutrimentū ⁊c. Princeps quoq̄ in .ij. canonis .c. cccccccxxxvij. di xit. Venter paruī est nutrimenti ⁊ ma li chimi: ⁊ similiter qđ simulat ei ex vi sceribus ꝙuis ei⁹ bona fiat digestio: que fuit Gal. snīa in lib. de euchimia ⁊ cachochimia dicētis. Partes que in animalibus difficile sunt digestibiles sunt intestina ⁊ venter ⁊ matrix. et in libro de subtiliante dieta .c. viij. sic ēt ait. Vitandus est esus viscerum sicut ⁊ sanguinis: quoniam ipsa superflui ta sunt ⁊ digestibilia ⁊ pachichima: quod ⁊ de ventribus: cum eiusdē sint nature: intelligi potest quare aut di mittantur omnino: aut eligantur so lummodo ventres volatiliū potius

q̃ ambulantiũ:⁊ non omniũ ſed laudatorum vt anſeris ⁊c.dicēte Iſaac in particularibus dietis.Uēter oīm volatilium lacertoſus eſt ⁊ durus ad digerendũ:ſed ſi digeretur multũ dat nutrimentũ: omnibꝰ tamen vētribus anſerinus eſt melior ⁊ laudabilior propter copiã ſue humiditatis:poſt hũc galli naſcentis venter commēdatur. Quod etiã ſenſit Auic.in.ij.canonis. c.xlvj.cum ait.Uentres earũ.ſ.anatũ ⁊ anſerũ ſunt ſuaues.Et in.c.ccxxvij. eiuſdē ſic inquit.Uentres auiũ qñ digerũtur ſunt melioris nutrimenti q̃ aliorũ: ⁊ precipue gallinarũ ⁊ anſerũ. Qđ non minus voluit Raſis.in.xxiij. continētis.c.dcxv.Et fuit ſentētia Gali.in.iij.de alimētis.c.xx.dicentis.Uētres nutritiui ⁊ delectabiles ſunt qui anſerum ⁊ impinguatarũ gallinarũ: hi enim tantũmodo approbātur.Inteſtina aũt ⁊ matricē nullibi cõmēdata reperi:vituperata aũt in omnibus prefatis locis:⁊ ꝑcipue ab Iſaac in.j. doc.cũ inquit.Mēbra acute ⁊ oſſibus remota ſunt indigeſtibilia ⁊ inſipida: groſſiorē habentia carnē:copiam malorũ chimoꝝ generãtia propter duas res.Una q꞉ vijs ſunt vicina per quas humoꝝ feces expellunt.Alia propter longinquitatē pororũ cutis per quos ſue humiditatis ſuperfluitas nequit egredi.Alia propter oſſium abſentiã vnde tenera fieri neq꞉ collidi poſſunt. Ideoq꞉ venter ⁊ inteſtina ⁊ ſimilia vt matrix ⁊c.ſunt groſſiora ⁊ male nutribilia:⁊ propterea finiamus hoc capitulum dicētes cum Michaele noſtro: ꝙ huiuſmodi relinquenda ſunt guloſis qui cum eis ⁊ vino dulci in eorum interitum ſolatiantur.

¶Capitulum.cviij.oſtēdit naturã epatis ⁊ ſplenis prout faciunt ad nutrimentum:declarando que ipſorum ſint meliora ⁊ eligibiliora.

Declarãtes quid ſit vnũquodq꞉ predictorũ:dicemus primo cũ Aui.in.j.ſ. doctrina.iij.c.ij.Epar eſt ſicut ſanguis cõgelatꝰ.et cum eodem in.xiiij.tertij ſic ſcribēte. Epar eſt mēbrum qđ generat ſanguinē:⁊ eſt caro rubea quaſi ipſa ſit ſanguis verus cõgelatus.⁊ cũ Gali.in.v. interiorũ.c.vij.dicēte.Epar eſt inſtrumentũ faciendi ſanguinē.⁊ in.v.de iuuamentis mēbrorũ.c.iij.epar eſt principiũ venarũ ⁊ primum inſtrumētorũ generantiũ ſanguinē:⁊ hoc ꝓpter ſuã ſubſtantiã carnoſam:quã qui cõſiderauerit inueniet ipam eſſe propinquã nature ſanguinis.A quibus ſumpſit Cõciliator in differētia.xlvij.cũ inqt. epar eſt ſanguis inſpiſſatus:⁊ ipſius primũ generationis inſtrumentaliter organũ.Quas cũ habeat in viuēte dignitates mortuũ quoq꞉ alias quaſdã habet proprietates ⁊ bonitates:cum plurimũ faciat ad nutrimētũ:vt dixit Iſaac in particularibus dietis:qñ ſic ſcripſit.epar omnibꝰ mēbris groſſius eſt ⁊ durius digeri:ſanguinē tñ generat laudabilē et nutribilius eſt carne non habēte pinguediuē:ſed lactentiũ epar ceteris eſt melius.galline autē adhuc melius q̃ lactentũ ⁊ precipue ſi galline nutrimentũ fuerit tritici farina cum lacte diſtēperata ⁊ ficubus. Et in.c.xxj.v.d.Ficatum omniũ animalium.durum eſſe cõſtat tamē laudandum eſſe anſerinum ⁊ gallinaceũ eſt melius.Que quidē fuit Gal.ſentētia in.iij.de alimentis.ca.xj.dicentis. epar quidem omniũ animaliũ groſſi chimi eſt:et quaſi indigeſtibile ⁊ tarde pertranſitionis exiſtens.⁊ in libro de euchimia.c.iij.ait epar non eſt cachochimum.a quo ſumpſit Auicen. in ſecundo canonis.c.ccxxxiij.cum dixit.humor generatus ab epatibꝰ eſt groſſus:⁊ ſanius ex eis eſt epar anatis pinguis ⁊ gallinarum pinguium

et infra ſic ait. Amplius epar eſt tar-
di inceſſus ivenis: niſi eparanatis pin
guis. ⁊ ſimiliter Haliabas in. v. Theo
rice. c. xxij. dicens: epar complexione
polida ⁊ humida: ſapor ⁊ iocundus
eſt: ſed groſſum eſt ⁊ digeſtioneʒ im-
morans: quod ſi digeritur plurimo
paſcit corpus cibo: ⁊ ſanguis ex eo ge
neratus laudabilis exiſtit. Laudabi
lius aũt oib⁹ epar ⁊ iocũd⁹ ē āſeris i-
pinguate cũ paſta ⁊ lacte. Deide gal
linarum impinguatarũ: poſt que por
cinũ: omnis etenim animalis ſagina
ti epar delectabile eſt: maximeqꝫ ſi cũ
lacte fuerit ſaginatum: oportet auteʒ
quadrupedum comedentes epar nõ
multum ſumere: digeſtione etenim
immoratur hec ipſe. Cum quo videt
conſonare Raſis in. iij. Almanſoris. c.
xj. dicēs. Epar calidum eſt ⁊ humidũ:
quod ⁊ tarde digeritur: ⁊ graue exi-
ſtit. Et in lib. xxv. ꝯtinētis c. ccccccclxiij.
cum ait auctoritate Gal. in lib. nutri-
menti. Epata animalium ſubiectorũ
ad comeſtionem generant humoreʒ
difficilis digeſtionis: tarde deſcenſio
nis de ſtomacho: ⁊ penetrationis de
inteſtinis: ⁊ melius epar in omnibus
conditionibus eſt animalis comeden
tis fic⁹ ſiccas. Et ſubdit. Et epar ana
tis cum nutrimentum diſtenperatur
cum lacte ē delectabile valde. ⁊ abun
dantis nutrimēti valde: generat ſan-
guinē laudabilem ⁊ humorem in vl
tima bonitate: ⁊ diſpoſitio eius in di
geſtione in ſtomacho ⁊ egeſtione eſt
ſatis digna. ⁊ poſt ea auctoritate Bi-
maſui dixit. Epata oīm aīalium cali-
da ſunt ⁊ humida: tarde digeſtionis:
⁊ generant ſanguinē groſſum ad mo
dum illius quem generant ſplen et te
ſticuli: ſed epata gallinarium lauda
bilia ſunt: p̄cipue ſi fuerit impingua-
te ⁊ proprie ſi comedunt ficus ſiccas
⁊c. Eligātur itaqꝫ epata anſerum ana
tum pinguium: ⁊ galinarum ſagina-
tarum: de inde porcorũ: deinde alio
rum animalium lactentium: vt Mi-
chael noſter ait. ❡ De ſplene autem
dicamus cum Auicē. in. xv. tertij. c. ij.
ꝙ ipſe eſt mēbrum linguoſum longũ
cõiunctum cũ ſtomacho a ſiniſtro ſuo
vſqꝫ retro vbi eſt dorſum: attrahens
melancholiam. Gal. vero in. v. de iu-
uamentis membrorũ. c. iij. dixit de eo.
Splen eſt inſtrumentum ad purgan
dum ſuperfluum feculentum genera
tum in epate: et propter hoc ꝙ ſplen
eſt ſaccus melancholie: illaudabilis
eſt nutrimenti via cibi: ⁊ cũ in men-
ſam venerit: ⁊ corruptuʒ ⁊ melancho
licum ſanguinem generat: ⁊ digeri-
tur dure et tarde de ſtomacho eijci-
tur: vt inquit Iſaac in particularibus
dietis: vbi ſubdit. Splen autem porci
melior eſt ceteris propter ſue ſubſtā-
tia raritatem ⁊ ſubtilitatē. Quod etiā
voluit Princeps in. ij. canonis. c. cccccc
xxj. dicens Melior ſplenum eſt ſplen
porci cum hoc tamen eſt mali chimi.
In ipſo enim eſt ſtipticitas quedam
et generat ſanguinem melancholi-
cum: et eſt tarde digeſtionis propter
ſuam ſtipticitatem. et hoc eſt quod
ſenſit Raſis in. xj. capitu. libri. iij. Al-
manſoris cum ait. Splen mali exiſtēs
nutrimenti tarde digeritur: ac nigruʒ
generat ſanguinem. et in libro. xxij.
continentis. capitu. cccclxxxiiij. idem
retulit auctoritate Gal. Ioānitij et
Bimmaſui. A quibus non diſceſſit.
Haliabas in. v. Theorice. capitu. xxij.
cum inquit. Qui ex ſplene ſanguis
generatur malus eſt: et ad choleram
declinans nigram: ſed tamen ſi de
porco ſumatur minus malum ſequi-
tur: ⁊ animalium ſplenes ſaginatorũ
minus mali ſunt ꝙ̄ macrorũ. Quare
comedentem pinguidini illum admi
ſcere oportet. ⁊ optime coq̄re ⁊c. Qui
omnes a Gal. fonte copioſo accipere
in. iij. Alimentorũ. c. xj. dicentis. Splē
quidem neqꝫ ad guſtum bene dele-
ctabilis eſt: habet enim ponticũ ap-

parens meritoqꝫ cachochim⁹ esse cre ditur melancholici sanguinis genera tiuus existens. Et in lib. de euchimia et cathochimia. c. iij. sic etiã inquit de ipso Splen sufficienter est cachocim⁹ et melancholichus. In porcis autem minime ẽ talis. Omnes tñ hortamur vt porcinio et quocunqꝫ alio splene õ= termisso: cibis aliijs melioribus refici antur.

Capitulum. cix. ostendit natu ram testiculorũ: renũ: et vberũ: et õ eis quo ad nutrimentũ sit eligẽdũ

Testiculi sunt vnum de mẽ bris corporis principalib⁹ plus pro cõseruatione spe ciei qꝫ indiuidui generatũ vt colligitur ex sententia Principis primi. doc. v. c. i. et in cãticis de eis sic scribentis. Testiculi sunt mẽ bra generationis. A quo sumpsit Mi chael noster in sua practica cũ ait qꝫ ipsi sunt membra glandosa: alba: ex tra corpus eminentia: geniture per se et principaliter generatiua seu produ ctiua etc. Quorũ cõplexio prout etiaꝫ pertinet proposito: calida est et humi da vsqꝫ ad scõm. teste eodeꝫ in. ij. tra ctatu libri sui. Et quemadmodũ scri psit Auicẽ. in. ij. canõis. c. cccccc xxi ij. Plurimi ipsorũ sunt difficilis digestio nis plurimi nutrimenti: et propre cum sunt de aialibus magnis grosse car nis. Que quidẽ fuit sententia Rasis in. xxi. continentis. c. cclxxvij. et Gal. in iij. de alimẽtis. c. vi. cum inquit. Ani maliũ testiculi indigestibiles sũt et ca chochimi: digesti autẽ bene nutritiui quod autem magis et minus in ipsis proportionale est dico secundum car nen: in quantum enim porcorum caro ea que aliorum est melior intantum et testiculi testiculis. Soli autem qui callorum optimi secundum omnia et maxime saginatorũ. Et in. c. xx. eius dem dixit. Testiculi sunt optimi et ma xime impinguatorum gallorum. Et in. ij. c. de euchimia et cachochimia sic etiam de eis ait. Epar non est cacho= chimum: renes autem et testiculi non euchimi preter eos qui gallorum et propterea dixit Auicen. in. ij. canonis c. ccccccccxxij. Melior testiculus est il= lius cuius bonus est testiculus: et qui est adolescentium: et testiculus qui ẽ magnorũ hyrcorum et que eis assimi lantur: de arietibus et tauris non di= geritur: et non est sicut testiculus gal= lorũ: et precipue impingnatorum: nã ipse est bonus valde. Et subdit. Non habet bonitatem nutrimẽti mamilla rũ: nisi testiculus gallorũ impingua= torũ: ipse namqꝫ est boni nutrimenti plurimũ et oẽs species testiculi qñ di= gerũtur ꝓprie qui nõ sunt difficilis di gestionis plurimũ nutriũt. Ex quib⁹ manifestũ est quantũ gallorũ testicu li sunt cõuenientes. et ideo dixit Auer rois in secunda parte canticorum cõ= mento. cxi De testiculis gallorũ ha= betur opinio: qꝫ ex eis tantum pond⁹ sanguinis generet. quãtũ ipsi sñt qꝫ aliijs postpositis his securissime po= terim⁹ vti et õbiles essent etc. De ma= millis vo dicam⁹ cũ Auicẽ. i. xij. tertij sic eo describẽte mamillã. Mamilla est membrum creatum ad generan dum: lac vt nutriatur cum eo nouiter natus in introitu sue natiuitatis et vsqꝫ quo confirmetur et crescat eius virtus et fiat conueniens ad digeren= dum cibum fortem solidum. Conci= liator vero in differentia. cxcv. dixit qꝫ mamilla est instrumentum generati uum lactis: qõ cõponit ex arterijs ve nis et neruis carne alba sensibili: vt sanguis in ea in lac vlterius deco= ctum dealbetur etc. Et propterea be= ne dixit. Michael noster cum ait. Uberum carnes sunt similes carni= bus glandosis: et complexio ea= rum est humida declinans ad frigidi

taté: sunt boni saporis et dulcis: et ex eis generatur sanguis bonus: et multum nutriunt licet tarde digerantur. Que quidem fuit sententia Haliabatis in .v. theorice. ca. xxij. Et Almansoris in libro. iij. c. xj. dicentis. Uber est frigidum grossum: quod licet multum nutriat tarde tamen digeritur. Et in xx. continentis. c. cccclxxx. sic etiã Rasis inquit. Mamilla si comeditur: vt dixit. Gal. in libro nutrimenti: plena lacte nutrimentum eius: post digestionem bonam: erit primũ nutrimento carnis: tñ nisi conditionabilis fiat digestio ipsius de ea generatur humor crudus aut phlegma. Et dixit. Bimmasui. Mamilla frigida est et sicca ex neruositate que in ea: tamen si in ea fuerit lac erit velocioris digestiõis et laudabilior ex complexiõe: sed comedẽda est cum aromatibus: vt velox fiat descẽtio eius de stomacho et c. Gal. aũt ante hos oẽs in tertio de alimentis. c. v. sensit qđ dictũ est quando sic ait. Qui autẽ in mamillis quando habent lac: insinuant et aliquid dulcedinis illius: et ꝓpter hoc desiderabile lecatoribus edulium adenes pleni lacte facti et maxime in porcis. Quod autem ex ipsis alimentum bene quidem digestis prope id est qđ scđm carnes: magis aũt defectiue elaboratis crudum et phlegmaticũ humorem generãt et c. A quo sicut et ceteri: princeps accepit cũ in. ij. canonis. c cccc ccxlvj. scripsit. Uber natura est frigidũ et siccũ propter neruos plures qui sunt in ipso: et nutrimentũ vberis pleni lacte quando digeritur propinquũ est nutrimẽto carnis. Et illud est melius in quo est lac: quoniã facit ipsum velociter descendere: si est de animali bone carnis boni humoris grossi et fortis erit generatiuũ. Et in capitulo. cxlvj. eiusdem dixit. Mamille quidem nutrimentũ est bonum: ꝙ si in ea est lac: est grossum et c. Eligantur igitur: vt Michael iubet. vbera de animalibus iuuenibus et temperatis et c. ¶ De renibus postremo dicamus cum Auicenna in. xviij. tertij. ca. dicente. Renes fuerunt creati ad hoc vt sint instrumentum mundans sanguinem ab aquositate superflua et c. Et quia sunt duo membra carnea dura et in complexione calida sicca: vt noster inquit Sanoronola. Quod etiam sensit Auicenna in. ij. canonis. ca. ccccclxxx. cum dixit. ꝙ ad siccitatem sunt declinantes propterea parui sunt nutrimenti et humor eorũ est malus. sunt difficilis digestionis et horridi saporis: laudabiliores tamen ex eis sunt renes hedi lactentis inquit ipse. Quod etiam voluit Isaac in. p. d. cum ait Renes duobus modis sunt illaudabiles: immo propter sue substantie corruptionem et credo ꝙ velit dicere compactionem et duritiem et grossitien. Secundo quia eorum nutrtmentum fuerat vrine pinguedo: vnde sanguinem generant grossum et pessimum. Et ideo dicebat Haliabas in. v. Teorice. ca. xxij. Renes malus est cibus propter eam que in eis est vrine qualitatem. Et similiter Rasis in. iij. Almasoris. c. xij. inquit. Renes tarde digeruntur: qui nec bonum generãt sanguinem: nec multum dant nutrimentũ. Et in. xxiij. cõtinentis. c. ccccccclx. auctoritate Gal. dixit ꝙ malum humorem generant manifeste: et digestio eorum est difficilis et laboriosa. Et Ruffus inquit ꝙ sunt male digestionis et nutricatiõis Et Joannitius ait. ꝙ nõ sunt laudabiles ex grossitudine substantie ipsorũ neqꝫ in nutrimento ex malitia chimi generati de eis: neqꝫ in solutione ventris ex taeditate descentionis ipsorũ quare preter hedinos laudatos alij dimittantur.

¶ Capitulũ. c x. ostẽdit naturam: pedum et caudarum animalium in via nutrimenti: et quõ eligendi et c.

Pedes ꝛ cauda sunt mẽbra corporis manifestissima: ꝛ ppterea diffinitione non indigerent. Attamẽ id mihi minime videtur esse pretereundum quod scripsit Gal. in.iij. de iuuamentis mẽbrorum.c.j.cum ait. Pes est instrumentũ ambulationis in hoīe qui est aīal sapiens: ꝛ ambulatio fit per motum ꝛ fictionem: pedes ergo sunt instrumẽta fixionis ꝛc. Et quis hec descriptio pedibus hoim sit attributa: põt tñ ꝛ pedibus brutoruꝫ cõuenire: vt tñ nostro pertinet proposito de eis dicendũ est cum Auicẽ. in ij.canonis.c.ccccclv. dicente. Pedes generãt humorem viscosum nõ grossum. sed ipse est laudabilis ꝛ paucarum superfluitatum. Et infra subiunxit. Boni sunt digestioni ꝛ boni chimi viscosi nõ grossi. Et significatio bonitatis digestionis eorum est velocitas inflationis ipsorum ꝛ dissolutionis in decoctione. Uerum eoruꝫ nutrimentum non est multũ. Qđ sensisse videtur Haliabas in.v. theorice cap. xxij. dicens. Pedes aures ꝛ labia: omnia hec neruosa sunt paululũ carnis habentia ꝛ adipis parum nutriunt celerius digeruntur. Amplioris nempe quãm reliqua membra sunt motus: quare a stomacho citius descendunt sue viscositatis causa: ꝛ qui ab eis generatur sanguis bonus est ꝛ laudãd⁹: Et similiter Rasi in vigesima tertia cõtinentis. capit.cccccclxj. dixit auctoritate Gal. Pedes generant chimum viscosum: tamen nõ grossum: ꝛ sunt conuenientis digestionis carentes superfluitatibus boni chimi: et velocis digestionis. Deinde subdit auctoritate eiusdem in lib. de chimis: quod generãt humorem viscosum nõ grossuꝫ. ꝛ hñt signũ sup hoc ex dispositione ipsoruꝫ in decoctione: qr id qđ augeť ꝛ liq̃fit in coquendo bonum erit in digestiõe ꝛ in.iij. Almansoris. capitulo.xj. ait. Pedes sanguinem generat viscosum qui frigidior ac leuior existit illo quẽ caro gñat. Quorũ ãteriores leuiores sunt ꝛ calidiores: posteriores vero grauiores sunt ꝛ frigidiores. A quo sumpsit Isaac in pticularibus dictis cum inquit. Extremitates aīalium quia omnino carent pinguedine: tarde digeruntur sunt enim substãtie cutis et neruorum: sed quãm semper sunt in motu ꝛ labore digestibiliora sũt neruosis membris. ꝛ immobilibus ꝛ non laboriosis: quia neruosa nec laborem habentia viscosum dant nutrimentũ lubrificatiuum a stomacho ꝛ ex intestinis cito descendens. Necesse est ergo vt extremitates simile generent nutrimentũ: sed tamen nõ tãtũ. qđ sic pbatur. Cũ em̃ coquuntur per partes suas dilatantur quod significat leuitatem ꝛ subtilitatem: paruũ tamẽ eorũ ẽ nutrimẽtũ. Et post aliq̃ subiũxit. Pedes anteriores posteriorib⁹ sunt meliores propter fundamentũ naturalis caloris eis vicinantis. Concludamus itaqꝫ quod cũ pedes quadrupedum sint de numero ciborum superfluitates nõ habentiũ. vt dixit. Gal. in libro de dissolutione continua. securi sint ad sanitatẽ: pmaxime cholericis ꝛ sanguinẽ subtilem habentibus cõuenire videntur. Eligantur ergo pedes laudabilium aīaliuꝫ ꝛ decoquantur vsqꝫ ad dissolutionem ꝛ preparentur cũ aceto ꝛ croco: ꝛ sic remouebitur eorũ nocumentũ si quod ex grossitie ꝛ viscositate ipsorũ timetur: vt Michael inq̃t. Et eorũ patina apponi prima mensa consueuit ꝛ mirũ modum appetentiam excitabunt: vt obsonioruꝫ retulit autor. ¶ De cauda autem dicimus cum Rasi in.xxij. continentis.c. ccccxxvij. autoritate Gal. sic scribente Caude sunt magis solidiores ventribus ꝛ intestinis. ꝛ iuxta hunc modum erit difficultas digestionis ipsa

rum ꝛ paucitas nutrimenti: tamen superfluitates ipsaꝝ sunt modice ex motibus ipsarū: ꝛ propter hoc quidā modernorum dixerūt ꝙ cauda est satis cōueniētis nutrimēti propter sui motum cōtinuū. Quod tamen dictum sic absolute nō est conueniēs: cum dicat Isaac in particu. dietis ꝙ nō solū cauda: sed etiam mēbra que caude sunt vicina: ꝛ a calore naturali longinqua duriora sunt ꝛ indigestibiliora minusꝙ saporosiora. Quod fit duobus modis. Primo ꝓpter calorez naturalē ab eis remotum. Secundo quia fuerūt nutrita sanguine male i epate cocto. Et hoc videtur sensisse Rasis cum in iij. Almansoris. c. xj. inquit. Cauda est calida que stomacho nocēs fastidiuz facit ac cholerā generat rubeam. Et in libro. iiij. suorum aphorismoruz sic quoqꝫ ait. A capitibus homines sibi precauere debent ꝛ a caudis. Philosophi eñ dixerunt ꝙ carnes pilose venena nō euadunt naturaliter. ꝛ maxime capita eoꝝ ꝛ caude: ꝛ ideo comedi nō debēt que fuit ꝑ parte Gal. sententia i libro de euchimia ꝛ cachochimia c. iiij. cum caudā enumerauerit inter partes difficilis digestionis ꝛ mali chimi. quāobrem vsum eius nō laudam⁹ ad sanitatē pacto aliquo quemadmodum pedes laudabiles plurimum cōmendamus.

Capitulū. cxj. ostendit naturam sanguinis ꝛ pinguedinis ꝑ quāto via cibi quādoqꝫ sumunt ur.

Sanguis ꝛ pinguedo nō sunt corporis membra quemadmodum sentiūt medici verū qꝛ cum mēbris vicinitatē habēt: de ipsis postremo mihi videt̄ esse scribendū tanꝙ si mēbra quedā forent: quātum ad sanitatis custodiā pertineant. Licet eñ sanguis in viuēte aīali: vt dicit Cōciliator in differētia. xxx. sit humor calidus ꝛ humidus sapore dulcis odore fetidus minime coagulabilis solus. que diffinitio soli sanguini prout ab alijs distinguit̄ humoribus conuenire videtur. Tamē cōsiderat⁹ prout via cibi ex aīalibus sumitur: est quoddā cōfusum ꝛ cōmixtum ex oīb⁹ quatuor humoribus: qui proprie a medicis massa humoralis nūcupatur: alterius cōplexionis ꝙ dictū sit alteriusꝙ nutrimēti ꝛ illaudabilis: cuiuscūꝙ fuerit animalis: ꝛ presertim domestici. vt ex dictis Isaac cōprehēdi pōt: ꝗ in. c. xiiij. dietaruz vniuersaliū inquit. Siluaticoꝝ sanguis subtilior est ꝛ acutior: qꝛ minus sunt comedētia: ꝛ sunt sicciora ex nimio motu ꝛ calore aeris. vbi eñ aluntur semper sole cooperiūtur. vnde pori rarificantur ꝛ superfluitates humorū dissoluuntur: ꝛ qꝛ parū comedunt atqꝫ bibunt. Sanguis vero domesticoꝝ datus est cōtrarius: qꝛ durior: grossior: viscosior: atqꝫ nutribilior ex paruitate aeris ꝛ defectione mouēdi ꝛ multitudine comedēdi atqꝫ bibendi: vnde pori oppilantur: ꝛ nutrimenta ingrossantur: que videt̄ fuisse Gal. sententia in. iij. alimentorū. c. xvij. dicētis. Omnis quidē sanguis difficulter digestibilis est: ꝛ maxime qui grossus ꝛ melācholicus qualis qui bouz: Qui autem leporū tanꝙ delectabilissimus appreciatus est. ꝛ in. c. xxij. eiusdē inquit. Superfluicus ꝛ indigestibilis est omnis sanguis: scdꝫ quemcūꝙ modū ipsum preparauerit aliquis. ꝛ in libro de subtiliāte dieta. c. viij. sic quoqꝫ ait. Et sanguinis vsus omniū animalium vitandus est: ꝛ multo magis ad subtiliantem dietam. A quo sumpsit Rasis cum in. xxij. continentis. ca. cccviij. sic scripsit autoritate Pauli. Omnis sanguis est difficilis digestionis: ꝛ precipue sanguis grossus qui declinat ad

cholerā nigram ad modū ſanguinis
teuri ⁊c. ꝓpterea ipſius comeſtio: quo
modolibet fugienda eſt: lꝫ ꝙ plures
ex ſanguine porcino ſanguinaceos fa
ciant cū eo admiſcētes lac pinguedi-
nem cū feniculi ſemine: ⁊ eis in hye-
me, vtātur: neſciētes quantū mali: ex il
lorū comeſtione: ⁊ in ſanitate detrimē
tum ꝑueniat. quare ⁊c. ¶De pingue
dine autē dicimus cū Serapione au-
toritate Gal. ſic dicente. Quādo aīal
eſt humidū generatᷣ in eo pinguedo:
ſicut porcus. Et quādo eſt ſiccū gene-
ratur in eo adeps: ſicut taurus: capra:
⁊ alia que habēt cornua: ⁊ in hoc dif-
ferunt. Erit igitur pinguedo id quod
a vulgaribus laridū dicitur. Adeps
vero ſiue vnctuoſitas id qꝺ axungia
nuncupatur. Et hoc eſt qꝺ ſenſit Ha-
liabas in .v. Thorice. c. xxiij. cū ait. Pin
guedinis cōplexio calida eſt ⁊ humi-
da. Adeps vero minꝰ calidus eſt ⁊ hu
midus ꝙ pinguedo: ſunt autē ambo
phlegma ⁊ ſuperfluitas humida: ſto-
machū eneruant ⁊ in calorē cito alte-
rantur: ⁊ eoꝝ modicū eſt nutrimentū
⁊ ſanguis quē generāt nō eſt laudabi
lis. Ubi ſciendū eſt ꝙ ipſe Haliabas
ſicut ⁊ alij de noībus nō curātes: qñꝙ
ſicut in prehabitis: adipis ⁊ pingue-
dinis noībus abutitur. Iſaac etiā idē
voluit qꝺ dictū eſt cū in .v. d. ſic ſcripſit
Unctuoſitas ſiue adeps eſt illa que in
bobus creſcit: que calidior eſt ⁊ humi-
dior ꝙ pinguedo que in porcis gene-
ratur: qꝛ vnctuoſitas calorē naturalē
habet ꝓpter vicinū ſibi carnis calorē:
pinguedo vero frigidior eſt vnctuoſi-
tate ⁊ ſiccior: qꝛ a carnis calore eſt re-
mota ⁊ ab eius humiditate. Generatᷣ
autē adeps ex aquoſitate ⁊ vnctuoſi-
tate ſanguinis quam frigiditas coa-
gulat: ideoꝙ ipſam reſoluit caliditas
vt inquit Princeps in prima primi do
cto. v. c. j. Res autem vnctuoſa et pin-
guis eſt aquea aerea ſicut voluit Ga
lie. in lib. de ſimplici medicina diſtin-
ctione. viij. c. j. Complexio igitur adi-
pis eſt calida: vt idem dixit in .v. de iu
uamentis mēbroꝝ. c. ij. dicens. Signū
multi caloris in pinguedine et adipe
eſt velocitas in accenſione ꝓpter pro-
pinquitatē nature eius ad naturam
ignis. Cōplexio etiā ſua eſt humida:
cum dicat idē in .j. de cōplexionibus. c.
vlti. Cerebro humidior eſt pinguedo:
cuiꝰ coagulatio nō eſt niſi propter fri-
gus panniculorum: ⁊ illud ideo quo-
niam oleo ſpiſſo eſt ſimilis: ⁊ propter
ea congelatur cū mēbra ei obuiant fri
gida ſanguine priuata: neꝙ quidem
poſſibile eſt vt pinguedo in circuitu
epatis coaguletur: neꝙ in circuitu ve
narum pulſatiliū: neꝙ in circuitu cor-
dis: neꝙ in circuitu alicuius membro
rum vehementis caliditatis. Et pro-
pterea ꝙ eius coagulatio fuit a frigo
re: eſt eius reſolutio ⁊ liquefacto a ca
lore ⁊c. Ex quibus patet cōplexio pin-
guedinis ⁊ adipis: que calida ſunt et
humida: licet calidior ſit adeps pin-
guedine. ⁊ ob hāc cauſam dixit Iſaac
in doctrina. v. capitu. xuij. ꝙ craſſiſſi-
ma ſint peſſima: quia pinguedinis ꝓ-
prietas ſtomacho et digeſtioni eſt no
ciua. Primo quia innatat cibis: ⁊ fa-
cit eos inflantes: et cito ſaturantes.
Cum autem alteri cibo admiſcentur:
ſua viſcoſitate ille alter ingroſſatur: ⁊
digeri incipiēs villos ſtomachi emol-
lit: et viſcoſitatem et lubricitatem eis
tribuit: vnde virtus contentiua deficit
et expulſiua vigoratur vnde plurimū
lienteria generatur. Et hoc proprie
operantur in ſtomachis frigidis. In
ſtomachis vero calidis pinguia ad
fumoſitatem et ad choleram conuer-
tuntur: quia calor ſtomachi ex pingue
dine interius incenſiuus fit: ſicut exte
rius calor ignis pinguedine ⁊ oleo ac
cenidtur. In docto. quoꝙ. v. ſic inquit.
Adeps ⁊ pinguedo ſunt faſtidium in
ducentia: cibiꝙ inſtrumētum mollien
tia ⁊ humefaciētia maxime villos ſto

machi: habent quoq; proprietatẽ sup omnes cibos natãdi: ꝛ cibũ viscosum grossum; digestionisq;, inobedientem faciende: ꝛ falsum saturitatẽ generandi. Et infra dixit. Carnosa ꝛ nõ carnosa pinguedo pro nutrimẽto data pessima est: oppilationẽ generat: ꝛ humores phlegmaticos adiuuat ꝛc. Idem quoq; sensit Princeps in .ij. canonis .c. cxlvj. cum ait. Pinguedo ꝛ adeps sunt mali nutrimẽti ꝛ pauci: ꝛ subleuant cibũ: ꝛ nõ est conueniẽs ex eis nisi quãtitas parua scd̃m mensurã que delectet. Et in tertia .j. dixit. ꝙ ex cibo vnctuoso sit ociositas ꝛ aufertur desideriũ. Et in xiij. tertij. tractat. ij. c. vlti. sic scripsit. Scias ꝙ omnia vnctuosa prosternũt appetitum aut debilitant ipsum p hoc ꝙ mollificant: ꝛ per hoc ꝙ corrũpunt orificia venarum ꝛc. Eis itaq; via cibi nõ est vtendum: sed tantummodo via cõdiendi: vt infra apparebit. Et sic est finis sermonis nostri de carnibus ad laudem indiuidue trinitatis.

¶ Capitulũ. cxij. ostẽdit naturam cõplexionẽ vtilitates: ꝛ iuuamẽta ouorum in via nutrimẽti.

Ob nostre sanctissime legis reuerentiam: nõ semp licet nobis carnes comedere: sꝫ in quibusdam dieb᷑ oua: lac: caseũ: ꝛ hmõi. In aliq̄bus autẽ alijs vti solũ piscibus: oleribus: fructibus: ꝛ talibus cõcessum fuit. Et propterea de his omnibus est scribendum. Et primo quidem de ouis tã ꝙ̃ de re magis vsitata: ꝛ plurimũ ad sanitatem faciente: cum oua aliquando vicem carnis retineant: vt inquit Almansor in .c. xiiij. libri tertij. Dicamus ergo cum nostro Conciliatore in differentia .lxix. sic scribente. Ouũ est animal potentia ex ouificantis productum superfluo. Cuius complexio ad equalitatem tendit ꝛ temperamentũ: licet ipsius albumen ad frigiditatem: ꝛ vitellus ad caliditatem: quorꝫ ambo sunt humida: vt ait Auicen. in .ij. canonis .c. cccccxvj. Quod ẽt sensit Isaac in libro dietarum vniuersaliũ .c. xvij. dicens. Quorum nature vniuersaliter temperate sunt: ꝛ mediocres complexioni humane vicinantes. Et in particularibus inquit. Oua id sunt ex animalibus volatilibus: quod sanguis et sperma ex animalib᷑ ambulãtib᷑. Sicut enim sanguis ꝛ sperma sunt ex materia ꝛ nutrimẽto animaliũ ambulantium: ita oua sunt ex materia ꝛ nutrimento volatilium. Oua enim volatilium masculũ succunbẽtium hec duo in se retinere videntur: sperma videlicet ꝛ nutrimentum: proinde velociter ꝛ multum sunt nutrientia ꝛ confortãtia. Velociter nutriunt propter sue substantie subtilitatẽ suiq; liquoris tẽperamentũ. Corpus sunt cõfortantia: et velociter nutriũt: ꝛ quanto plus calor in eo operatur: tanto magis indurantur: sicut videmus in exterioribus fieri: quanto enim calor ignis in eis operatur: tanto indurari incipiunt. Nutrimentũ autem dant multũ: qꝛ tota eorum substantia mutata membris omnino assimilatur pro sui nature humane vicinitate. Et maxime eorũ vitella: qꝛ in calore ꝛ humiditate sunt temperata: ꝛ magis videntur humane cõplexioni similia. Que fuit Rasis sentẽtia in tertia Almãsoris .c. xiiij. dicẽtis. Salline ꝛ perdicis oua temperata sunt et cõuenientia. Vitellus quoq; in caliditate temperatus existens bene nutrit. Albumẽ vero frigidũ est ꝛ viscosum dureq; digeritur: sanguis etiam ex eo generatus nõ est bonus. Quod considerans Serapio inquit. Complexio quidem oui est frigidior parum ꝙ̃ corpus temperatũ: ipsum namq; infrigidat temperate ꝛc. Que complexio sic potest declarari si frigidũ plus in mole ꝛ quantitate permiscetur cuꝫ calido

temperato: proculdubio totū commi-
xtum erit frigidū: vt patet: sed aggre
gatum ex albumine ꝛ vitello est huius
modi: ergo totum erit frigidius tem-
perato: vt bene dixerat Serapio. Quod
autem vitellum sit temperatuꝫ: appa
ret per Isaac in.v.doctrina.c.xvij. di-
cente. Vitella sunt temperata: ꝛ calori
naturali viciniora: ꝛ ideo ad digeren-
dum velociora ꝛ faciliora: ꝛ maxime
si de iunioribus fuerint volatilibꝰ ma-
sculos habentibus. Patet etiam per
ea que dixit Rasis ꝛ similiter Auicen.
in preadductis eorum allegationibꝰ.
Similiter albumen est frigidum: licet
Conciliator in predicta differentia de
claret ipsum esse calidū absolute: sed
tamē respectu corporis temperati est
frigidum: cum dicat Isaac in particu
laribus dietis. Albumen ouorum ali-
quātulum frigiditati ꝛ grossitati perti
net: vnde est durum ad digerēdum et
tardum. Quod sensit Gal. in.xvj. Te
rapeutice.c.v.dicens. Debilibus ma-
gis sunt danda vitella ouorū ꝑpterea
ꝙ album ipsorum difficile digestibile est.
Cuius rationeꝫ expressit in quarto de
simplici medicina distinctione.ij.c.iij.
cum ait. Albumen oui compositū est
ꝛ permixtum ex substantia aerea: ter-
rea: et substantia aquea simul: sicut
oleum: verūtamen est pluris terreita
tis ꝙ oleum suaue: ꝛ propter illā ter
reitatem ꝛ grossiciem suam cū quodā
viscositate est difficile digestibile. Ex
quibus apparet que sit oui cōplexio.
¶ Vtilitas autē ouorū ad sanitatē est
multa: cum plurimum nutriant corpꝰ:
vt pro parte iam dictum est ꝛ quēad-
modum innuit nobis Isaac in.xvij.c.
d.v.dicēs. Oua cū materia ꝛ nutrimē-
tum omnium volatilium existant: ne-
cesse est vt fortissimi ꝛ multi sint nutri
menti. Multi enim q'totū assimilatur
sanguini ꝛc. Et infra subiunxit. Oua q̄
de subtili sunt animali ꝛ temperato si
cut perdicum ꝛ gallinarum laudabi-
lium: laudabile est eorum nutrimentū
facile digestiuum ꝛc. Et ꝑpterea om
nia oua augmentum faciunt in coitu:
vt dixit Princeps in.ij.canonis.c. alle
gato. Et fuit sententia Rasis in tertio
Almansoris.c.xiij. dicentis. Duo ve
ro ouorum prius dicta genera: galline vi
delicet atq; perdicis: sperma valde au
gmentant: atq; ad coitum stimulādo
incitant: quod ideo fit quoniam oua
gallinarū virtutem augmentāt: ꝛ ma-
xime virtutem coeūdi: humectant eni
ꝛ ethicis conferunt ꝛ sanis hominibꝰ:
vt idem ait in quarto suorum aphorismo
rum autoritate Arzicon philosophi.
Ratione igitur sue temperate comple
xionis: atq; sue ad humanum corpus
conuenientie: ꝛ multitudinis nutrimē
ti: oua inter reliqua vsitata cibaria nō
immerito cōmendantur.

¶ Capitulū.cxiij. ostēdit que oua
sint meliora ad sanitatē nutribilio
ra ꝛ magis eligenda.

Visa cōplexione ꝛ vtili
tate ouorū: dicendum
est de ipsorum electio
ne: nō eniꝫ sic oua om
nia vt supra scripsimꝰ
approbātur: sed solū
electa ex eis. Que si
electa ꝛ laudabilia dici merentur: ne-
cesse est vt ipsa has habeant cōditio
nes. Quarum prima est hec: vt ex lau
dabilibus sint animalibus: perdicis
scꝫ ꝛ galline iuuenū atq; pinguiū ma
sculinum coeuntem habentiū: qm̄ vt
ait Isaac in.v.d. Oua gallinacea ꝛ per
dicū tēperatoria ꝛ laudabiliora sunt
ceteris: maxime masculum habentiuꝫ
bene nutriunt: ꝛ iuniorū oua sunt me
liora ꝙ veterū: ꝛ crassorum ꝙ macro-
rum: vicinitas factorum ꝙ veterorū. Et
in particularibꝰ sic inquit. Si oua de
tēperatis fuerint aīalibus bn̄ carnosis
etiā ꝛ iuuenculis: ceteris fiunt lauda-

biliora maxie si masculis fuerint suc cūbentia contraria autē ecōtrario p: inde oua perdicis. ⁊ galline naturali ter pinguis sunt laudabiliora quā si sint crasse propter escā vl' quietē quā habēt. Si vero fuerint iuuenes ⁊ ma sculos habuerint: multo plus erunt laudāda. Animalia eñ masculis suc cumbentia calorē habent vehēmētio rem quare odor eorum omni caret acumine: vñ sunt facilia ad digeren dum. Deinde subdit. Post hec anse ris oua sunt bonitatis qd habentia: ⁊ lz sint grauia duraqꝫ ad digerēdū: tñ si calor erit fortis: ipsaqꝫ bene dige rant: superi⁹ dictis nutribiliora sunt: ⁊ magis confortantia. Peiora istis sunt oua struīj: sunt eñ grauis odo ris: idcirco sunt dura grauiaqꝫ dige stioni. Pessima vero oīm sunt pauo nis oua ꝑpter horribilitatem odoris sue carnis: vñ sunt indigestibilia hu maneqꝫ cōplexioni incōuenientia: sꝫ calidiora ceteris ⁊ ardentiorē sangui nem generētia sunt oua passerū post hec colūbarū q̄ minorē calorēꝫ ⁊ sicci tatēꝫ hñt. hec ipse. Que fuit ēt sentē tia Rasis in. iij. Almāsoris. c. xiij. dicē tis. Oua plus alijs hoībus conueniē tia galline sunt ⁊ perdicis post q̄ oua anatis in bonitate exīstūt: q̄ꝰuis ma lum efficiant nutrimentū. Alia vero sicut ea que paruarū auium atqꝫ ma gnarum comedenda nō sunt nisi me dicine cā. Et post pauca subiūxit. an serum aūt oua fastidiū faciūt grauē habētia odorē. A quo sumpsit Auer. in. v. colliget dicens. Oua gallinaruꝫ sunt meliora ceteris: ante quos oēs sapiens inquit Gal. in. i. de alimentis c. xxi. Meliora oua sunt que gallinaꝝ ⁊ fasianorum. peiora que sunt anserū ⁊ structionū. Cōcludēdū est ꝫ cū Isaac l. v. d. sic scribēte. Oua q̄ de grossis sūt aīalib⁹ ad digerendū duris ⁊ nutrimē ti illaudabilis sicut structionis ⁊ anse ris: ⁊ nali sunt nutrimenti, ⁊ ad digerē

duꝫ dura grauis odoris ⁊ maxime de veterib⁹. Oua vo q̄ de subtili sunt ani mali ⁊ temperato sicut perdicum: et gallinarum laudabilium: laudabile est eorum nutrimentuꝫ facile digesti uum: ⁊ maxime si de iunioribus fue rint: quoniam oua leuiora sunt de iu nioribus: ⁊ grauiora de veteribus: et temperatiora de mediocribus: quia caloris sunt perfecti ⁊ minoris humi ditatis: vt etiam dixit in eodem. c. li cet in alio loco. Si igitur oua de sa nis fuerint animalibus ⁊ crassis nutri menti erunt laudabilioris: similiter de coeuntibus cum masculis: quoniā calorem naturalem maioreꝫ habent coeuntia quā non coeuntia: vt idem refert vbi supra. Que fuit etiam Ra sis snia in. iij. suorū aphorismorum: cū ait. Oua meliora sunt oua gallina rum ⁊ earū que cū gallis viuūt. Ex q̄ bus oībus prima integrat cōditio. s. q̄ oua eligenda esse debeāt ex lauda bilibus aīalibus iuuenibus pinguib⁹ ⁊ cū masculis coeūtibus. Scda vo cō ditio est: vt oua sint recētia: qm vt in quit Isaac in particu. dietis. Oua re centia sunt laudabiliora: q: calor na turalis eorū est fortior: qd testat boni odoris suiqꝫ saporis acceptabilitas ꝑpter hoc bñ nutriūt atqꝫ calorē con fortant naturalem. Uetusta vero pes sima fiunt: vñ corruptibile generant nutrimentū: calor eñ naturalis eorū est defectus: atqꝫ ab aere aliū sumpse runt: ideoqꝫ malorū humoꝝ putredinē citius subeunt: ⁊ q̄to vetustiora tan to erunt deteriora. Qd ante ipsum di xerat Gal. in. iij. de alimentis. c. xxi. cum ait. Optima quidem oua sunt q̄ recentissima: pessima auteꝫ que vetu stissima: que autem inter media hoꝝ proportionātur distantia qua distāt ab extremis bonitate ⁊ malitia. Et ideo concludamus cuꝫ Auic. in. ij. canonis cap. cccccxxxv. q̄ meliora ex ouis sunt oua galline recētia: quare illa tantū

modo sunt eligenda.

¶ Capi.xxiiij. ostendit quomodo quoquantur oua: ꝛ quis modus coquendi sit melioꝛ ad sanitatem.

Cu3 multifariã oua dequoq̃ consueuerit: dicendũ esse vtile ꝛ necessariuȝ de eorũ decoctionibꝰ existimauimus: vt sanitatis conseruatoꝛ intelligat quis modus laudabilioꝛ ꝛ salubrioꝛ a medicis esse ꝓnuncietur. Dicamus ergo ꝙ principaliter oua dupliciter preparentur. assando.s. ipsa super cineres calidos ꝛ in aqua elixando. que si inuicem cõparentur: elixa melioꝛa. ꝛ assatis laudadilioꝛa dicẽtur: vt placuit Isaac in.v.doctrina.ca.xvij. dicente. Oua assata elixis sunt grossioꝛa. Et ad digerendum durioꝛa. q2 focus substantialẽ eorũ humiditatẽ desiccat: vnde desiccatoꝛia ꝛ minus refrigeratiua existũt. Et in particularibꝰ etiã ait hoc modo. Oua in caloꝛe ꝛ humiditate sunt temperata ꝛ humide cõplexioni similia: sed tñ si assentur: ab igne caloꝛẽ suscipiũt ꝛ siccitatem: vñ fiunt desiccatiua minusq3 caloꝛis refrigeratiua. Si vero cũ aqua fuerint elixa humiditatẽ sumunt: proinde minus desiccatiua magisq3 caloꝛis mitigatiua. ꝛ infra sic ait. Oua assata sũt grossioꝛa ꝛ durioꝛa ad digerendum elixatis: qm̃ caloꝛẽ ꝛ siccitatẽ ab igne suscipiunt famositatẽ etiã odoꝛis egranitatem. Vñ sic cocta plus vias medicine ꝙ̃ cibi cõueniunt: teste Auic.in.ij. cano.c.cccccxxxv. cũ inquit. Et que ex eis sunt assata super cinerem sine fumo conferunt solutioni ventris ꝛ dissinterie ꝛc. cũ aũt duobus modis assentur oua: super carbones.s. ꝛ sub cineres: petet quispia3 q̃ deterioꝛa? cui rñdet Isaac in.v.doctrina.c. preallegato dicens. Oua q̃ inter cineres ponuntur tota sunt peioꝛa eis que sup carbones ponuntur qm̃ cũ caloꝛ foci circũeat ipsa: fumositatẽ suã exire ꝓhibet: super carbones vero posita fumositatem emittũt ꝛ mũda sunt. nullo igitur predictoꝝ modoꝝ sunt oua coquenda: sed potius elixanda: dicẽte haliabate in.v.theoꝛice.c.xxvj. Cõpetentius aũt ouum qđ sumitur: est elixatũ in aqua ꝛ non multũ decoctũ vt durum fiat: sed media tm̃ maturatione decoquatur qđ etiã soꝛbile vocatur. hoc nanq3 citius digerit ꝛ melioꝛ est cibus. Nodatũ aũt ꝛ durum ꝛ lapidosum ꝛ patellatũ malũ est ꝛ difficilis digestionis: humoꝛẽ generat grossuȝ facitq3 oppilationẽ ꝛ lapidem in renibus: ꝛ putrefactionẽ in stomacho: ꝛ colicã mouet passionẽ. Cũ aũt ouuȝ elixari etiã duobus modis cõtingat: cũ coꝛtice.s. ꝛ sine ipso cũ frangitur ꝛ in aquã calidã ꝓijcitur: quereret aliqs foꝛsitan ꝛ bene que harũ duarũ elixatio sit conuenientioꝛ? Cui dicemus cum Isaac vbi supra sic scribẽte. oua elixa coꝛticibus suis peioꝛa sunt ꝙ̃ fracta in aqua: quia fumositati ꝛ grossitiei coꝛtices repugnãt exterius. Que oua qui sepe comedunt ventositatem inflatiuam ꝛ grauatiuam patiuntur stomachi ꝛ totius ventris et postea subdit. Oua in aqua fracta melioꝛa sunt his que cum coꝛticibus elixantur: quia caloꝛ aque temperate penetrat ꝛ grossitiem suam subtiliat ꝛ aufert sibi grauitatem sui odoꝛis. Unde huiusmodi sunt laudabilioꝛa ceteris. Et post multa sic etia3 inqt. Oua in aqua elixa laudabilioꝛa existunt: maxime medie cocta: quia ex toto cocta mutantur in assatoꝛum natura3: Et in particularibꝰ idẽ voluit cũ ait. Oua elixa in aqua ꝛ mediocriter cocta facilis sũt digestiõis. Quo ad duritatẽ coquãtur tarde digerunt ꝛ infra subiunxit. Oua elixa in aqua sine te-

ſtis: in ſua naturali cuſtodiuntur hu-
miditate: cū aque humectatiōe ſuiqꝫ
odoris grauitatē amittunt: vnde cete
ris ouorū preparationibꝰ ſunt lauda
biliora: ⁊ precipue ſi mediocriter cocta
fuerint ⁊c. Sed qꝛ ſic p̄parata: etſi ma
gis ꝗ̄ alia dicātur eſſe ſaniora: nō om
nibus tamē placēt: imo quidā: de quo
rū numero ſumus: plus cū cortice oua
elixa deſiderāt: melioriqꝫ cum appeti
tu: vt ita dixerim: aſſumūt ea. Ideoqꝫ
de ipſis dicamus vlteriꝰ ꝙ tripliciter
poſſunt eſſe decocta. parū. ſ. ⁊ vt ſemi
cruda ſint: ⁊ talia ſi nō abominabilia
fuerint: plurimum dāt nutrimentū: vt
voluit Serapio cū ait. Ouum ſemico
ctū ſorbile eſt magis nutritiuū ꝗ̄ alio
modo comeſtū. Quod etiā ſenſit Al-
manſor in. iij. c. xiiij. dicens. Oua mol-
lia ad deſcēdendū velocia his quibꝰ
ſanguis fluxit multitudo: ac vires fue
runt diminute cōferunt. Quedā vero
cum teſtis ſuis indurantur. ⁊ hec ſunt
dura ad digerendū: bene tamen dige
ſta plurimū exhibēt nutrimētū: teſte
Iſaac in. v. doc. ſic ſcribēte. Oua indu
rata deſiccatoria ſunt ⁊ a ſtomacho
dure exeuntia ⁊ venas tarde penetrā
tia: ſi tamen digerātur dure diſſoluū-
tur: ⁊ ideo ſtomachū grauāt et inteſti
na: plerūqꝫ tamē bene cōfortāt. qḋ cō-
firmauit Raſis in tertio Almāſoris c.
preallegato dicens. Oua cū elixātur ⁊
dura fiunt plus nutriūt: ad digerēdū
tamē ſunt duriora: tardiuſqꝫ de ſto-
macho deſcēdunt. ⁊ Gal. in tertio Ali
mentorū. c. xxj. cum ait. Oua quidē co
cta ⁊ indurata difficulter digeſtibilia:
⁊ tarde pertranſitionis ⁊ alimentum
groſſum tribuunt corpori: his tamen
adhuc magis ſunt tarde pertranſitio
nis ⁊ groſſioris chimi que ſupra cine-
rem calidum aſſata. Et in libro de eu-
chimia. ca. iij. ſic etiam dixit Ouorum
quecunqꝫ vſqꝫ ad perfectam coagula
tionem coquūtur aut aſſantur nō be-
ne euchimia ſunt. Quedam vero oua
inter hec extrema medium tenent de-
cocta quidem ſufficienter et non indu
rata: que ſorbilia vel coagulata dicū
tur: ⁊ hec ſunt ſaniora ⁊ omnibus fere
hominibꝰ gratiora: ⁊ ceteris laudabi
liora dicēte Almāſore vbi ſupra. Oua
tremula que neqꝫ dura ſunt: neqꝫ mol
lia inter illa duo media exiſtūt. ⁊ Ga.
etiā in loco ſuperius adducto inquit.
Optima ouorum ad alimentum ſunt
que tremula ſorbilia. que quidem mi-
nus nutriunt induratis: facilius tamē
ſubeunt ⁊ eas que innocata alteriora
aſperitates leniunt. Et in libro de eu-
chimia ſimiliter ait. Oua que mode-
rate ſunt cocta: propter quod tremu-
lenta vocātur: meliora ſunt alijs: ⁊ ad
digeſtionē ⁊ ad euchimiam ⁊c. ¶ De
frixis autem cum oleo et huiuſmodi
dicimus cum Iſaac in quinta doctri-
na. c. xvij. ꝙ oua frixa ceteris ſint peio
ra: quia paruiſſime in ſtomacho ſunt
morantia: ⁊ quia in fumoſitatē ⁊ cor-
ruptionem ſunt mutabilia. quicquid
ibi ciborum inueniunt corrumpentia
ſunt: grauitatem ſtomacho generan-
tia et faſtidia peiora ꝗ̄ alia quelibet
faciāt oua. Et īfra dixit. Oua frixa peſ
ſimos generāt chimos ⁊ faſtidia. ⁊ in
pria doctrina etiā ſic ſcripſit. Oua fri-
xa ceteris deteriora ⁊ groſſiora citoqꝫ
in fumoſitatē ⁊ ī cholericos humores
ac in putredinē conuertibilia: quare
ſunt cauſa faſtidij ⁊ abhominatiōis:
qꝛ cōuerſa in putredinē quicquid bo-
norū cibariorū in ſtomacho inueniūt
putrefaciūt. Que fuit Gal. ſententia in
tertio Alimentorū ſic dicētis. Oua fri
xa peſſimū dant alimētū: ad oīa indi
geſtibilia eīm ſunt: ⁊ groſſum dāt chi-
mū ⁊ prauū ſupfluū. Et in li. de euchi-
mia. c. iij. dixit. Oua q̄ frigunt cacho-
chimia fiūt: ⁊ in eā q̄ in vētre digeſtio
nō habēt in fumoſam corrūpunt ſub-
ſtantiā ⁊ propter ipſa ⁊ alia cibaria.
Et propter eis qui indigeſtionē patiū
tur peſſima ſunt: quare ⁊c.

¶ Capitulū

¶ Capitulū .xcv. ostendit q̄d sit lac. & que sit eius natura siue complexio &c.

Cum tot vt dixit princeps in secundo canone. lac cum corporibus humanis habeat proportionalitates: q̄ earū cause non comprehenduntur. nō est aliqua afficiendū admiratione si prisci sapientes lactis gñibus vtebant̄ q̄s & posteri sunt imitati: id tñ qd illi ex eis iuuamentū non consecuti ppterea quia inordiatissime lacticiniis sint abusi: & inde q̄plures egritudinum species deuenere: qd aliqui considerātes: & id putantes ex parte lactis contingere ipsum penitus spreuere eo nunq̄ vtentes a quib⁹ plerique edocti illud idem obseruant quorum opinio falsa & erronea q̄tum a via deuiet veritatis ex infra scribendis clarissime patebit. Sz primitus q̄d sit lac qd ipsi intelligere minime vident̄: declaremus dicentes cū Gal. in octauo de iuuamentis mēbrorū.ca.vltimo sic scribēte. Lac est superfluitas cibi corporis bona digesta. a quo sumpsit Consiliator noster in differentia .cxlviij. cum dixit. Lac est animalis superfluū albū bina decoctione in mām̄is gñatum & est sanguis bis decoctus: vt inq̄t Mesue in albedineq̄ mutatus. qd quidē sensit Auic. in .xij. tertij.c.j. cum ait. mamilla albificat sanguinē rubeū & facit ipsum lac. Et propterea dicebat Isaac in.c.xvij. doctrina quinta. Lac nihil aliud est q̄ sanguis scd̄o coctus. Et in particularibus iterum. Lac vicinum est sanguini: neq̄ aliud est q̄ sanguis scd̄o coctus in vberibus: hz tñ de mamillis albedinē: saporitatem: & humilitatem. & infra dixit. Lac non est separatum a sanguine sicut cholera vel melācholia per se: immo non est aliud nisi sanguis secūdo coctus in vberib⁹: qd natura pbauerit ad nutrimentū animaliū: sicut eundē sanguinem operata est ad fouenda corpora: & ob hanc causam Auicen. in secundo canonis. c.ccccxlix. sic ait. lac est boni chimi & facit exuberare sanguinē: augmentū faciens in cerebro: & est propinque digestiōis cū sit gñatum ex sanguine qd est in summo digestionis cui superuenit digestio quedam alia q̄uis fiat ex membro qd ad frigus declinat. Et propterea lactis complexio parumper ad frigus declinat: vt tetigit Consiliator in preallegata differentia cum inq̄t. Et si lac sit sanguis secundo coctus: secunda tamen decoctio eidem nō caliditatē: sz potius inferat frigiditatē ppter mamillarē carnē glandosam frigidam & humidam existentē: sicut em̄ spiritus animalis bis decoquit̄ puta in corde & in cerebro ita lac in epate ac mām̄is & qd ita sit ptz per dictū Haliabatis: in .v. theorice.c.xxvj. qd est tale. Lac vniuersaliter frigidū est & humidum: Et per Almansorem in libro .iij.c.xv. dicente. Lac recenter multū temperamento existit vicinū: lz frigiditati et humiditati parūper approximet: qd corpus humectat & impinguat ethisis insuper & ptisicis necnon sicce tussi ac ardori vrine confert. quas. s. operationes minime faceret nisi frigidum & humidū foret. Que quidem fuit etiā Ga. sententia in quarto de simplici medicina distin. iij. c. vlt. sic q̄ dictū est pbantis. Lac q̄uis sit suaue tñ nō alteratur per seipsum ad amaritudinem prorsus: & istud est qm̄ frigiditas in ipso est vincens caliditatē & nō caliditas frigiditatē. Et propter illud fit q̄ qñ moratur occurrens ei aliqua hora acescit: & istud est qm̄ cōpositū est ex tribus substantiis diuersis in qualitate: quarū vna est substantia grossa

ex qua eſt caſeus: ſecūda eſt pinguis ex qua eſt butyrum recens ⁊ coctū: et tertia eſt aquea que dicitur aqua caſei: ⁊ vniuiq; harū triuim ſubſtantiarū ineſt cōplexio ſibi ꝓpria. Subſtātia pinguis eſt maioris equalitatis i cōplexiōe. ⁊ ſubſtātia groſſa eſt frigida in equalitate cōplexiōis: ⁊ aquea eſt frigida ⁊ humida: ⁊ cū res ſit ſecūdū qđ narraui: tūc caliditas totius lactis eſt ſub caliditate toti⁹ corporis tēperate cōplexionis: ⁊ ꝓpter illud eſt qđ cōuertitur ⁊ permutat̄ per ſe ad acetoſitatē. Et in. v. lib. eiuſdē diſtinctione. vj. c. ij. ſic etiā inquit. Lac in caliditate ſua eſt inter phlegma et ſanguinē: ſed nō eſt lōgitudo eius ab vtriſq; ſimilis ⁊ equalis: imo a phlegmate eſt lōginquius ⁊ ꝓpinquius ſanguini. Qđ etiā voluit Serapio i. c. de medicinis prouocātib⁹ lac a predicto accipiens loco ex quib⁹ apparet ꝙ licet lac ſit decliue ad frigidū et humiduz hoc tñ eſt parū. Iſaac tñ aliter ſenſiſſe videt̄ cū in. c. xvij. doctrina quinta inquit. Lac dulci vicinitus mamillas exiēs calidū eſt in medio primi gradus ⁊ in initio ſecūdi: qđ mōſtrat ſaporoſitas ſua ⁊ saporis ſanguinis vicinitas ⁊ facilis in eū mutabilitas ⁊c. Qui noſtro iudicio etſi cōtrari⁹ videatur opinioni Gal. ⁊ alioꝝ: vt viſuz eſt: ab eis tñ nō diſcedit. nā ſi cōſideretur lac abſolute an calidū ſit vel ne: proculdubio calidū eſt pronūciandū cuz dulce ſit ⁊c. vt dixit Iſaac. Si aūt cōparetur corpori tēperato vt probauit Gal. erit frigidum ⁊ humidū nec hoc Iſaac negaſſet. et ſic omnis remouetur contradictio inter eos.

¶ Capitulum. cxvj. oſtendit quale quantumq; ſit lactis nutrimētum: ⁊ que ſint ipſius vtilitates.

Quantū ſit lactis nutrimentū: ⁊ ex eo corporis robur ꝓueniēs: nunq; equidez qs poſſet credere niſi ea q̄ de ipſo ſcribūt autores noſtri plegiſſet. Quos qui nō legit: aut minime pōt intelligere ⁊ hoc ſaltē legat caplm: in quo non cōprehendunt̄ ille q̄ ad morbos infinite fere ſunt lactis vtilitates: ſed tantūmodo he que ad corporis ſani faciūt cōfortationē. Dicamus ergo cū Auerroi in. v. colliget. c. de humiditate aīaliū. ꝙ ſi corpus eſt mundū: nihil eſt cōuenientius lacte ad reſtaurandū quod diſſolutū eſt ex mēbris radicalibus: et proprie lac mulierū: ſecūdo lac aſinarū: ⁊ poſt lac caprarū: ⁊ ideo eſt lac magis iuuatiuū oībus aliis rebus ethicis: ⁊ hoc eſt ꝓpterea: q: eſt materia ſimilis prime materie: ex qua eſt humiditas radicalis: ⁊ ideo nutrimētū bonum corpori exiſtit ⁊c. Qđ etiam voluit Serapio anctoritate Diaſcoridis cum ait. Lac omne eſt boni chimi: ⁊ eſt multū nutritiuū: mollit ventrē ⁊ confert ſtomacho. Similiter Iſaac in. c. xvij. dietarū vniuerſaliū dicens. Lac femininum ⁊ caprinū temperatū eſt in ſuis tribus ſubſtātiis: ⁊ perfectū generat nutrimētū ⁊ tēperatum. Et infra ſubdit. Et ſi corpus ſit mundū: ⁊ lac bene digeſtū: multū dat nutrimentū: laudabilē ſanguinē generat augmentat carnē: totū corp⁹ laudabiliter humectat: exteriora tenerat ⁊ facit pulchra. Et iterū poſt aliqua dixit. Cōcordati ſunt oēs antiqui: ⁊ rōne teſtant̄ nulla re melius nutriri corpus q̄ʒ que facile in ſanguinē mutat̄ ſicut lac: q: nulla res lacte nutribilior exiſtit. Princeps quoq; Auic. in. ij. canonis. c. ccccxlix. ſic inquit. Lac quidē eſt nutrimētum: ⁊ equat chimos: ⁊ cōfortat corp⁹ ⁊ abluit. Et poſt pauca ſubiūxit. Lac eſt boni chimi: ⁊ facit exuberare ſanguinē: augmentū faciens in cerebro

⁊ proprie muliebre. Et in areola deco rationis sic inquit. Et quādo lac bibitur cū zuccaro: colorē efficit valde bonum ⁊ proprie mulierū: ⁊ impinguat: ⁊ ꝓprie habētes cōplexiones calidas ⁊ siccas: cū soluūtur potu eius ꝓpter suā cām ⁊ nō impinguat eos nisi propterea qꝛ humectat ⁊ extrahit humorem malū quare rectificat nutrimētū quod nō minus sensit Rasis in. iij. Almansoris. c. xv. dicēs. Corporibꝰ siccis lac optimū tribuit nutrimētū: atqꝫ ad temperiē ducit: sanguinē quoqꝫ atqꝫ sperma augmētat. Que fuit Gal. sententia in. v. de regimine sanitatis versus finem sic dicentis. Boni lactis hec sunt: moderata subductio vētris: ⁊ euchimia ⁊ nutrimentū nō paruū. ⁊ eiusdē in. iij. de alimētis. c. xiiij. sic quoqꝫ scribentis dicendū est. Optimi chimi esse optimū lac fere omniū quecunqꝫ comedimꝰ. Neqꝫ simpliciter dictū est optimū qm̄ lac malū euchimos ipso vētres cachochimos efficit. Ecce igitꝰ quot bona quāteqꝫ vtilitates in bono lacte reperiūtur: ⁊ ꝓpterea nō ita vt aliqui faciunt despiciendum est.

¶ Cap. cxvij. ostēdit qꝫ lac sit bonū ⁊ laudabile ad sanitatē: ⁊ quas debet habere conditiones.

Bonū esse oportet lac qđ comedimus si vtile debet esse ac vt supra diximꝰ nutritiuum. Qm̄ lac maluꝫ nō modo est inutile verū etiā permaxime nociuū vt apparebit ex dicēdis. Et ꝓpterea scribendū est qui requirantꝰ ad lactis bonitatē q̄tū est ex parte eiꝰ primo: deinde ex parte suscipiētis ⁊c. quod in alio faciemꝰ. c. In presentia aūt dicamus cum Halyabate in. v. Theorice. c. xxvj. dicēte. Bibere vero lac volēti oportet nō statim sumere post partū: sꝫ post ad minus. xl. diebus. Quo premisso procedamus dicentes cū Isaac in. xvij. c. d. v. sic scribente. Electum lac quatuor qualitates: colorem albissimum clarum a citrinitate rubore et liuiditate liberum: odorem odoriferū ⁊ ab horrore ⁊ grauitate alienum: liquorē inter subtilem ⁊ grossum medium: vt si gutta super vnguem aut aliud corpꝰ solidum proijciatur remaneat continua inferius lata: superius acuta. saporem acceptabileꝫ ab amaritudine salsitate ⁊ acetositate liberum. quod etiam voluit Rasis in. xxiij. continentis. c. dcc. cum ait. Bonum lac est vehementis albedinis: equalis contēti vel substantie: quod si stillatur super vnguem non fluit. Et lac caprinum minus nocet ventri q̄ꝫ aliud ⁊c. A quo sumpsit Auicen. in. ij. canonis. c. ccccxlix. cuꝫ dixit. Melius lac est quod est vehementis albedinis equalis essentie: quod super vnguem distillatum figitur ⁊ non currit: ⁊ est pastus planta bona: ⁊ non est in ipso sapor extraneus declinans ad acetositatem aut amaritudinē aut acredinē: aut odor extraneus horribilis. Idem etiā voluit Serapio cū dixit autoritate Gali. Lac melius est sanum naturale nō habēs infectionem alicuius alterius humoris: aut super quod non vincit aliqua qualitas: et est clarum in quo non est turbulentia aliqua nec acuitas in sapore vel odore: nec acetositas nec salsedo: imo est in eo dulcedo pauca et est odor eius bonus. Et lac quidem quod est huiusmodi est illud quod generatur ex sanguine sano expiato ab omni malicia et circa medium capituli sic etiam inquit. Est autem lac bonum quod est albū equale in spissitudine quādo ponitur super vnguem et non diffunditur sed stat collectum in se et ista fuit in rei veritate Gali. sententia in primo de

regimine sanitatis cum dixit. Bonuȝ lac est quod gustu odoratu delecta-bile est: quod album ⁊ quod equale ⁊ medium hȝ inter liquidum ⁊ gros-sum: malum vero ⁊ grossum ⁊ casea-tum ⁊ liquidum ⁊ inequale substātia ⁊ amarum ⁊ salsuȝ vel q̄ aliā ineptā hȝ qualitateȝ qua neq̄ odore erit de lectabile ⁊c. debet preterea lac esse in substātia subtile vt velle vr̄ Isaac in v. d. c. preallegato diciens. Omnium lac est laudabilissimum quodcunq̄ subtilissimum est femininum primo: secundo non tamen adeo in subtilita te vicinum: asininum grossissimuȝ et plus nutritiuum: deinde pecorinum: deinde vaccinum ⁊c. Quantum autē est ex parte animalis lac fit laudabi-li: qm̄ opȝ ex laudabili iuuene carno-so: ⁊ sano aīalia et bono pastu nutrito accipiaṫ dicente Isaac vbi supra. Lac aīalis bñ carnosi meli⁹ est lacte īfirmi aut macri. qđ sensit Gal. i li. de euchi. c. iij. cū ait. Ad euchimiam lac est bo-num animalium eucrasiam haben-tium. Et infra subiunxit. Scriptuȝ est de; lacte ab oībus medicis quoniam euchissimum est si ex sanis ⁊ mundis animalibus fuerit: quoniaȝ ex cacho chimis cachochimum est similiter et in cachochimis corporibus. Et ppter ea ipse concludit in. v. de regimine sa nitatis. Animal ergo cuius lac sum-pturi sumus sine querela erit si etate iuuenis fuerit s̄m habituȝ corporis. Et in lib. de dissolutione continua ēt inquit ⁊ melius lac ⁊ tēperatius est lac capre quia est subtilius q̄ lac pe-cuduȝ ⁊ vacce, ⁊ est grossius q̄ lac asi ne ⁊ camele: ⁊ prosequiṫ. Et debet ac cipi lac ex animalibus sanis iuuenib⁹ bene nutrientis ⁊c: ⁊ post pauca ad-didit: ⁊ melius est recipere lac statim nullum anteq̄ immutetur ab aere: q̄ velociter immutatur. A quo Rasis ac cepit in. iij. Almansoris. c. xv. cuȝ ait. Lac animalium pinguium ⁊ iuuenū;

que discurrēdo bonas pascūt herbas ⁊ partui adhuc vicina existunt: tēpe-ratuȝ ⁊ melius iudicatur. Nemo enī debet lacte vti animalis cuius nutri-mentum ignorauerit quoniam pluri-mum facit ad ipsius bonitatē: vt pla cuit Isaac in. p. d. sic scribenti. Anima lia enim recentes herbas pascētia fa ciunt subtile lac ⁊ aquosum cito dige stiuū ⁊ minus vētositatis ⁊ inflatio-nis generatiuum q̄ lac animaliū sic carum herbarum extremitates pascē tium vel sicca genera. Lac enim ani malium stiptice arboris extremitati-bus vescentium vtilis est stomacho. ceterisq̄ visceribus: quod autē ex aīa libus solubilia manducantib⁹ fit om nibus est deterius: proinde lac capri-num plus ceteris stomacho cōuenit: qm̄ semper stipticis herbis vtunṫ. sci licet extremitatibus arboꝝ: masticis: quercus: leutici: oliue: ⁊ similiū. Que autem de frondibus vescuntur arbo rum solutiuarum: scilicet scamonee: tithymali elebori: ⁊ similium: eaꝝ lac est pessimum vtpote stomacho noci-uum: quod Diascorides testatur. Ui-di inquit capras eleborum album pa scentes in initio pascendi vomitū pa tiebantur. Cuius rei effectus talis est quia earum lac bibentibus stomachi defectionem vomitum atq̄ nauseam ingerebat. Lac preterea ex parte tem porum bonitatem atq̄ malitiā assu-mit quoniam melius est quod in pn̄-cipio estatis accipiṫ q̄ in aliquo alio-rum temporū anni: vt sensit Isaac. v. d. capitulo. xvij. dicens. Lac in initio veris subtilius est ⁊ aque assimilatur in fine aūt veris ⁊ in initio estatis tē peratior ⁊ laudabilior cibus erit: in fi ne aūt estatis ⁊ in initio autūni gros sius ⁊ minus aquosuȝ fit. Et infra sic etiam dixit lac veris quia aquosum est: nociuum stomacho fastidiuȝ mo uens ⁊ vomitum stomachi emolliēs asperitateȝ ⁊ lubricans. deinde dixit.

lac grossum tēperamentū exiēs fit du rum ad digerendū & stipticū sicut lac qđ in fine estatis & in principio autū ni generatꝫ: qđ maxime in stomacho coagulatꝫ: & pessime infirmitates inde generantꝫ. Et in particularib⁹ sic etiaꝫ scripsit. Lac vernale. s. in fine veris ge neratū ceteris q̄dē melius & tēperati⁹ duobus modis existit. Uno q: ceteris tp̄ibus tēperatius est cū sit mediocre inter quatuor qualitates. Alio ꝓpter lactis naturā: nā lac tp̄i seu parui ge neratoꝝ animaliū ꝓpinquū: est aquo sum & indigestū ꝓpter humores i vbe ra coadunatos a tp̄e cōceptionis: & iō cū lac. l. dieb⁹ a tp̄e quō generata fue rint aīalia prolongetꝫ: superfluitas quā habuerūt desiccatꝫ & consumitꝫ: & nō re stat in lacte nisi humiditas substātia lis & naturalis: quare tēperatū est et laudabile facile digestioni &c. Autū nale vero est dissimile: naturalis eīn humiditas ei⁹ est plurimū finita: & ca seata est multiplicata vn̄ grossum est & difficulter digeritur: stomachū gra uat: grossam ventositatē & inflationē generat: & putredini apparatꝫ. Estiuū aūt. s. in principio estatis: est inter hec duo mediocre. Hyemale v̄o pessimuꝫ & grossissimū: & q: siccissimū ꝓpter lon ginquitatē tēporis a partu: idcirco sui humiditas naturalis prorsus est fini ta. Similiter inq̄t Aui. i. ij. canonis. c. ccccxlix. Halia. & ceteri quorū autori tates & dicta breuitate omnibus gra tissima existente: pretermittamus.

¶ Capi. cxviij. ostendit qđ lac sit malū: & quod acetosum: & que no cumenta proueniant ex eis.

mis.c.vij. Odoratu et gustu dignotionem piscium facere oportet: etenim qui grauis odoris sunt: idelectabiles existunt &c. Sed de viuentibus sermo noster ptractabit in hoc.c.&nõ de oibus: sed de maritimis tantũ plus alijs approbatis: postea vero de reliquis scribemus tamen de imperfectioribus: cũ dicat Auerrois in cõmẽto cãticorũ.c.xxviij.q tres sunt spẽs pisciũ: scz marinus: fluuialis: & habitãs in ambabus aquis simul. & melior ex eis sm Gali. est marinus: & post illũ q simul in ambabus aquis viuit: & postea qui viuit in aquis dulcibus. Cuius ratio est: qm humiditas excedit & dominat in piscibus: verũ oẽs illi qui nutriunt in aqs salsis sunt minoris humiditatis: contrariũ aũt est de illis qui in aqs dulcibus nutriunt: sed qui viuũt in ambabus aqs sunt medij inter eos &c. hec ipse. Cum quo conuenit Halia. in.v. theorice.c.xxv. cuz ait. Et piscis recẽs vniuersaliter est frigidus et humidus & phlegma generãs: sed q in mari nascitur & salsa aqua minoris est humiditatis & frigiditatis. Qd etiã voluit Isaac in.v.d.c.lix. cũ inqt. Pisces marini calidiores & minus humidi & minus viscosi sunt: salsitudo em̃ aque in habitate calefacit eos incidẽs humiditatẽ & grossitiẽ vnde pinguedo eo℞ minorat. & infra sic ait. Marini pisces minus grauis sunt odoris & facilioris: digestionis minus nutritiui: cito in sanguinem cõuersiui: velociter a mẽbris dissoluẽdi. & ad exeundũ a stomacho tardiores. Unde antiq assimilauerũt pisces marinos humane cõplexioni. sani enim sensus sibi tãtũ assimilatis delectãtur: sanguis enim quem generant est tẽperatissimus: non grossus: neqz turbidus: neqz subtilis: neqz aquosus licet subtili vicinus existat. & post aliqua iterũ dixit. Marini pisces sunt meliores fluuialibus quia sunt salsitatem habentes ex aqua maris. ex qua viscositates eorũ auferũtur: maxime si loca fuerit petrosa: assiduo em̃ motu suo & collisionibus saxosis carnes emolliũtur & tenerãtur: pinguedo minoratur &c. Plurimũ quoqz ipsos commẽdauit adhuc magis in pcessu cum dixit. Pisces nõ viscosi sunt qui de pelago & litoribus sunt claris in nutrimẽto & in tẽperamẽto: laudabiliores omniũ sunt in cõplexione: & ad digerendũ faciliores qr carnes habẽt molles: nullius viscositatis atqz grossitiei: neqz grauis sunt odoris: sicut etiã q de petrosis sunt locis: sanguis em̃ quẽ generant tẽperamẽto est vicinior: & ideo non minus exercitatis est cõgruus et defectis sicut sanioribus & egritudines exeũtibus: & ad sanitatẽ custodire magis q̃ membrorũ fortitudinẽ amãtibus. Quod nõ minus voluit Auic. cũ in.ij.cañ.c.dl. sic scripsit. Et pisces quidẽ Marini sunt laudabiles subtiles: & melior species eorũ est illorũ qui nõ sunt nisi in mari & pelago &c. et infra subdit. Et pisces qdẽ marini sunt optimi subtilis carnis & pcipue cũ eoruz habitatio est in littoribus petrosis aut arenosis &c. Que quidem fuit Galie. sententia in alimentorũ.iij.c.xxiij. dicentis. Optimi pisces sunt qui in puro mari existunt. & in lib. de euchimia.c. vij. ait. Pisces qui in puro mari dietantur inculpabiles fere oẽs sunt. similiter et quicunqz in permixto aque dulcis dietantur sicut vocati pelagales. et petrini sunt euchimi. Et in ea que secũdum esum delectatione multum preeminent alijs &c. Et postea subiunxit. Qui vero in mari dietantur pisces: odorem inculpabilẽ & pinguedinẽ paucam habent. Concludamus itaqz de ipsis cũ Isaac in prima doc. sic dicente. Marini pisces duplices sunt: quidam enim nascũtur in pelago & in altis locis: quidam vero alij in ripa planisqz aquis nati. Qui vero creati sunt in pelago aut petro-

fis ꝛ arenosis habitāt: sunt subtilio-res ꝛ laudabiliores oīb⁹ piscib⁹ mari nis ꝛ ad digerendum faciliores ꝛ ad sanguinem generandum laudabilio res: ꝛ non ita de stomacho ꝛ intesti-nis exeūt ꝑpter sue viscositatis par-uitatem qđ testat̄ sue pinguedinis in digentia suiq̄ saporis habilitas: sunt ergo humanis corporib⁹ conuenien-tes. Oīs eñ cibus q̄to longior a sa-piditate tanto minus delectabilis et minus cōueniens humanis naturis. Et propter hoc hec spēs pisciū lauda bilior ꝛ digestibilior magisq̄ cib⁹ ad salutem gerendā est efficax ꝑpter eo rum temperamentū non eñ sunt sub tiles aquosi nec terrestres aut grossi. Post hos quidez aliq̄d bonitatis ha bent qui lutosa ꝛ mollia loca maris sunt habitantes dulcibus aquis va-cinantes: nō adeo puri sicut q̄ in are-nosis ꝛ petrosis locis pelagi morant̄ ꝑpter putredinē ꝛ sorditatē terre. pri mi itaq̄ eligant̄: alij vero dimittant̄ propter causam assignatam.

¶ Ca. cxxx. ostēdit q̄ de piscib⁹ flu uialib⁹ eligēdi sint rōne fluminis ꝛ aque in quib⁹ nati sunt ꝛ degūt continue atq̄ vescuntur.

Ostq̄ de piscibus marinis: ꝛ de his q̄ in vtrisq̄ aq̄s viuūt diximus: de fluuia-libus modo tm̄mo do scribemus: q̄ nō adeo sunt a veteri-bus laudati sicut marini. Queadmodū ostendit Isaac in. v. doc. c. lix. cum inquit. Pisces flu-minum in actione ꝛ passione contra-rij sunt marinis: qm̄ fluminalis aqua frigidior est ꝛ humidior: vñ pisces flu uiales sunt grassiores ꝛ viscosiores: atq̄ pinguiores: ꝛ iō nutrientes plus mali tñ ꝛ ad digerendū duri, veloci-terq̄ de stomacho descendunt. Et in particularibus. c. de piscibus inq̄t. Pi sces qui nati sunt in flumine subtilio-res hn̄t spinas multas ꝛ molles pro mollitie humiditatis aque in qua na ti sunt. Et infra subdit. Pisces aquaꝝ dulcium vniuersaliter sunt grossiores ꝛ viscosiores tardioresq̄ ad digeren-dum: facili⁹ tñ de stomacho egrediū-tur q̄ marini. ꝛ nutribiliores sunt. qui aūt pisciuz inter fluuiales magis ap-probentur hi sunt qui de magnis ac currentibus fluuijs accipiunt̄: vt idē voluit in. v. c. vbi supra cū ait. Fluuia les pisces maiora ac cito currētia cla ra atq̄ mūda flumina inhabitantes ad cōparationem alioꝝ sunt laudabi liores: q: claritas aque aufert ab eis grauitatem odoris. fortis aūt fluuij impetu carnes teneran̄t: ꝛ grossities aufertur: ꝛ maxime si super petrosa currat. Quod etiā in particularibus replicauit dicens. pisces dulciū aqua rum hi sunt meliores q̄ magna inha-bitant flumina impetuose fluentia quorū fundus lapideus ꝛ longinqua sunt a ciuitatis sorditie: q: fortitudi-ne cursus aque cōprimūtur pisces et super lapides: vñ caro eorū teneratur: fitq̄ cā sue digestionis: ꝛ ab eis visco sitas ꝛ odoris grauitas expellit. ꝛ pre cipue si non sit altitudo aquarum vt pisces terre sint ꝑpinqui: q: q̄to pau citatem aque habuerint: tāto a terra freq̄ētius percutiunt̄: ꝛ aque clarita te oī horridilitate carebūt: ideoq̄ sūt quasi pisces petrosa loca pelagi ihā-bitantes. haliabas quoq̄ in. v. theo-rice. c. xxv. si scripsit. Laudabilior aūt piscis est qui in lapidosis nascit̄ locis plurimos habentib⁹ lapillos quiq̄ magno nō est corpore ꝛ in suaui na-scitur aqua ac clara spaciosisq̄ flumi nibus magnis decurrentibusq̄: vt ty gri: eufrate: nec vero multum est pin guis: nec extra moduz macer. Qui et enim piscis in saxis nascitur ꝛ magni

aquis decurrentib⁹ a corpore eius su perfluitas deficit propter mot⁹ copiã ꝛ percussionẽ ipsi⁹ in lapides. Qui ve ro i suaui nascit aqua delectabilis est ꝛ iocũde carnis. minime viscosus. cito digestibilis: corp⁹ humectat: ꝛ sangui nẽ generat bonũ: calidisqꝫ cõuenit cõ plexionibus iuuenib⁹ ꝛ ethicis in ca lidis tpibus ꝛ siccis ꝛc. Hi pisces igit inter ceteros maxie approbant sicut oppositi detestãt ab Isaac vbi supra sic scribẽte. Pisces aũt parui fluminis lutosi loci: ac aque debiliter currẽtis: ꝛ sorditiei ciuitatis vicinãtis sunt vi scosiores ꝛ horribilẽ habẽt odorem sunt etiã grauiores ad digerẽdũ ꝛ de terioris sunt saporis: vnde malũ dant nutrimentũ: qꝛ debilitas cursus aque q̃etos reddit pisces: clauditqꝫ in eorũ corpib⁹ copiosos humores: q̃re fit cã viscositatis et horribilis odoris: atqꝫ difficilis digestiõis. Sint igit vt ipse di cebat in vlibus: pisces morãtes i aq̃s fortiter currẽtib⁹ qꝛ meliores sunt q̃ȝ in q̃escẽtib⁹. Et hoc est etiã qđ voluit Priceps in. ij. cañ. c. dl. dicẽs. In locis aũt in q̃b⁹ morant est electio: qm̃ illi q̃ morant in locis petrosis sunt melio res: deinde in arenosis ꝛ in aq̃s dulci bus currẽtib⁹ in quib⁹ nõ sunt sordes: ꝛ nõ sunt limose: neqꝫ lacunales: neqꝫ cãpestres ꝛc. Et fuit Sal. snia i. iij. ali mẽtoꝝ. c. xxiiij. dicẽtis. Pisces q̃ in flu uijs generant meliores sunt si i fluuio rapido ꝛ multi flux⁹ existãt: sicuti pe iores q̃ in parua degũt aqua fluuios magnos nõ suscipiẽte: nec effluxũ co piosũ habẽte: multo vtiqꝫ ꝛ his dete riores: si naũt oino neqꝫ defluat aqua adhuc deteriores ꝛc. Horũ aũt rõ est: qꝛ pisces in hmõi aquis currentib⁹ de gentes cõtinue se mouẽt: pisces aũt se semp mouẽtes sũt cõtrarijs meliores: qꝛ mot⁹ multus ꝛ eorũ exercitia ipso rũ corpora emolliũt: carnisqꝫ viscosita tẽ ꝛ grossicies auferũt. vt Isaac inq̃t in. v. doc. c. superius annotato. ꝛ simi liter Auicẽ. vbi supra cũ ait. Et pisces illi qui morant in aq̃s multarũ agita tionũ ꝛ vndarũ sunt meliores eis qui sunt ecõtrario: qm̃ vehemẽtiori indi gent exercitio: q̃ȝ illi q̃ habitãt in aq̃s stãtib⁹. Et ꝓpterea meliores sunt illi qui morant in aquis discoopertis fla tui vẽtorũ super se: qꝛ plus q̃ȝ alij mo uẽtur. ꝛ Isaac in loco preallegato sic quoqꝫ ait. Pisces qui habitãt vbi vẽti semp flant: melioris sunt nutrimẽti: et melioris carnis: q̃ȝ si null⁹ vẽtus fla uerit: ꝛ maxime si septẽtrionalia loca sint eis exposita: sicuti pisces vbi au strini vẽti flant illaudabiles fiunt: cũ auster naturaliter humid⁹ sit ꝛ qđ se cũ fert abominabile: ꝛ iõ piscib⁹ aug mẽtatur grauitas odoris. Qđ in par ticularib⁹ etiã replicauit dicẽs. Pisces in septẽtrionali plaga habitãtes si in suflati fuerint septẽtrionali vẽto erũt meliores. Et cãm deinde assignat quã dimittam⁹ breuitatis gratia. Et con cludit qꝫ pisces fluminũ a vẽtis pfla torũ meliores sint q̃ȝ eis oppositi: qꝛ fortitudine ꝛ impetu ventorũ mouen tiũ vacillatur aqua: ꝛ cũ mouet aqua necessario pisces mouent inuicẽ se al lidẽtes ꝛ perfricãtes: quare superflui tas humorũ ab eis excluditur: ꝛ inde saniores existũt. Que fuit Sal. senten tia vbi supra dicẽtis. Pisces existẽtes in aqua ad boreales ventos cõuersa sunt ceteris meliores: nõ parum enim ad euchimiam facientibus omni ani mali cõgruis vti exercitijs. Pisces er go huiusmodi aquarum pre ceteris sunt eligendi.

¶ Capitulum. cxxxi. ostendit qui pisces fluuiales sint eligẽ di ratione annexorum flumi ni: declarãdo qꝫ pisces petrosi optimi sint: ꝛ reliquis omnib⁹ saniores.

De electione piscium fluuialium.

Pisces fluuiales maxime ab auctoribus comendantur si flumina ex quibus accipiuntur: has duas sibi annexas habuerit conditiones. Quarum prima vt pro parte diximus supra: est quod sit fluminis fundus petrosus siue lapidosus non plurimum in altitudine aque profundatus &c. quoniam tales ceteris meliores esse approbant: dicente Isaac in .v. doc. quod sanguis qui ex piscibus petrosis generatur est temperatus naturaliter: licet subtilitati sit pertinens: et velociter a membris dissolubilis: et per consequens melior ad regendam sanitatem quam in membrorum confortationem. Et post aliqua subdit. Pises de clara aqua laudabiliores et longe minus corruptibiles sunt quam alij: et maxime petrosa incolentes. Quod etiam sensit Auerrois in .v. colliget cum ait. Pisces qui nascuntur in loco petroso sunt subtilioris substantie: et minoris superfluitatis alijs: et tales quia velociter mouentur et multum laborant: et complexio istorum est minoris humiditatis: et qui parum laborant sunt frigidioris et humidioris complexionis. Auicenna quoque in .ij. canonis .c. ccccccl. sic inquit. Pisces illi qui morantur in locis petrosis sunt meliores: deinde in arenosis &c. Et in .j. .iij. trac. .iiij. c. xxj. cum dixit. Pisces petrosi generant sanguinem laudabilem. Que fuit Gal. sententia in .iij. Alimentorum .c. xxiiij. dicentis. Alimentum ex piscibus petrosis non solum est digestibile: sed etiam sanissimum corporibus hominum sanguinem consistentia medium generantibus. Uoco autem medium qui neque omnino subtilis est et aquosus: sed neque sufficienter grossus &c. Secunda autem conditio flumini annexa per quam pisces laudabiliores esse redduntur hec est. s. vt flumen prope ciuitatem non existat eius recipiens superfluitates: quoniam et si marini forent huiusmodi pisces adhuc illaudabiles esse iudicantur. cum dicat Isaac in doc. c. lix. pisces qui littoribus sunt vicini: et in turbida et non munda morantur aqua: et putridis fluminibus ciuitatum putredines ferentibus vicina: viscosiores et alijs piscibus marinis grossiores: et ad digerendum tardiores existunt. Et propter hoc pisces maris russie peiores sunt ceteris marinis: quia aqua est immunda: et multa flumina in eis intrantia putredines ciuitatum eis ferunt. Et post pauca subiunxit. Pisces qui in paruis stant fluminibus parum fluentibus immundis vicinis ciuitatibus pinguiores sunt atque viscosiores: et ad digerendum duriores: mali saporis quia defectio aque motus vnctas carnes atque grossas facit: immundum vero nutrimentum grauioris odoris eos reddit. Et idem in particularibus replicauit. Quod similiter voluit Rasis in .xxij. continentis .c. cccccxiij dicens. Caro illorum qui nutriuntur de sorditie ciuitatum: exinde erit mala et peior carne omnium piscium: ita quod trahendo moram per tempus modicum post exitum eius de aqua fetebit. Unde caro talium est horribilis saporis et difficilis digestionis. A quibus sumpsit Auerrois cum scripsit in comento .c. xxviij. canticorum. Deteriores sunt omnes pisces habitantes in littoribus maris: et hoc quia nutriuntur ex fecibus et superfluitatibus ibidem existentibus iuxta magnas ciuitates. Idem quoque faciendum est de habitantibus in fluuijs ciuitatibus propinquis &c. Et fuit Gal. sententia in .iij. Alimentorum .c. xxvj. dicentis. Pisces littora et fluuios expurgantes ciuitatem inhabitantes pessimi sunt non bene digestibiles: neque euchimi: neque delectabiles. Et in li. de euchimia .c. vij. sic etiam inquit. Pisces paulominus omnes euchimi preter conuersantes in paludibus &c. Et preter vtentes aere malo: et exercitijs paucis: et cibis malis: et maxime quando per ciuitatem magnam fluit aqua: purgans latrinas: et balnea: et coquinas: et lauantur in ea vestes et panni: pessima enim fit

eorū caro q̄ in tali aqua dietant. Ex q̄bus fatis intelligi potest q̄ pisciū fluuialiū sint laudabiliores quātū est ex parte loci vel fluminis. ꝛ ꝓpterea prudentes intelligant in quacunq; vrbe fuerit: ex quibus locis veniant pisces qui in ea vendentur vt bonos a malis secernere valeant: quod maxime venetijs obseruandum esse videtur: cum ibi infinite fere piscium species reperiantur ꝛc.

¶ Capitulū.cxxxij.ostendit q̄ pisces lacunarū ꝛ paludū reprobādi sint: ꝛ q̄ pastus piscum sit intelligendus.

Diximus supra de maritimis ꝛ fluuialibus piscibus: de reliquis consequenter dicēdū est: vt cōsideratio eorū ꝓ quanto ex parte loci pertinet: compleatur. declarando etiā qualis pastus piscium esse debeat: vt in eorū electione errare minime contingat. Dicemus ergo in primis cū Halihabate in.v. Theorice.c.xxv. sic scribēte. Peior oīm est pisces qui paludosa habitat loca: aquasq; spissas ꝛ putridas: calidasq;: q̄m piscis qui in huiuscemodi nascit quict⁹ est celeris immutationis in fetore cū ab aqua educt⁹ fuerit. Qui enim huiusmodi est minime comedatur: celeris eī est immutationis in stomacho ꝛ in malū humorē. A quo videtur quodāmodo accepisse Isaac in.v.d.c. sepius allegato cū inquit. Pisces lacunales q: teneras habēt carnes: cito sunt corrūpentes: stomacho nocentes: ꝛ humores crudos generātes. Et post multa dixit. Pisces de lacubus viscosiores sunt ꝛ grauioris odoris q̄ qui in fluminib⁹ nascunt: q: aqua lacunū lutuosior est ꝛ pinguis nature. Et ideo pisces sunt vnctuosiores ꝛ min⁹ saporosi: grauioris odoris ꝛ mali nutrimenti: ꝛ ad digerendū duri in corruptionē velociter mutādi. Et infra subdit. Pisces lacuū sicut ꝛ piscariorū ꝛ paludum peiores ceteris existūt grossiores: ꝛ iodore grauiores. ꝛ i corruptionē mutabiliores velociter: ꝛ ad digerēdū duriores: q̄m q̄eta ē ꝛ nimiū lutosa ipsorū aqua: vñ maxime sunt fugiēdi. Et post aliqua etiā subiūxit. oēs pisces fluuiales ꝛ lacuum ꝛ si carnis melioris sint. s. ad gustū: tñ grossiores sunt ꝛ stomacho nocētes: ꝛ in corruptionē se conuertētes. In particularib⁹ quoq; dixit. Pisces lacunales ceteris sunt peiores: grauioris etem̄ sunt odoris ꝛ grauiter digerunt: maxime si sint lōge a mari ꝛ fluminib⁹: habēt eī requiē: nec flumē intrat i eos: vt eorū putredinē lauet: vñ pisciū humores augumētant: eorūq; pori claudunt. Qd̄ sic certificatur: q̄m cū aquas exierint cito in putredinem cōuertūtur: eorū eī viscositatis multitudo claudit poros ꝛ suffocat: ꝛ extinguit calorē intrinsecus locatū. Et propterea vt magis inquit i processu: meliores sunt qui habitāt in lacub⁹ amari remotis: quos semp flumina intrāt q̄m partim lauantur fluminis aqua. Qd̄ etiā voluit Rasis i.xij.c.cccxxiij. auctoritate Gal. ꝛ in.iij. Almāsoris.c.xvj. dicēs. Pisces illi sunt eligēdi qui neq; in lacub⁹: neq; in paludib⁹: neq; in locis sordes habētib⁹ sunt capti: neq; in luto malū habēte odorē: neq; in aqua malas habēte herbas sint nutriti Que etiā fuit Gal. sentētia in.iij. Alimētorū.c.xxiiij. dicentis. Quicūq; i lacunosis ꝛ paludosis reperiūt locis paruā habēt carnē. Et in libro de euchimia.c.vij. inquit. Pisces paulominus oēs euchimi preter cōuersantes in paludib⁹ ꝛ lacubus ꝛ fluminib⁹ limosis ꝛ turbidis ꝛc. ¶ Pastus autem pisciū cū faciat multū ad eorū bonitatem: similiter de ipso dicimus q̄ vnusquisque pro posse suo debet a piscatoribus intelligere ꝛ inuestigare

quis sit ipsorum piscium cibus: dicēte Isaac in li. d. v. pisces pascentes herbas recētes laudabiliores sunt oppositis & meliores si aque presertim fuerit clare. Et in particularib⁹. pisces olera pascētes vel radices aut grana que oīa sunt bona: bonū dāt nutrimētum: fitq3 illorū genus pisciū ad comedendū vtile: econtrario sunt cōtraria pascētes: sunt enim pisces aliqui lutū & immunditiā edētes: ideo corruptibiles sunt malū habentes saporē & horribilē odorē digestione male obedientes &c. Que fuit etiā principis Auicē. sententia in. ij. canonis. c. ccccel. dicentis. Scđm cibū pisces illi qui cibant herbis bonis & radicibus plantarum sunt meliores his qui comedunt sordes q̄ ꝓijciūtur in ciuitatib⁹ ad loca infusionū &c. Qualiter autē hoc sciri possit: nō intelligo: nisi per illud qđ in testinis eorū reperit: & per piscatorum relationē quib⁹ hac in re maxime credendū est. Obseruet itaq3 vt vno verbo presens cōcludamus propositū: ex quo loco veniant pisces: & ex quibus sint nutriti vt eligendi a non conuenientibus secernantur.

Cap. cxxxiiij. ostēdit cōditiōes quas debent habere pisces laudabiles ex parte carnis & quātitatis eorū: scʒ an magis sint paruis meliores vel ne.

Postq3 pastū & locū piscium intellexerimus: adhuc scire desiderat intellectus qui pisciū sint saniores. s. an pingues vel macri aut mediocres. Et similiter an magni paruis eligibiliores existūt: vel ecōtra. Et propterea de his consequēter scribendū est ne forsitā errare cōtingat in ipsorū electiōe. Dicam⁹ ergo cū Isaac in. c. lix. die. vniuer. sic di. pisces q̄ molliū sunt carniū viscosarū & grossarū magis nutribiliores & vnctuosiores sūt sʒ tn̄ illaudabiles vt pote ad digerēdū duriores & i malū sāguinē gn̄rādo viciores. Unnō sūt comedēdi nisi ex necessitate cū sinapi & similib⁹: & ꝓpt hoc infra subiūxit. pisces q̄ in genere suo duriores fiūt parui erūt laudabiliores: q2 paruitas etatis siccitatē temperat carnis. Qui vo moliores maiores erū laudabiliores quia maioritas etatis malliciem eorum temperabit. Qui vero sunt mediocres in mediocritate eorū fiūt laudabiliores. qđ et sensit Auicē. in scđo ca nonis. c. ccccel. cū inqt. Et habentib⁹ mollē carnē ille q̄ est maior ad terminū aliquē eligit: queadmodū ex piscibus durā carnē habentib⁹ ille q̄ est minor. Studiū igitur sit in eligēdo ꝓposse omni pisces duras carnes habētes: quoniā saniores sunt vt sapientes medici dixerūt. Isaac em̄ loco allegato sic inqt pisces q̄ duras habēt carnes: sʒ tn̄ viscosas sicut pisces magnorū fluminum & cito currētiū: ad cōparationē petrinorū illaudabiles: q2 grossiores ad digerēdū duriores sunt. tn̄ nutribiliores cōuenientes exercitantib⁹: & calorē naturalē habentib⁹ fortē cōfortationēq3 membrorū magisq3 sanitatē custodire amātibus Sed si viscosi nō fuerit: proculbio saniores sunt q̄3 q̄ mollē carnē habent: dicēte. Gal. in. iij. alimētorū. ca. xxiiij. Duricies carnis i piscibus & fragilitas eiusdē significat q2 neq3 viscosum aliqđ sit in ipso: neq3 pingue: & nutrit bene alijs piscibus magis quādo bene digerit. Et in libro de euchimia c. vij. sic ait. Meliores pisciū sunt q̄ durarū carniū fiūt & fragiliorē habēt carnē petrinis &c. A quo sumpsisse videt Rasis in. xxij. cōtinētis. c. ccccxxiij. cuʒ ait. Pisces modice humiditatis quoruʒ caro frāgit ex priuatione pinguedinis & humiditatis abūdātis nutrimenti sunt: q2 caro ipsorū solida. Et ob hanc etiā lucij carpiones & huiusmodi qui carnes duras habēt & frā

gibiles: ⁊ in partes facile diuisibiles sunt iure merito commendādi. Tinche vero regine: anguille: ⁊ huiusmodi nequaq̄ ꝓpter oppositas causas. Quātitatem quoq̄ piscium cōsiderare oportet: quoniā nō est ita: vt quidē opinātur scilicet. ꝙ semper caro ānualis eē debeat: piscis vero comedēdus annorū decē: immo vt Isaac inquit in libro. v. d. ca. superius allegato. Pisces mediocres īter paruos ⁊ magnos sunt magis laudabiles: ꝙ parui qui cito in corruptionē mutantur: ⁊ ꝙ magni qui grossi sunt ⁊ viscosi magis. et post pauca subdit. Pisces parui melioris sunt carnis ad digerēdum faciliores: sed cito in corruptionē mutādi. Maiores vero carnes sūt grossiores: ⁊ ad digerēdū difficiliores stomacho nocentes. sed nō cito corruptibiles: horū autem medij sunt laudandi: quia ab extremitate vtraq̄ sibi sumunt qđ magis est laudādum. Et propterea Auerrois in. v. colliget dixit. Meliores pisces sunt quorum corpus est medium inter magnum ⁊ paruum: ⁊ qui sunt velocis motus ⁊ pauce viscositatis ⁊c. Et postea rationē assignauit cū dixit in vno altero. ca. eorū q̄ nascuntur ī aqua magnitudo corporis significat multam humiditatē: propterea laudatur in piscibus paruitas. Consimiliter in crassitie ⁊ pinguedine pisces esse debēt mediocres ⁊ non crassi aut macri valde: teste Isaac vbi supra sic scribēte. Pisces mediocres in crassitie meliores sūt ⁊ laudabiliores: quoniā cum nimiū crassi fuerint ad digerendum sunt duri stomachum emolliunt grossum phlegma generantes ⁊ viscosum. Si vero macri sint: ad digerēdū quoq̄ duri existunt. ⁊ subdit. Cū pisces oua facere incipiunt: si incrassātur: illaudabiles sunt propter multitudinē sue pinguidinis: ⁊ si macri fiunt etiam illaudabiles existunt: nec sunt amādi ex quantitate sue maciei. Meliores itaq̄ in omnibus erunt q̄ mediocres fuerint in his que de magnitudine paruitate crassitie ⁊c. dicta sunt.

¶ Capitulum. cxxxiiij. ostendit q̄ pisces eligendi sint ex parte squamarum: ⁊ que partes ipsorum sint laudabiliores.

SQuame in piscibus sunt vna de cōditionibus ad bonitatem eorum requisitis: vt placuit Isaac in. v. d. ca. lix. dicēti. Nutrimentum piscium squamas habentiū melius est ⁊ laudabilius squamas non habentibus: superflua enim ad squamas expellit natura: sicut in alijs est videre animalibus in quibus pili aut penne aut cornua expelluntur ad exteriora. In libro etiam particularium sic inquit. Pisces squamas habentes sunt meliores: squama enim significat humorum paruitatem ⁊ aquositatis indigentiam: quia natura superfluitates humorum ab interioribus ad exteriora expellit ad nutriēdas squamas: sicut animalium natura tertiam finiēs digestionem exterioribus mēbris mandat quecūq̄ sunt conueniētia ad nutrimentum lane pilorumq̄ ⁊ similium. Unde pisces squamas habentes duras ⁊ grossas meliores sunt habentibus molles ⁊ subtiles: squamarū eñ grossities paruitatē innuit humorū: ecōtrario autē habētes copiā habent humorum: ⁊ p hoc testat q: grossities squamarū pisciū marinorum maior est squamis pisciū fluminum squama iterum dorsi maior est scamis ventrium: dorsum enim siccius est ventre. Qđ etiā sensit Auerrois in quinta colliget dicēs. Squame multe laudātur in piscibus: q: significāt rē cōtrariā eorum complexionibꝰ etiā multe spine in eis laudant. ⁊ infra subdit. Meliores pisces sunt q̄ degunt in locis petrosis: ⁊ qui multas

habent squamas: et quorũ corpus est
mediũ inter magnũ et paruũ: et q̄ sunt
velociores mot⁹ etc. Et ob hãc causam
scardule regine et hmõi nõ videntur re-
probari sicut tinche anguille et similes
squamas nõ habẽtes. Et hoc idẽ mihi
videtur sensisse Rasis in .iiij. suorum apho-
rismorum cũ dixit. Pisces meliores sunt
fluuiales et marini: et precipue illi qui
habẽt asperã cutẽ: et nõ sunt mucilagi-
nosi: et naturaliter albi sunt ad modum
argenti: et pisces nigri et rubei in quib⁹
sunt penne diuerse: et qui habẽt colorẽ
pauonis: et in quib⁹ sunt macule nigre
et pallide naturaliter mali sunt et ab
eis est cauẽdũ: apostema enim generãt
in mẽbris interioribus: et in intestinis
puncturas: et oppillationẽ generãt: et
nocumentũ visui inferũt: malũ quoq
sanguinẽ generant et frigidos natura
liter humectãt. Ex quibus apparet quod
anguille etiã ratione sue nigredinis et
asperitatis priuatiõe sint male et om-
nino reprobãde. Et ideo dicebat Gal.
in libro de euchimia et cachochimia. c.
vij. Anguilla oĩno nõ est euchimiũ ci
barium etiã si ex aqua fuerit mũda:
nedum: ex ea que ciuitatẽ expurgat.
Et in libro de subtiliãte dieta: idẽ quo
q de ipsa sic scripsit. Anguille enim et
plurima malachiorũ licet mollem ha
beant carnẽ: tamen propter viscosum atq
phlegmaticum quod est in eis sufficiẽter
sunt nociua his qui subtiliãte vti vo-
lunt dieta: ita autẽ et plurima ostracho
rum etc. Squame igitur ob assignatas
rationes cõsiderande sunt. Que autẽ
piscium partes aut mẽbra meliora sint
atq saniora et que deteriora dicendum
est cum Isaac in. c. lix. d. v. sic scribẽte.
Membra piscis mobilia sicut cauda
dorsa ale: sunt carne meliora et minus
pinguia: ad digerẽdũ velociora: et in
nutrimẽto laudabiliora maxime si pi
scis crassus fuerit. Mẽbra autẽ piscis
minus mobilia: sicut vmbilicus et co-
sta: vel viscosiora sicut capita: et ideo
grossiora et ad digerendũ duriora: et
ad nutriendũ corruptibiliora. Unde
caro talis illaudabilis est: quia stomacho
inflatat ppter viscositatẽ et vnctuositatẽ
suã: et durius digeritur: et villos stomachi
emollit ide plurima generatur lienteria. Ab
stinẽdũ est itaq a comestiõe huiusce
modi partiũ insalubrium. Et ppterea
nõ accipiatur de piscibus nisi cauda aut
dorsum: et alia que in cõtinuo reperiũ
tur motu et exercitio ppter quod suas ex
purgant superfluitates: queadmodũ
supra in capitulis plurib⁹ de animali
bus ambulãtibus et volatilibus scri-
ptum est: ptes et mẽbra ipsorum mobilia
pre ceteris cõmendando. quare etc.

¶ Cap. cxxxv. ostendit quibus mo
dis pisces coqui debeãt: et quomo-
do meliores: et quib⁹ cũ rebus pre-
parandi atq condiẽdi sint anteq̃
accipiantur.

Non est inutile volẽti sa
nitatẽ cõseruare: postq̃
cognouerit quod piscium
sint meliores: intellige-
re etiã qui mod⁹ coquẽ
di eos magis a medi-
cis approbetur. Et ppter hoc de ipsis in
genere scribere voluim⁹. s. de assatiõe
elixatiõe et frixione ipsorum dicẽtes. Pri
mo quod pro regula est obseruandũ id pre
ceptũ Isaac in. c. lxj. dietarum vniuersa
lium dicentis. Calidis natura pisces
sunt dandi elixi cum iusculis frigidissi
mis: frigidis vero natura cũ forti vi-
no cõdias sinapi zinzibere pipere et ca
lamento. Humidis vero assati dentur
cõdiẽdi aceto: sinapi: forti vino: origa
no: et similib⁹. Siccis autẽ cũ aqua sa
le et aneto: hoc enim respectu corporum et
cõplexiões ipsorum est obseruãdũ. Sed
cõsiderãtes coctionis modos et inuicẽ
eos cõparando dicem⁹ cũ eodẽ Isaac
in libro particulariũ sic scribẽte. Pisces
qui cũ aqua sola elixãtur: sunt oĩbus

laudabiliores: quoniã eorum viscositatẽ aqua in qua fuerant decocti: abstulit. precipue si manducenť cũ sale: menta apio: carui: pipere: zinzibere: ꝛ similibus. Quod etiã voluit Auicẽ. in. ij. canonis. c. ccccl. cũ ait. Modus vero melior in quo pisces coquũtur est aliffibegi id est elixi in iusculis cũ predictis reb⁹. Et infra subdit. Et melior ipsorum decoctio est vt coquanť aqua donec ferueat: deinde proijcianť in eam. Ex quibus pꝫ ꝙ elixi principatũ obtineãt in bonitate: post quos sũt assati iuxta sententiã eiusdẽ principis vbi supra dicentis. Quod post modũ primũ ꝛ meliorem. s. elixationẽ sit mod⁹ illorum qui sunt assati super testam: vel vt nos facimus super craticulã: aut alios super veru. Taliter eñ cocti laudabiliores sunt ꝙ̃ frixi: dicẽtẽ Isaac in. v. d. c. preallegato. Corporib⁹ temperatis denť pisces assati aut cũ oleo frixi tamẽ meliores sunt assati. Et in particularib⁹ causam huius expressit dicens. Assi pisces frixi sunt laudabiliores: quia frixi quoddã habẽt viscositatis ꝓpť oleuꝫ ꝛ ob hãc causam pessimi sunt hi q̃ naturaliter molles ꝛ viscosi existũt ꝛ friguntur: vt tinche qui ꝛ similes. Deterior igitur coquẽdi mod⁹ est frixatio: tum qꝛ viscositatẽ piscibus tribuit: vt dictũ est: tum etiã qꝛ piscis cũ oleo frixus stomachũ emollit: vt Isaac dixit in libro. v. d. ca. sepius adducto. Ideo scripsit princeps in secundo canonis. c. vbi supra. Pisces frixi sunt cõuenientes habentib⁹ fortem stomachũ cum seminib⁹ preparati: sed assati sunt nutribiliores ꝛ tardioris descentionis ꝛ elixati sunt econtrario. Et ideo tuti⁹ elixis piscibus est vtendũ. ꝛ precipue preparati: siue vt docent auctores conditi cum sale: aneto: porro ꝛ vino si piscis durus sit ꝛ non viscosus. Quod si viscosus esset ꝛ grossus: ei⁹ viscositas ꝛ grossities a piscib⁹ sic auferetur: vt docet Isaac in vniuersalib⁹; scꝫ ꝙ in calido ponanť cinere ãteꝙ̃ decoquãť sic enim grauitatem amittent odoris. Et si cum aceto preparenť in elixatione similiter viscositatem eorum remouebis. Illud etiaꝫ est obseruandũ quod iussit Isaac vbi supra: scꝫ ꝙ quilibet piscis coquinãdus in lebetem non proijciatur nisi iusculũ suum cũ aromatib⁹ pri⁹ excoctum fuerit: ꝛ calido deinde ꝛ bullẽti ipso apponatur piscis. hec eñ saporitatem reddunt: ꝛ sanguinẽ laudabiliorem faciũt. ꝛ precipue si pisces recentes ꝛ adhuc mouentes coquinẽť quomodo eos decoqui oportet vt idẽ consulit ibidem. Non enim permitti debẽt mortui ac per mediũ scissi a mane vsꝙ ad vesperas vt aliq̃n patauę mulieres facere consueuerũt. Quoniã caro ipsorum piscium ꝛ presertim estatis tempore: plurimum alteratur: ꝛ ad corruptionẽ disponiť. vnde ad facilem etiã in stomacho corruptionẽ disposita fit magis ac preparata.

Cap. cxxxvj ostendit naturam cancrorum ꝛ piscium saltorũ cum proprietatibus eorum.

Vt sermo noster de piscib⁹ cõpleatur: videť nobis de cancris ꝛ de salitis piscib⁹ dicendum esse: cũ ꝛ ipsi ad mensas etiã nobiliũ nõ raro sint soliti deuenire. De primis ergo dicemus cũ Isaac in particularib⁹ dicens. c. ꝓprio sic scribẽte. Cancri ꝛ omnes pisces habẽtia squamas sunt solubiliores. ꝛ hoc testať Gal. solubiles esse ꝓpter salitiẽ eorum atꝙ acumẽ. proinde stomacho sunt nociui ꝛ maxime sue neruositati. Quod etiã sensit Aui. in. ij. canonis. c. clj. dicẽs. Caro cancrorum est difficilis digestionis ꝛ plurimi nutrimẽti. ꝛ Rasis in libro. xxij. continentis. c. ccccxiij. cum inquit. Cancri solide carnis sunt difficilis digestionis abũdantis nutrimẽti. Et in fine il

lius capituli auctoritate Bimmasui dixit. Caro cancrorum & iura ipsorum cõferunt ptysicis: & augẽt in actu venereo. Haliabas quoq; in .v. theorice. c. xxv. sic de ipsis ait. Cancrorũ caro ois salsa est sapore: vnde naturã fluxã facit & non cito digeritur. Et qui minus salsus est caro eius lacertosior & durior est & magis digestioni inobediẽs: vnde huius animalis raro ois humorem generat grossum phlegmaticũ: ex quibus nos elicere possum⁹ q̄ frigide sunt cõplexionis & humide. q̄uis aliquid nitrositatis habeant: sed tñ ab antiq̄s vsq; modo que sit eorum determinata cõplexio non reperi a quibusdã etiã modernorũ frigida existimatur ppter q̄d somnũ inducunt. Quod facile credendum est cũ etiam ethicis cõueniant: & q̄r de genere pisciũ existunt. Uerumtamen maritimi calidiores sunt seu minus frigidi ratione aque in qua sunt & ratione salsedinis & maioris solutionis qui pprie sunt stomacho nocui & neruositati eius & solubiles ppter salsitatem eorũ: vt Isaac testatus est vbi supra. ¶ De cocleis autẽ ranis testitudinibus sepijs cõchis & similibus que pisces equiuoce nũcupantur: nihil dictum aut determinatũ ab antiq̄s patribus prout via cibi faciunt inuenimus. Uia tamẽ medicine aliqua ipsorum approbãtur & q̄r eorum nutrimẽtum modicũ & illaudabile existit plus pro gulosis faciens q̄ pro sanitatis custodia: ideo de ipsis prisci sapiẽtes scribere noluerunt quos etiã hac in re sicut & in ceteris sumus imitati: nihil de eis scribem⁹ preter id q̄d de ipsis scripsit Gal. in li. de euchimia cũ ait. Sufficiẽter autẽ cachochimia sunt ostrea & ririticdes idest coclee & spondili & omnia similiter talia vocata ab Aristotele ostracodemia &c. De quibus si quis omnino curauerit: & gule damnose indulgere voluerit platinã videat & cõdimenta & sapores eorũ intellget: & similiter quo modo coquẽdi sint ab eo edocebitur: qui de his & de alijs piscibus in pticulari sermonẽ fecit ostẽdẽs q̄ erudit⁹ in coquina fuisset. Que omnia preterimus: ne longa inutilis ac molesta sine necessitate nostra plongetur oratio. ¶ De piscibus salitis dicamus cũ Haliabate in .v. theori. c. prealleGato dicẽte. Piscis salsus cõplexione calidus est & siccus magisq; sit inexcitat q̄ recẽs: estq; phlegmaticis cõueniens & humidis si modico vtantur est autem malus cholere dñis nigre. Qui autẽ pisces saliri debeant et qui minime ipse nõ expressit Sed loco ei⁹ Isaac in .v. d. c. lix. dixit. Quicunq; pisces mollis sunt corporis illaudabiles sunt salsi siue multi siue pauci humoris fuerint: qui autẽ parui sunt humoris meliusculi sunt salsi. Si autẽ pisces viscosi fuerint & non multi humoris salti sunt laudabiles iuxta sniam Gal. in .iij. alimentorũ. c. xxiiij. dicentis. Piscis viscosus multo melior seipso salitus: deponit omne feculentũ & macilaginosum: & melior quidẽ piscis est qui multo tempore salitus: q̄ qui nouiter inquit ipse ibidẽ. Aui. tñ in .ij. canonis sensisse videt oppositũ cũ inquit. Saliti sunt meliores q̄ qui sunt recẽtes: deinde illi qui sunt propinqui termino quo sunt saliti: & meliores istorũ sunt illi q̄ cõditi cũ aceto &c. Et p eorum cõcordia mihi videtur q̄ Gal. intellexerit de piscibus viscosas & teneras carnes habẽtibus: de quibus iam locut⁹ fuerat. Auicẽ. vero de piscibus durarũ carnium intellexerit. de quibus dixerat supra circa principiũ capituli. ccccccl. Piscis ille qui habet duram carnẽ salit⁹ melior est eo qui est recẽs: & huius cõciliationis ratio est manifesta: quoniã piscis dure carnis iam diu salitus nimium videtur induratus & exiccatus. Non est autẽ sic de piscibus tenerem carnem habentibus. & q̄ ita sit apparet per verba principis ibidem dicen-

tis. Et saliti pisces calidi sunt & sicci: & quanto plus antiquitantur: tanto plus in ambobus augmentantur. Quomodocunque autem sit: vnum est quod ipsorum nutrimentum est malum: vnde plus via medicine sunt accipiendi quam via cibi dicente Rasi in. xxij. continentis. c. cccccxxiij. Pisces vero saliti calidi sunt & sicci: qui incidunt phlegma & conferunt vomitui eo quod emittunt phlegma viscosum de stomacho & quanto vetustiores fiunt: tanto magis calidiores & sicciores: sed laudabiles pisces huiusmodi sunt qui condiuntur cum aceto. Et idem in. iij. Almansoris. c. xvj. sic ait. Saliti autem pisces nullo modo sunt comedendi nisi in die in quo aliquis sibi medicari voluerit. Si tamen eos aliquis appetit parua ex eis sumatur quantitas: qui cum rebus vnctuositatem habentibus sint preparati. Quod faciendum esse existimo ne diu in stomacho morentur: eo quod sitim faciunt: facileque in ipso corrumpantur & in malos humores conuertantur. & ideo paruum de ipsis assumere opportet. De quibus autem salitis comedendum sit dicimus quod non de omnibus absolute: sed tantummodo de laudatis ab auctoribus & precipue de sardis que plurimum approbantur a Gal. in. iij. de alimentis. c. xxx. cum ait Preciosissima enim est vtique sarda salitura verisimiliter delectationis gratia & mollicie carnis: nominantur autem consuete ab omnibus iam tales saliture sarde: post sardas autem & palamides qui ex ponto deferuntur magis appreciantur. & post ipsos qui coracini. & iterum in. c. penultimo eiusdem libri sic inquit. Optime autem sunt earum que ad meam experientiam deuenerunt sardice a prioribus medicis nominate saliture. &c.

¶ Capitulum. cxxxvij. ponit octo conditiones & regulas in comestione piscium obseruandas.

Vt materiam piscium compleamus: nobis videtur de quibusdam regulis in comestione piscium obseruandis scribendum esse. Quarum prima hec est vt pro posse frequens vsus ipsorum dimittatur propter prauitatem sui nutrimenti: & propter suorum nocumentorum multitudinem. vt. in. c. cxxviij. visum est. Secunda si pisces omnino comedere voluerimus: bonos ac laudabiles eligamus: prout nos docuit Rasis in almansore cum inquit. Illi quorum caro non est viscosa: neque multum crassa: neque malum habens odorem: neque cito putrefiens Insuper neque in lacubus: neque in paludibus: neque in locis sordes habentibus sint capti: neque in luto malum habente odorem: neque in aqua malas habente herbas nutriti: neque marini sint: sed in omnibus mediocres duram carnem habentes & frangibilem & ex partibus earum que mouentur & magis sunt squamose &c. vt in superioribus capitulis dictum est. Tertia regula est: quod a lacte piscium quantumuis laudatorum summopere cauendum est cum sit facile putrescibile & reliquum cibum corrumpat &c. vt Rasis vbi supra testatus est. Quarta regula: abstinendum est omnino a piscibus assatis & infrigidatis. & precipue si in loco fuerint humoroso: quoniam mala multa & plurima nocumenta ex eis consequi possunt dicente Rasi in. viij. Almansoris. c. xxvij. Cum pisces assantur: & infrigidati in loco steterint humoroso: & sequenti die comesti fuerint seeua accidentia que ex malorum fungorum comestione solent euenire accidunt. Que sunt squinantia: colica passio: angustia anhelitus: sincopis: sudor frigidus: & quandoque subito interficiunt teste eodem vbi supra sed in. c. xxv. Et ideo dixit ipse in. xxij. continentis. c. cccccxxiij. Pisces comedi debent calidi & non frigidi. Quinta regula. Pisces assati seu frixi qui sic calidi post eorum coctionem

inter patinas reponunt ne infrigidet: nullo pacto comedendi sunt iuxta sen temtiam Almansoris vbi supra sic di centis. Si quid assatur ꝛ mox cum re mouetur ab igne suffocatur. ꝛ multis obuolutionibus antequam per horā expi ret vaporē eius exire ꝓhibentibus in noluat: ꝛ comestū fuerit prouenient ex ipsius comestione fluxus ventris ac vomitus: necnon accidentia coleri ce passionis ꝛ nausea consequenter. ꝛ fortassis plerunqꝫ interficit. intelle ctus quoqꝫ quandoqꝫ per vnū ꝛ quandoqꝫ per duos dies inde deficit hec ipse. Sex ta regula est Auic. in. iij. j. doc. ij. c. vij. dicentis. Pisces ꝛ que eis assimilant post laboriosum exercitiū nō sunt co medendi: quoniam corrūpent ꝛ corrūpent humores ꝛ fuit Gal. snia in. iij. alimē torum. c. xxix. Septima regula sumit ex Principe loco preallegato sic scri bēte. Experimētatores indi et alij iaꝫ dixerūt ꝙ lac cū rebus acetosis eden dum non est: neqꝫ pisces cū lacte: quoniam inde ad egritudines perueniūt perma nentes sicut lepra ꝛ hmōi. Errāt igit valde qui in eadē mensa post piscium comestionem lac coagulatū accipiūt vt pleriqꝫ facere consueuerūt. Octa ua regula bene obseruanda est si bar bulos pisces comederimus ꝛ oua ha buerint: ipsa nequaquam comedamus in mense presertim maio perniciosa ha bentur: testis enim ego sum: quoniam cū vnus eorum piscium mihi dono datus fuisset coctus in mensa positus multā ouorum habebat quantitatem. Et recordatus ꝙ a vulgo diceret ꝙ oua piscis huius ab ijcienda forent ꝛ nequaquam assumenda sic mecum incepi cogitare atqꝫ dicere. Miror equidē ꝙ si hec res iam diuul gata vera sit: ꝙ antiqui de piscibus de terminantes hoc suis in libris nō an notauerint. Et hac cum fiducia duos tantum bolos ex eis accepi: vt hoc in me ipso experirer. Nihil deinde per plu res horas post prandiū nocumēti p ceperaꝫ. Et putabā falsum esse quod di ceretur. Hora aūt cene superueniente plurimā in ore stomachi sensi vento sitatem adesse: quā vt dissoluerē ani sum assumpsi: ꝛ nihil ꝓtulit ꝛ post ho raꝫ facies mea facta est simillima sin copizanti ita vt astantes ꝛ admirari ꝛ de mea salute iā timere inchoassent. Ego aūt in hmōi dispositione grādē non solū in stomacho et vētre: sed in omnibus mēbris exterioribus altera tionē diuersamqꝫ quādā cōplexionē in vnaquaqꝫ carnis parte sentiebā. et sic mihi superuenit passio colerica do nec superius ꝛ inferius simul per plu res vices ora purgarent non nisi ma gna cū angustia grandeqꝫ virtutis ꝓ stratione: atqꝫ cū maximo vite pericu lo tandē inuocato clementissime sup virginis ꝛ protectricis nostre auxilio fui liberatus.

¶ Capitu. cxxxviij. docet cogno scere complexionem primaꝫ olerum omnium per odorem ꝛ saporem si mul.

Cum oleribus quamplu rimis ꝛ radicibus earū diuersimode homines vti ꝯsue uerint: alijs enim in prima mensa pro salatutio. aliquibus vero pro ferculis vtē tes. Et ideo videt vtile de ipsis scribē dum esse vt qui medicū semper habe re non pñt. cuius cōsilio gubernent: cognoscere valeāt que vtiles ꝛ que noci ue eis herbe siue radices existant: vt suā per hec que dicemus possint ille sam sanitatē conseruare. Uerum quia hoc minime facere. ꝛ consequi possent ni si cōplexionē olerum in vniuersali salu tem cognoscerent: ideo de ipsa prius dicendum est ponendo signa per que infallibiliter vnusquisqꝫ etiā idiota

fiet calida a frigidis separare. Di-camus ergo q̄ prima via put in p̄sen ti pposito spectat ad cognoscendum primas qualitates in oleribus domi-nantes hec est.s.vt prius olfaciamus ipsa q̄ si bonũ habuerint odorē ꝛ acu tuꝫ precipue: pnunciabimus rē illam absolute calidam esse: pauca illa exci piendo que ponit Auicen. in canticis textu commenti. cxxij. dicens. Judicat caliditas super cōplexionē cuiuslibet floris ꝛ cuiuslibet aromatici: exceptis quinqꝫ.s.myrto: salice: nenufare: rosis ꝛ violis: sandalis quoqꝫ ꝛ cāphora: lꝫ ipse nō dicat. Ista em̄ sunt frigida et aromatica. Cetera ṽo oia calida sunt vt maiorana: serpilluꝫ ꝛ talia q̄ boni sunt odoris. Et propterea dixit Prin-ceps in.ij.cano.c.iij. Odores boni acu ti nō sunt nisi in substantia calida. qd̄ etiā sensit Isaac.in.d.c.v.cũ ait. Que cunqꝫ aromatica cũ odore suũ saporē hñt: substantia eoꝝ proculdubio cali da est ꝛ subtilissima. Et fuit Gal.snia in.iiij.de simplici medicina distin.v.c. j.dicentis. Uerum est q̄ res que sunt odorabiles: sunt calide pculdubio: cũ plurimũ vaporis nō sit pculdubio ni si ex caliditate. Et in lib. de subtilian-te dicta.c.iij.sic ēt inquit. Si ꝑm odo-ratuꝫ vel gustũ: aut ambos simul sen sus acutũ qd̄ ꝛ mordēs appareat op-portet calidā incisiuā ꝛ subtiliantem virtutem inesse ei. Scd̄m hoc aũt ꝛ si bonũ odorē ꝑm olfactũ habēs aroma tis phantasiā facit gustui necesse est: ꝛ hoc calidum esse ṽtute ꝛc. Qd̄ ante ipsum voluit Arist.in.xij.pblematuꝫ pblemate.iij.cum dicit. Odor calidi-tas q̄dā est: ꝛ bene odorabilia calida caliduꝫ aũt leue est. Et in.xx.pblema tũ pblemate.xvj.sic iteꝝ inq̄t. Calida bene odorabilia semina: pp̄ter quod omnino odor per caliditatem quādā fit. Hac igitur prima via cognoscem⁹ calidas herbas ꝛ radices a frigidis. Uerũtamen quia Gal.vbi supra dixe rat: q̄ non est prudētia iudicare sup ṽtutes medicinaꝝ singulariũ ex odo re tm̄: qm̄ in odore est aliquod testi monium: sed est paruũ: ideo postq̄ꝫ odoriferā cognoscemus esse medici-nā trāseamus ad scd̄aꝫ viā.s.ad sapo rem ꝛ gustemus ipsam rem: qm̄ si in-sipidi: vel (vt rectius loquar) nulli⁹ sa poris fuerit vt aqua: cucurbita: lactu-ca: ꝛ limōi: tunc dicemus audacter rē illā frigidā esse. iuxta sententiā Gal. in.iiij.de simplici medicina.distinc.ij. c.iij.dicentis. Qñ inuenimus rē quaꝫ sentimus de gustu aque: penitus em̄ non est sapor in aliquo succorum: tūc res in illo succo manifesta est: q̄ ipse est egrediens ab omni caliditate ꝛ fri giditate manifesta: ꝛ q̄ ei⁹ complexio aut est media aut declinis ad frigidũ parũ. hec ipse. Si autem sapor illius rei dulcis fuerit: tunc res ipsa calida erit ꝛ humida cũ equalitate ꝫ quod idem dixit vbi supra. ꝛ Auic.in.ij.ca-nonis.c.iij. Si aũt res illa amara fue rit: tunc complexio eius erit calida ꝛ sicca in tertio. Si vero salsa: calida ꝛ sicca in scd̄o. Si vero acuti saporis: ca lida ꝛ sicca in quarto. Et consimiliter de frigidis dicendũ. Si em̄ rē illā ace tosam esse precipiemus frigidā ꝛ sic-cam esse in scd̄o pronunciabimus. Si autem ponticam vel stipticam frigi-dam esse ꝛ siccā in tertio: prout supra de saporibus scripsimus in pluribus capitulis ad que recurrendũ est. Et sic per odorem ꝛ saporē simul indica bimus satis sufficientes sup ꝯplexio nem olerum: licet etiam ex alijs hoc fieri possit. Sed hecque dicta sunt: quantum ad presens spectat proposi tum qualiacunqꝫ sint: sufficiant.

¶ Capitu. cxxxix. ostendit q̄ olera non sint comedenda: eo quia nutrimentum eorum sit malum: ꝛ precipue siluestriuꝫ fugiendum.

Postq̃ olerũ cõplexio quantũ ad primã ipsorũ qualitatem scita fuerit: et similiter cõplexio corporis intellecta: facile vnusq̃sq̃ poterit iudicare si tale olus sibi cõueniens fuerit an non. Et ꝑpterea plura de hac materia nõ mihi videntur esse scribenda. Sed potius dicendũ vtilius existimamꝰ vtrũ vsus oleruꝫ vel ne faciat ad sanitatis conseruationẽ: ⁊ ad hãc questionẽ respõdemꝰ dicẽtes: ꝙ nequaq̃ frequẽs olerũ comestio sit conueniẽs ad salutem humani corporis regẽdã: imo vt in.iij.j.doc.ij.c.vij. princeps ait. Opꝫ vt sanitatis cõseruator studeat ne cibi ipsius substãtia sit aliquod nutriẽtium medicinaliũ sicut olera ⁊ fructꝰ ⁊ reliqua ab ipsis: q̃m subtiliãtia sanguinem sunt adurentia: ⁊ grossa sunt ipsum phlegmaticũ faciẽtia ⁊ corpus grauãtia. Gali. quoq̃ in lib. de euchimia ⁊ cachochimia dixit. Olerũ quidẽ nullũ est euchimũ. ⁊ Rasis in.vj. Almansoris.c.v. sic etiam de ipsis inquit. Olera precipue atq̃ fructꝰ absq̃ magno replent corpus nutrimẽto. et humores crudos generant ⁊ malos. ⁊ in lib.iiij. suorum aphorismorũ. Olera humores humectãt. ⁊ ideo nõ sunt cibus cõueniẽs. Et hoc ꝓprie de frigidis est intelligẽdũ sicut dictũ illud Auerrois in.v. colliget. de calidis et acutis est exponẽdũ cum inquit. Oẽs herbe per suam naturã declinant ad humores melancholicos. ⁊ hoc etiaꝫ faciũt a tota substãtia. excepta lactuca ⁊ buglossa. ⁊ ideo via cibi non videtur cõuenire. Uia tamen medicine seu cibi medicinalis possunt quandoq̃ vt in estate valde calida ꝯueniẽtes esse ad remittendũ ardorem: sitim ⁊ fortẽ corporis caliditatẽ. Et ex eis permaxime vti possumꝰ lactuca: endiuie: portulaca. ⁊ huiusmodi. In hyeme vero minime. Sed calidis: ⁊ siccis eo in tẽpore est vtendũ secundũ Principẽ. in iij.j. dicẽtẽ. Olera cholerica multũ cõferũt in hyeme: sicut insipida inferũt in estate. Uia igitur nutrimenti: ⁊ vbi restauratio querit eius qđ dissolutuꝫ est a mẽbris: hec olera nõ sunt eligenda: cum suũ nutrimentũ paruissimuꝫ sit ⁊ illaudabile: dicẽte Isaac in.c.xxviij. dietarũ.v. autoritate Ga. hoc modo ait Ga. de nutrimẽto herbarũ pauca in corpus veniũt. Que sentẽtia colligi põt ex scđo Alimentoꝝ.c.xxxviij. cũ de lactuca sic scripsisset. Nosse opꝫ oĩbus oleribꝰ paucissimũ ⁊ cachochimum sanguinẽ generantibꝰ: ex lactuca aũt non multũ quidẽ neq̃ cachochimũ: neq̃ tñ euchimũ sanguinẽ generari. ⁊ in.c.xlj. libri eiusdẽ sic quoq̃ ait. Ut alimentũ ex bleta est modicũ sicut ⁊ ex alijs oleribꝰ. Ex quibꝰ plane apparet ꝙ olerũ nutrimentũ sit paruissimũ. Et ideo a sapiẽtissimis ⁊ sanctissimis viris cõcessum est in quadragesima vti posse oleribus: radicibꝰ: seminibꝰ: granis seu leguminibꝰ fructibus ⁊ piscibꝰ: in quibꝰ oĩbus modicissimũ reperitur nutrimentũ: nõ sic aũt carnibus: ouis: caseo: lacticinijs: ⁊ huiusmodi in q̃bꝰ magna q̃titas existit nutrimẽti. Et ꝑpterea cõcludamus ꝙ rebus istis minime sit vtendũ: nisi tpe ieiunij ob legis nostre sacratissime reuerentiã. In alijs aũt tpibus summo pere fugiẽda sunt. Sed si q̃s a me peteret: forsitã olera tantũmodo domestica vituperasti eo q̃ frigida sunt et humida: ⁊ vt plurimũ aquosa naturaliter ⁊ accidẽtaliter scilicet ratione loci: siluestria autẽ cum non sint huiusmodi: sed sicciora ⁊ minus aquosa ac magis calida: ipsa videntur longe magis cõuenientia? Cui respõdebimus dicentes ꝙ omnia olera in via nutrimenti sunt illaudabilia: verum domestica minus mala: siluestria autẽ peiora. Et quod ita sit apparet ꝑ Isaac

in.v.

in.v.d.c.xij.dicentez. Nutrimentū olerū domesticorū melius est:& cito digestibile: facile penetrat venas:sȝ tñ mēbris assimilari tardi⁹. Et infra subdit. Herbe humidis i locis & terra crassa nascētes ad digerendū & penetrandū venas sūt faciliores:sȝ tñ humiditatis causa ad assimilandū mēbris dure: sanguis quē generāt vti subtilis & aq̄sus est:& earū nutrimenta pua sūt & illaudabilia. Siluestres vo oppositum facere videnť: dicēte eodem vbi supra auctoritate Gal. Herbe siluestres ad cōparationē domesticarum sicciores sunt:ideoq; ad digerēdū duriores:sed & ad penetrādū venas tardiores:sed tñ si bene digeranť cito mēbris assimilanť: q: siccitate sua ad coagulandū vicinanť. Et postea subiūxit. Siluestres herbe nutrimento sunt male ex acuminis & sue siccitatis fortitudine:& hoc q: herbe & alia que i siccis locis nascunť et calidis:nutrimēti sunt sicci ad digerēdum duri &c. Que fuit Galie. snia in libro de euchimia & cachochimia dicentis. Ultime cachochimia sunt oia siluestria olera sicut siluestris lactuca &c. Et similiter radices olerum & raphanidarū:& alleorū &c. Quare omnino olera dimittamus:& preci pue siluestria cū ad sanitatē minime faciant vt diximus.

¶Cap.cxl.ostendit de quibus sit deinceps scribendū:& q̄uo illa sint a legētibus intelligēda.

in.ij.canonis.c.cccclxvj.ꝙ ipsa sit calidioꝛ maioꝛana:ꝛ foꝛtioꝛ: ꝛ calida in tertio:ꝛ sicca in scđo:ꝛ sit subtilis resolutiua: sedatiua ventositatū:aperitiua oppilationū phlegmaticarū vbi sunt: cui⁹ odoꝛatus vltime facit soda:confoꝛtat stomachū:ꝛ aperit oppilatiões viscerū:ꝛ exicat hūiditatē stomachi: ꝛ cōfoꝛtat intestina. Pauli quoqꝫ auctoꝛitate dicitur ꝙ cōfert paralyticis.ex qb⁹ paret ꝙ ipsa sit potius dicenda medicina ꝙ̄ cib⁹ vt supꝛa diximus. ¶Sinapis etiā videtur esse huiuscemodi:,cū natura eius calida sit ꝛ sicca vsqꝫ ad quartū.vt voluit Pꝛinceps in.ij.canonis.c.cccccclxxviij.Et ꝓpterea incidit phlegma:ꝛ cōfert doloꝛi iūcturarū ꝛ sciatice:ꝛ mūdificat hūiditates q̄ sunt in capite:ꝛ si bibatur cū aqua mellis:aufert asperitatē antiquā q̄ est ĩ cāna pulmonis:extenuat splenē facit sitim:ꝛ facit desideriū coitus. Isaac quoqꝫ in ꝑticularib⁹ dietis de ipsa sic inquit. Sinapis calida est ꝛ sicca in medio quarti grad⁹: hūiditatē capitis ꝛ stomachi desiccat. Que videntur fuisse verba filij Mesue vt inq̄t Rasis in.xxj.cōtinē.c.cclxxv.vbi etiā ait auctoꝛitate Coste in li.de agricultura. ꝙ semē ei⁹ tritū et distemperatū cū vino facit bonū stomachū si ieiuno stomacho accipiatur:ꝛ excitat coitū ꝛc. Ex his ergo apparet ꝙ plus medicine nomē ꝙ̄ cibi sibi vēdicauerit vt de saluia dictū est. ¶Spinachie vero:vt i.v.colliget scripsit Auerrois:valde sunt bone ꝛ tēperate:valēt gutturi ꝛ pulmoni ꝛ stomacho:ꝛ humectāt ventrē: ꝛ sunt i scđo gradu frigide ꝛ hūide. Et sibi ipsi videtur cōtradicere aut littera est coꝛrupta. Quō sunt tēperate si frigide sunt ꝛ hūide in scđo.et iō saluādo eū dicere possum⁹ ꝙ delēdū est ly frigide. Et ꝙ hec sit bona coꝛrectio littere ꝑʒ ꝑ Haliabatē in v. Theoꝛice dicētē. Spinachia in caloꝛe ꝛ frigoꝛe tēperata est: sʒ humectat.ꝛc.et similiter ꝑ Auicē.i.ij. canōis.c.cccccxcix.sic scribētē. Natura eaꝝ tēperate frigida est ꝛ hūida i fine pꝛimi:ꝛ sunt lenificatiue: nutrimētū eaꝝ meli⁹ ē nutrimēto chꝛysolocāne:ꝛ in ipsis est virt⁹ abstersiua lauatiua:ꝛ vincūt cholerā: ꝛ foꝛtassis refugit stomach⁹ a iure eaꝝ:ergo auferātur a iure suo ꝛ comedāt:ꝛ cōferūt pectoꝛi ꝛ pulmōi calido.qđ etiā sensit Isaac in.j.d. cū ait. Spinachia frigida est ꝛ humida i pꝛio gradu:vētrē humectat ꝛ gule de sāguine:ꝛ cholera rubea dolētivalet ꝛc. Que fuit sñia Rasis in tertio Almāsoꝛis.c.xviij.dicentis. Spinachie sūt tēperate:q̄ gutturi atqꝫ pulmoni necnō stomacho ꝛ epati cōgruētes sūt:vētrē leniūt: quaꝝ nutrimētū bonū existit ꝛ optimū. Et in.xxj.cōtinētis auctoꝛitate filij Mesue dixit ꝙ frigide sunt ꝛ hūide i fine pꝛimi:ꝛ iō leniūt vētrē:ꝛ cōferūt doloꝛi pectoꝛꝭ ꝛc. Quare nō debem⁹ eas despicere: cū bonū sit eaꝝ nutrimētū: licet paruuʒ sicut ꝛ alioꝝ olerū :vt ex dictis Pꝛincipis i.iiij.f.c.j.colligi pōt dicētis. Nutriēs qñqꝫ ē multe quātitatis ꝛ pauci nutrimēti sicut olera ꝛ fruct⁹ ꝛc. Et hec de ipsis hacten⁹ dicta sūt. ¶Sparag⁹ sūt:vt inq̄t Auer.i v.colliget.ꝛ Gal'.i.vj.de simplicib⁹ medicinis.c.lxij.tēperat⁹ ē aut parū declinās ad caliditatē: ꝛ hoc significat qꝛ hʒ quandā amaritudinē q̄ elixatione remouet. Cui⁹ operatiões:sūt ad remouēdū ꝛ aperiēdū oppilatiões q̄ sūt i renib⁹: ꝛ ꝓpꝛie radices ꝛ semē ꝛc. Isaac etiā in j.d.dixit. Sparag⁹ calid⁹ ē ꝛ hūid⁹ i.pꝛio gradu:q̄ domestic⁹ ꝛ siluestris existit. Domesticus tēperatioꝛ est:

& ceteris nobilior proinde sperma augmētat: stomacho ꝯuenit: vrinā ꝓuocat &c. Siluestris vero calidior & siccior: ideoq̧ plꝰ est colatiuꝰ. Et infra subiūxit. Quidā dicūt sparagū coitꝰ esse augmētatiuū: qđ Diascorides negat. Ego aūt dico ꝙ si coitū augmentaret: nō esset nisi ex copia sui nutrimēti: cū nimiū calorē nō habeat: nec vētositatē: vñ virgā sustinet. hec ipse. Rasis quoq̧ in. xxi. cōtinētis. c. lxxxvij. auctoritate Gal. dixit de ipsis: ꝙ valēt ad oppilatiōes renū. & in. iij. Almāsoris. ꝙ calidi sint & humidi spermati augmētū tribuentes: stomacho nō sunt cōgrui: immo nauseā qñq̧ faciūt &c. Nos aūt cū Gal. in. ij. Alimentoꝝ. c. lv. via medicine sparagos approbamꝰ: via aūt nutrimenti nequaq̧: dicente ipso in eo loco: ꝙ oia talia p aquā elixata cū oleo & garo offerent modicū aceti super infundētes: delectabiliora eñ sic & meliora stomacho fiūt: alimentū vero corpori dāt paucū & nō boni chimi. quare &c.

¶ Cap. cliiij. ostēdit naturā radicū in vniuersali declarando quale sit nutrimētū earū: deinde descēdit ad alliū describēdo proprietates eius.

Seruātes quod supra ꝓmiseramꝰ obseruare: post pertractatiōnē olerū via cibi magis vsitatoꝝ: nūc de radicibꝰ solūmodo q̄ in vsu habent: sermonē faciemus: pretactū ordinē alphabeti obseruando: vt facile qđcūq̧ voluerimꝰ sine labore reperiamꝰ. Sȝ vt meliꝰ naturā radicū intelligamus: dicamus de ipsis priꝰ vniuersaliter. cū Gal. in libro de subtiliāte dieta. c. ix. sic scribente. Radices olerū oēs qdē (vt ita dicat) supfluice sunt disdigestibiliores &c. Et post pauca subiūxit. Uno aūt sermone vniuersas qdē radices vt disdigestibiles suspectas habendū: gustandū aūt solas calidas & acres sicut alij & ceparū & raffanides & has vt pharmacū magis q̄ cibū. Et in. ij. Alimētorū. c. lvij. vniuersalius eas videt reprobare dicēs. Menesitheus quidē ait. Radices indigestibiles sunt & turbatiue: dico aūt puta raffanidas: allia: cepe: rapas: & oē tale genꝰ. quorūcunq̧ enim radix: & qđ secūdū terrā natū esibile ē: hec aūt oia in indigestibilē speciē sperant: accidit eñ alimēta ex radicibus emitti oibꝰ ptibꝰ nascētiū: colligūt eñ in seipsis hūiditatē multā radices & hāc indigestā habentes plurimā: nō eniȝ cōtingit digestā ipsam esse oēm. Qđ enim digestū videt esse pfectū: qđ aūt in radicibus humidū alibi assumere finē digestionis distributū ad ptes nascentis: oia eniȝ a radice nutriunt: ꝓpter qđ quidē necessariū indigestas ibi humiditates esse: collecte eñ hic expectāt finē superioris digestiōis. Quare in radicibꝰ rōnabile illaboratas esse plurimas humiditates. Uerisimile igit et nris corporibꝰ ab his alimentū humidū derelinq̇ & turbatiuū. Hec fuit Menesithei snia: q̄ etsi vniuersaliter a Galieno nō approbet: in pluribꝰ tñ verificat: vt rō p ipm adducta demōstrat. Quare nutrimētū radicū illaudabile magis est ꝓnūciādū: etsi nō semp: saltē vt freq̄nter. ¶ Sed ad aliū veniētes dicimꝰ ꝙ calidum est et siccuȝ in tertio: vt dixit Auerrois in quinto colliget. Secundum vero Haliabatem in quinto Theorice. c. xvij. calidius est q̄ cepa: quā ipse prius calidam in quarto pronunciauerat vbi in=

quit: ꝙ in ea fortis erat adustio: et magis medicamini sit'ꝗ cibo. Cui videt cōsentire Princeps Auicēna in secūdo canonis. c. lxxv. cū dixit. Alliū est calefactiuū ꝛ exiccatiuū in tertio vsqȝ ad quartū: ꝛ siluestre est fortius illo: resoluit inflationē valde: comestū facit soda: ꝛ clarificat vocē ꝛ guttur decoctū: ꝛ cōfert tussi antique: ꝛ doloribus pectoris ex frigore: ꝛ extrahit vermes: et in ipso est solutio nature. Et eiꝰ operatio in coitu est. quoniā ipsum ꝓpter vehementiā sue exiccationis ꝛ resolutiōis qnqȝ nocet: ꝙ si decoquat in aqua donec eius acuitas resoluat: nō elongat quin sit illud qđ de eo remanet in elixatura eius pauce caliditatis qđ nō exiccat: et gnāt ex eo materia spermatis: ita vt ponat materias phlegmaticas in cōplexionibus phlegmaticis cinerē: ꝛ nō possit eas carminare. Et qn̄ in venis cōuertitur in ventositates: nō elongatur quin adiuuet ad desideriū coitꝰ ꝛc. hec Princeps ipse. Rasis vero in tertio Almansoris capitulo. xviij. sic de eo inquit. Allia calida sunt ꝛ sicca: ꝛ ideo sitiȝ afferūt: libidinē efficiunt: atqȝ ventositatem expellunt: ꝛ corpꝰ calefaciunt. Regionibus vero ac temporibus: necnon corporibus calidis nocumentū prestant: cōuenientia vero eis que illis sunt contraria. Et in. xxi. continentis. c. clxxx. sic inquit de ipso autoritate Diascoridis. Allium habet virtutem calefaciendi ꝛ dissoluendi ventositates et inflationem vētris: desiccat humiditatem stomachi: prouocat sitim: ꝛ eius esus expellit cucurbitinos: ꝛ ꝓuocat vrinā: ꝛ eius esus cōfert morsui canis rabiosi: ꝛ est bonum mutationi aquarū: ꝛ nocumēto inducto ex eis. Et comestū crudū vel coctum clarificat vocem: et mitigat tussim chronicam ꝛc. Et infra autoritate Ruffi sic etiā dixit. Allia calefaciunt ꝛ incidūt humores grossos ꝛ viscosos: ꝛ nocēt oculorū tunicis et eorꝫ humoribus: et reddūt visum turbidū: nocēt etiaȝ auribus: capiti: ꝛ pulmoni: ꝛ renibus: ꝛ si in aliquo mēbro est morbus: mouet ꝛ excitat in eo doloreȝ. Deinde dixit auctoritate filij. Me sue. Alliū calidum in quarto: dissoluit phlegma salsuȝ generatum in stomacho: ꝛ de sui proprietate calefacit stomachū frigidū ꝛ humidū ꝛc. Postea subiūxit auctoritate Galieni in megatechni: ꝙ allia conferant habitantibus in regionibus frigidis: ꝛ si nō vterentur eis: caderent in magnum nocumentum: et valent contra dolorem intestinorū absqȝ febre: et inueni ꝙ ipsum est bonū vlceribꝰ pulmonis valde. Et autoritate Sindarasis indiani inquit. Allium valet contra ventositatem: obliuionē: asma: tussim: splenem: dolorem hypocundriorū: lumbricos: multiplicat sperma: nocet autem emoroidibus: tenasmoni: fluxui ventris: scrophulis: habentibus ethicam: pregnantibus et nutricibus. Et subdit. Inquit Hippocrates in libro de ptisana. Allia generant ventositatem in ventre: et grossiciem in pectore: ponderositatem in capite et collo: et mouent quemlibet morbum consuetum homini euenire. Et iuuamentū quod est in eis: est quia prouocant vrinam. Et postremo dixit auctoritate eiusdem in libro dietarum. Allia nocent oculis propter fortem eorum exiccationem: et debilitant visum. Possumus itaqȝ concludere ex his omnibus ꝙ allia v'a cibi non conueniant: ꝛ precipue calidas habentibus complexiones. Uia autem medicine quandoqȝ su-

mi possunt et in hyeme precipue: cũ dicat Rasis vbi supra auctorita te. Gal. in.viij.⁊ in.vj.epidimiarũ. Allia in hyeme sunt multi iuuamẽ ti:q: calefaciũt humores frigidos: ⁊ incidũt grossos ⁊ viscosos vincẽ tes ⁊ dñ antes corpori tpe hyema li.et in libro.xxv.cõtinẽtis.cap.pri mo dixit. Comestio porrorũ ⁊ allio rũ in estate infert cũ caliditate tor sionẽ dolorosam:tñ in hyeme ma gnũ iuuamẽtũ prebet.eo ꝙ icidat humores grossos ⁊ viscosos calefa ciendo frigidos:quos cõgregauit tp̄s hyemale in corporibus.et per maxime phlegmaticis vltramon tanis ⁊ similibus.quare ⁊c.

¶ Cap.clv.ostẽdit naturã bul bi seu scalonie ⁊ cepe cum nutri mento ⁊ proprietatibus eorũ.

Licet bulb⁹ sit ols ra dix tunicata: vt au ctor inqt pandectaꝝ: tñ ꝓ scalonia sumit vt plurimũ:vt ptꝫ ꝑ au ctores diuersa faciẽ tes capitula de bulbo ⁊ cepe:quod nõ fecissent si vnũ ⁊ idẽ eẽnt:⁊ per maxime ꝑ Auicẽ.in scdo canonis. c.lxxxix. dicẽtẽ. Bulb⁹ est cepe qđ cõceditur paruũ simile cepe narci sci:cui⁹ natura ꝓpinqua est natu re cepe.⁊ꝭ fortasse est sicc⁹ in primo hũiditate supflua. Et ĩfra subdit. Qui ex eo dulcis est ⁊ rube⁹:bon⁹ est stomacho ⁊ amar⁹ est melior di gerit cibũ ⁊ multiplicat ei⁹ nutri mẽtũ ĩ ip̄o lꝫ nõ sit nutrimẽtũ suũ laudabile ⁊ p̄cipue eius qđ crudũ est. Et qñ nõ digerit pũgit ⁊ inflat ⁊ excitat coitũ. Serapio etiam au toritate Gal. sic inqt. Bassar alzir. i.burbus:⁊ dicit cepe sine tunicis: ĩ cui⁹ sapore est amaritudo cũ sti pticitate.et virtus eius prima de siccat:et secunda abstergit ⁊ incar nat:et quando comeditur generat humores viscosos grossos et ma los:quia est difficilis digestiõis:et inflatiuus existens stimulat come dentem ipsum ad coitum. Deinde dixit auctoritate Diascoridis:ꝙ ru bens ex eo est bonus stomacho:et amarus est melior dulci:q: facit di geri cibum. Et omnes species bul bi sunt calide ⁊ acute excitantes li bidinem:calefacientes linguam:⁊ nutriunt. multum:et in carne fa ciunt augmentũ:verũ generãt in flationẽ. Et infra sic etiaꝫ ait. Opꝫ vt fugiat nimius vsus eoꝝ:q: sunt nociui neruis ⁊c. Quare comestio nẽ ipsoꝝ freqũter nõ approbam⁹. Et qñ q̄s eis vti voluerit:prepare eos primo:vt docet Gal.i.ij.alimẽ torũ.c.lxij. dicẽs. Comedere aũt ip sos dꝫ biscoctos:⁊ meli⁹ est si cum aceto simul ⁊ oleo ⁊ garo:id est sale ꝯdiant. Etem̃ delectabiliores sic:⁊ minus inflatiui:⁊ magis nutritiui ⁊ faciliores ad digerendũ.abũdan tes aũt scd̃m esum ipsoꝝ quidam manifeste senserunt ⁊ sperma plus habẽtes:⁊ ꝓ̃ptiores facti ad ve nerea ⁊c. ¶ Cepe aũt vt inquit Ha liabas in.v.theorice.c.xvij.calidũ est in quarto gradu similiterꝗ sic cum:habet tamẽ humiditatẽ quã dã ⁊ vẽtositatẽ q̄ coit⁹ appetitũ ir ritat:sperma auget: capitis dolo res ꝓuocat:q̄ eũ vult comedere cũ aceto sumat ⁊c. A quo in graduãdo ip̄m vr̃ accepisse Auerrois in.v.col liget cũ ait. Cepe calidũ est in q̃rto gradu:⁊ hꝫ grossaꝫ substãtiã. Et iõ qñ ponit in ano aperit orificia ve narũ:⁊ ꝓuocat sanguinẽ emoroida lẽ. Auicẽ. ꝟo in.ij.canonis.c.cxxiij. sic de eo scripsit. In cepe ẽ acuitas ĩ cisiua:amaritudo ⁊ stipticitas:⁊ ex eo qđ est longi⁹ est acuti⁹.⁊ rubeũ est acutius albo.et siccum humido: et crudũ a ssato calidũ est in tertio:

et in ipso est hũiditas sup̃flua. Est subtiliatiuũ incisiuũ ꝓprie q̃d cõmedit. et in ipso cũ stipticitate quã h3 est abstersio et inflatio: et attractio sanguinis ad exteriora: quare rubificatiuũ cutis. Et ex nõ cocto quidẽ nõ generat nutrimẽtũ: de q̃ sit curandũ. et nutrimẽtũ ei9 q̃d de coquitur etiam fit humor grossus. et est ex eis q̃ faciũt soda. et plurim9 ei9 vsus facit subeth: et est ex eis q̃ nocet intellectui: ꝓpterea q2 generat humorem malum. et q̃d ex eo comidit ꝓpter suã caliditatẽ cõfortat stomachũ debilẽ et facit appetitũ. et q̃d bis decoctum est: est multi nutrimẽti: l3 faciat sitim. et demum dixit ꝙ oẽs spẽs cepe excitãt coitũ. Que quoq3 fuit s̃nia Rasis i. iij. Almãsoris. c. xviij. dicẽtis. Cepe calide sunt et sicce: q̃ sitim faciunt atq3 appetitũ adiuuãt: libidiniq3 augmentũ p̃bẽt: dolorẽ p̃terea capitis faciũt si crude comedant: in stomacho q̃q3 hũores generant sup̃fluos atq3 phlegma. Que oĩa fere añ ip3 dixerũt Serapio Gal. et Diascorides. deinde cõcludit. Et vsus cepe in cibo induxit sodã. et nimi9 vsus gñat egritudinẽ q̃ d2 carbagas: id est lethargia. Et qñ coquitur ꝓuocat vrinam magis et facit dormire. Ex q̃bus satis possum9 elicere quantũ cepe et scalonie faciant ad sanitatẽ. quãtũq3 comestio ipsarũ assidua sit periculosa. Et iõ q2 calide nimis difficulter digestibiles et mali existãt nutrimẽti dicẽte Gal. in sexto de simplicibus medicinis capitulo. lxxx. Qñ comedunt cepe generãt humorẽ grossu3 et viscosu3 et durũ ad digerẽdũ &c. Et etiã propter alia ipsarũ nocumẽta superi9 annotata: q̃s ob res: aut oĩno p̃termittãt: aut q3 rarissime assumant. Et nõ nisi qñ preparate fuerint vt iussit Rasis in. xxv. cõtinẽtis. c. j. dicẽs. Eligant cepe modice acuitatis: et lauent in primis cũ aqua et sale: deinde cũ aceto forti: q̃m inde cessabit acuitas ipsarũ: et post comestionem ipsarũ comedere debes de medulla cucumeris: q2 ipsa9 remouet: et ꝓhibet insultũ ipsarum in capite fieri. quare &c.

¶ Cap. clvj. ostẽdit naturã radicũ cariote et enule cũ ꝓprietatibus ipsarũ faciẽtib9 ad sanitatis conseruationem.

De poris dicendũ esset vt materia acutorũ cõpleret: nisi ordinẽ alphabeti obseruarem9: de q̃b9 in suo loco sermonẽ faciemus. Nũc autẽ de radice enule loq̃mur qua nõ pauci in ferculis vti cõsueuerũt tãq3 re multũ ad corpis salutẽ faciẽte nõ intelligẽtes ꝙ cũ suis iuuamẽtis: q3 plura ẽt ꝓducat nocumenta ꝓpterea dicam9 de ea cum Auerroi in. v. colliget sic scribẽte. Ponim9 enulã in scd̃o gradu caliditatis et siccitatis. et manifestatur hoc: q2 ponim9 ipsam in loco hmõi q̃d cõfert phlegmati grosso et viscoso in pectore et pulmone: et hoc facit sua siccitate: et operationes sue scd̃e sunt: q2 rubificat etiã mẽbra in liuiditate a frigore. Auicẽ. vero in. ij. canonis. c. ccxl. de ipsa dixit. Natura enule calida est et sicca in scd̃o: et in ipsa est hũiditas sup̃flua et ꝓpter illud nõ calefit corp9 statim cum ei occurrit: cõfert oĩb9 lesionib9 et dolorib9 frigidis et cõmotionib9 vẽtositatũ et inflatiõis. facit soda: est tñ ex eis que letificãt: cõfortãt cor. mũdificãt pect9: et pulmonẽ. et q̃ assuete vtit enula nõ indiget vt mingat oĩ hora: et q̃d de ipsa est magis iuuatiuũ est radix ei9 &c. Rasis etiam de ipsa in. iij. Almãsoris. c. xviij. in fine dixit. Enula calida est et sicca:

que stomacho multis repleto hu=
moꝛib⁹ bona existēs epatis ac sple
nis aperit oppilationē. Qui autē
ex ea multā comedit quātitatē.san
guinis patiet coꝛruptionē:ac sper
matis incurret minoꝛationē.Et in
xxij.cōtinētis.ca.cccxxxij. autoꝛita=
te Bimmasui sic inqt.Enula est ca
lida ꝛ sicca in medio grad⁹ tertij.et
in ea est humiditas supflua:ꝛ con=
fert doloꝛib⁹ antiqs ꝛ frigidis ꝛc.
Sed abūdās assumptio eis infert
doloꝛe capitis ex abūdātia vapo=
ris ipsi⁹:ꝛ qꝛ calida ē cōfoꝛtat vesi=
cam:ꝛ ꝓhibet distillationem vꝛine
accidentē ex frigoꝛe:ꝛ tardat in sto
macho ex grossitudine ipsi⁹:ꝛ si cō
dit cū aceto ē minoꝛis caloꝛis ꝛ mi
noꝛis nocumēti i calidis ꝑsonis.ꝛ
pꝛecipue si bene lauet cū aqua dul
ci.vꝫ aūt ad tussim ꝛ coarctationeꝫ
anhelit⁹:ꝛ ad hmōi passiōes pecto
ris qn̄ cū melle permiscet:vt Sera
pio inquit autoꝛitate Gal.ꝛ Diasco
ridis.demum sic dixit. Humain ex
vbo Hyppocratis inqt. Enula au
fert irā ꝛtristitiā:foꝛtificatos stoma
chi ꝛ mūdificat pect⁹:ꝛ ꝓuocat su=
perfluitates q̄ sunt in venis ꝑ mē=
strua ꝛ vꝛinā.ꝛ maxime vinū factū
cū ea.Ex quib⁹ apparet ꝙ nō quo=
modocūqꝫ:nec quibuscūqꝫ aut' fre=
quēter radix eius cōueniat. Et ꝓ=
pterea in calidis cōplexionib⁹ ꝛ iu
uenib⁹ est suspecta ꝛ ꝑcipue in esta
tis tēpoꝛe ꝛc. ¶ De radice autē ca=
riote siue dauci aut pastinace agre
stis:vt quidā eū appellāt ex eo ꝙ
est velut pastinaca:: sed nigrioꝛ et
plus odoꝛifera ꝛ esui apta : cui⁹ se=
mē scd̄m Theodoꝛicū Priscianum
est careos : vt refert auctoꝛ pende=
ctarū:ego vero nō reperi de ipsa di
stinctā a pastinaca determinatio=
nē ab aliquo veterū sapientuꝫ:sed
semꝑ simul de eis locuti sunt volē
tes nobis innuere ꝙ eiusdem fere
sint virtutis:vt apparet ꝑ Gal.in
libꝛo de subtiliante dieta.c.ix. dicē
tē.Ad p̄ntia radices dauci ꝛ cario=
te nil habēt nociuū sicut neqꝫ ido=
neum.Et in.v.simpliciū.c.de dau=
co sic scribentē. Radix eius aliqd
vētositatis hꝫ ꝛ libidinositatis.Et
idē in libꝛo de cibis.c.de pastina=
ca inquit.Radices harū domestica
rum comedunt:alimētū quidē mi=
nus rapix habētes.calefaciūt aūt
manifeste ꝛ in medio scd̄i grad⁹:et
humectāt in pꝛimo ꝛ aliquid aro=
maticitatis:indigestibilitas qdeꝫ
igitur similiter ipsis inest ꝛ alijs ra
dicib⁹:vꝛinatiue aūt sunt ꝛ si abū=
dat aliquis ipsarū vsu mali chimi
mediocriter sunt folioꝛis vo chi=
mi q̄ cariote ꝙ̄ que pastinace. Ex
quibus eliciam⁹ ꝙ frequētate mi=
nime sint laudabiles.Si aūt quis
vlterioꝛē cuperet habere determi=
nationē de ipsis:capitulū de pasti
naca faciendum legat:cū vt supꝛa
dictum est : in virtutibus et opera=
tionibus conueniant:quare ꝛc.

Capitulū.clvij.ostendit naturā
ꝛ ꝓꝛietates napoꝛū ꝛ pastina=
carum in via nutrimenti.

Napi:vt inquit Almā=
soꝛ in libꝛo tertio.ca.
xvij.calidi sunt ꝛ hu=
midi:q̄ inflationē ac
crudū generāt phleg
ma:sperma qꝫ acuūt:
atqꝫ gutturis ꝛ pectoꝛis lenitatem
efficiūt.renes etiā ꝛ doꝛsum calefa
ciunt.In.iiij.aūt libꝛo suoꝛū apho=
rismoꝛū de ipsis sic scripsit.Bonuꝫ
visum efficiūt.ꝛ sūt cib⁹ cōueniēs.
Ex quib⁹ in dictis ei⁹ cōtradictio
apparet manifesta.Si eñ generāt
phlegma crudū:quō sunt cib⁹ con=
ueniēs?Et ꝑpterea mihi vr̄ ꝙ nul
la via saluari possit:si aphoꝛismus
ille literā nō hꝫ coꝛruptā:qꝺ mini=

me mihi ꝑsuadeo. Si q̄s tn̄ vtrūq̄ textū saluare voluerit: suo mō respō deat obiectiōi. Haliabas quoq̄ de ipsis determinat in. v. theorice. ca. xvij. cū ait Selgemū: ꝛ est napū inquit glosa: calidū est ꝛ humidū: in quo est grossities ꝛ inflatio: ideoq̄ plurimo nutrit cibo: sperma auget ꝛ in eo est virt⁹ subtilians qua vrinā ꝓuocat. Et Gal. in. ij. alimentis cap. lix. sic ait de ipsis. Alimentum naporū meli⁹ est q̄ rapaꝝ ꝛ magis pectori iuuās: verūtamē grossū est vt raparū nutrimentū. Ex qb⁹ apparet q̄ q̄ simillimi sint rapis: et ideo ceteri auctores quos hacten⁹ videre potui: nihil de ipsis in speciali dicere volentes: vt ꝑ ea que de rapis scripserūt ꝛ de napis: q̄ species sunt earū intelligerent. Quare ꝛ nos de eis plura nō scribem⁹.

¶ Pastinaca autē: vt in. v. colliget inquit Auerrois duas hꝫ species. siluestrē ꝛ domesticam. Siluestris fortior est in oībus domestica: ꝛ in ambab⁹ est virt⁹ calefaciēdi ꝛ subtiliandi. ꝛ in radice est virtus que mouet coitū. qḋ breuib⁹ tetigit Haliabas in libro ꝛ. c. superius allegatis cū inquit. Pastinaca inflatiua est: ꝛ digestioni inobediēs: venerem irritat: ꝛ ꝓuocat vrinā. Et Isaac in particularib⁹ dietis de ipsa dixit. Baucia calida est in medio secūdi gradus: ꝛ humida in medio primi que duri grossiq̄ nutrimēti est ꝛ minus q̄ rapa nutrit: ꝛ hꝫ quid acuminis: vñ est extinuatiua ꝛ diafore sim faciēs: vrinā ꝛ mēstra ꝓuocat: hꝫ etiā aliquantulum inflationis: vñ coitus est iuuatiua. que assuefacta illaudabilē generat sanguinē. Que vt tēperet: opꝫ eā elixari ꝛ eiecta aqua tertio coquatur cū lactuca: coriādro: cepa: ꝛ cōdiat cū oleo onfancino: aceto: pipere: ꝛ carni. et ista fuit etiā Rasis snīa in. xxi. continentis. c. clxxxv. dicētis autoritate Diascoridis. Pastinace hortulane cōpetunt esui: ꝛ sunt eiusdē iuuamēti qḋ siluestres: sꝫ sunt minoris operatiōis. ꝛ subdit. Et dꝫ in libro ciborū. Pastinaca est calida et humida in secūdo ꝛ est stiptica in primo. et habet aliquid acuitatis ꝛ prouocat vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ excitat coitū: ꝛ est inflatiua: ꝛ siluestris nō inflat omnino: ꝛ ꝓuocat vtrūq̄ magis q̄ hortulana: ꝛ est difficilis digestionis: ꝛ minus nutritiua rapis: ꝛ minus eius ipsi⁹ generat malum chimū: ꝛ cōplexio siluestris est laudabilior: ꝛ comedens ipsam dꝫ eam bis abluere. Et pastinaca condita cū melle nō sic bene decoquit sicut illa que decocta est cū almuri. et valet ad coitum ꝛ addit ad sperma. Et mellita est maioris caliditatis: ꝛ pauce hūiditatis ꝛ inflationis. ꝛ similiter dixit Paulus inqt ipse. Hoc igit est qḋ de ea ipsa scribunt auctores pro quāto faciat ad sanitatis conseruationem.

¶ Cap. clviij. ostendit naturaꝫ: proprietates ꝛ operationes porrorum pro quanto faciūt ad nutrimentum.

De porris dicem⁹ cū Auicē. in scdo canonis. c. ccccccxliiij. sic scribente. Porrū calidū ē in tertio: ꝛ siccū in secundo. Siluestre vero est calidus ꝛ siccius: ꝛ ꝓpter illud est deteri⁹: interficit vermē ꝛ eijcit illū: ꝛ ipsius comestio facit soda: et facit imaginari ꝛ videre somnia mala: ꝛ est ex eis que corrūpunt gingiuā ꝛ dentes ꝛ scindit eos: nocet visui: et est malū stomacho ꝛ est mordificatiuū et inflatiuū: ꝛ ideo opꝫ vt elixetur

in duabus aquis q: alleuiatur in-
flatio ꝛ nocumentū ipsius. Ruffus
vero dixit ꝙ abscidit eructationē
acetosam ꝛ est vniuersaliter tarde
digestionis: ꝛ domesticū prouocat
vrinā ꝛ mēstrua: ꝛ cōfert emoroidi-
bus qđ ex eo elixū est comestum: et
more emplastri superpositū: ꝛ com-
mouet coitū: ꝛ est ex summa eorum
que soluūt sanguinez. hec ipse. Qđ
etiā sensit Isaac in particularibus
dietis cū ait. Porrū calidū est i me
dio tertij grad⁹ ꝛ siccū in fine eius-
dem: qđ certū facit sua ponticitas:
vnde sanguinē manantē a narib⁹
stringit: sed scđm cibū inutilis est
nocet em̄ stomacho faciēs inflatio
nē ac vētositatē: et cū sui acumine
neruos eius mordet: hz etiā ꝓprie
tatē faciēdi fumū nigrū melācho-
lie ꝑtinentē: qui ad caput saliēs vi
sui tenebrositatē facit: atqꝫ somnia
terribilia ac timorosa īducit vñ ca-
uendū est diuersas naturas habē-
tib⁹: ꝛ maxie cholericis maniacis ꝛ
oppilationē in capite habētib⁹. qđ
comedere diligētes accipiant post
ipm portulacā: lactucā: endiuiā et
similia: vt ei⁹ color ab istis tēperet:
deinde elixet: deinde bis aut ter la
uetur ꝛ esui priori mō det: qđ tñ se-
cundū medicinā vz. Crudū em̄ co-
mestū ꝛ arterias a grossis humori-
bus mūdificat. ꝛ epatis oppilatio
nē aperit ꝛ habētib⁹ oximeriā tri-
buit medelā. succus ei⁹ cū aceto et
oleo rosato ꝛ thure narib⁹ imissus:
sanguinē ab eis manantē stringit
in aurem instillatus dolorem pla-
cat de frigiditate ꝛ humiditate cru
dū cataplasmatū sup morsum ser-
pentis bñ ꝓdest. Elixū quoqꝫ ꝛ cū
oleo sisamino: aut cuz amigdalino
cōditū venerē suscitat: ꝛ ventrē hu
mectat: ꝛ vz cōtra colicā passionem
que fit a grossis viscosisqꝫ humori-
bus. ꝛc. Et hec snia fuit etiā Rasis
in tertio Almāsoris. c. xviij. dicētis.
Porrū calidū est ꝛ siccū: qđ lz appe
titui auxiliū tribuat: caput tñ dole
re facit somniaqꝫ mala demōstrat:
atqꝫ his ꝗ cephaleā pati soliti sūt:
ꝛ qui a calore ledunt malū existit.
Et in. xxij. ꝯtinētis. c. ccccccclxxxiij.
dixit autoritate Diascoridis. Por-
rū hortēse inflat: ꝛ est mali chimi: ꝛ
ex eo accidūt somnia mala: prouo-
cat vrinā: lenit ventrē attenuat: in
fert caliginē in oculis: ꝓuocat mē-
strua: ꝛ nocet vesice vlcerate. icitat
coitū. ꝛ coctū ꝛ cū melle assumptuz
mūdificat canalē pulmonis: ꝛ fre-
quēs comestio ei⁹ obscurat visum:
ꝛ est mala stomacho ꝛc. Et īfra sub
iunxit autoritate Bimmasui. Por-
rū est modici nutrimēti inferēs do
lorē capitis: ꝛ generat vaporem of-
fendētē ꝛ somnia mala cū ꝓpetate
sua ꝛ postea autoritate iudei sic ēt
ait. Porrū cū ꝓprietate corrumpit
dentes et gingiuas. Et plurima
alia de ipo dicūt. Que q: tacta sūt:
et q: prolixitatem tediosam sicut et
ceteri fugimus: pretermittem⁹ con
cludentes ꝙ porrorū comestio ne-
quaqꝫ commendanda est in via nu
trimenti: nec etiā via medicine fre-
quentanda: quare ꝛc.

¶ Cap. clix. ostēdit naturam et
proprietates raparum pro quā-
to faciunt ad cibum.

Rape: vt inqt Auerrois i
v. colliget calide sūt hūi-
de: generāt vētositatem:
mouēt coitū eo ꝙ renes
calefaciūt ꝛ habēt mira-
bilē ꝓprietatē ad illuminādū ocu
los. Isaac aūt i ꝑticularib⁹ dietis
dixit. Calida est rapa in scđo gra-
du: ꝛ hūida in primo multuz plus
ceteris nutrit. dure tñ digerit: mol-
lē ꝛ inflatiuā facit carnem: proinde
sui ventositate et inflatione coi-
tum suscitat: que si in aqua coquat

⁊ illa eiecta in alia recoquat᷑:duri=
tia sue substātie tēperat᷑:⁊ medio=
criter iter bonū malū nutrit q̄ aūt
nō bn̄ cocta fuerit:digerit᷑ difficile:
ventositatē gn̄at:⁊ in veni ⁊ poris
oppilationē facit. Idcirco vtilis ē
bis cocta:⁊ vtraq̧ aqua ꝓiecta:si
coquat᷑ cum pinguissima carne ⁊c.
Rasis etiā i.xxij.ↄtinētis.c.cccclxv.
dixit auctoritate Diascoridis. Ra=
pa cocta ⁊ comesta est magni nutri
mēti:sed inflat ⁊ gn̄at carnē mollē:
⁊ excitat appetitū ⁊ actū venereū
⁊c. Et in fine capituli allegati au=
ctoritate Gal. sic inq̄t. Rapa inflat:
⁊ est difficilis digestiōis:tn̄ auget
sperma ⁊c.⁊ in.xxv.eiusdem.c.j.sic
ait. Si rape elixe fuerint ⁊ comeste
cū cōdimentis ⁊ aromatibꝫ bone
erunt ⁊ similis cōditio est de pasti=
naca. Gal. aūt in secūdo de cibis.c.
proprio dixit de ea. Multiformiter
aūt ⁊ hāc hoies preparant vsq̧ ad
hoc ꝙ cōponunt eā cū garo ⁊ aceto
vt habeāt provsu ꝑ totū annū:chi=
mū aūt reddit in corpore grossiorē
tēperato:ꝓpter qd̄ si habūdauerit
q̄s in vsu ipsiꝰ.⁊ maxime si q̄s defi
ciēter in vētre digerens ipsam con
gregabit, vocatū crudū chimū:ad
secessum aūt ventris neq̧ cō traria
vtiq̧:neq̧ cōferre dicat q̄s ipsaꝫ ⁊
maxime qn̄ decoquit᷑:bn̄ enim indi
get ipsa et ampliori decoctione:fit
aūt optima ⁊ bis elixata sicut di=
ctū est priꝰ de caulis ꝑparatiōe. Si
aūt crudior sumat᷑. indigestibilis
est et inflatiua:et mala stomacho:
qn̄q̧ aūt ⁊ mordicatiōes opat᷑ scdꝫ
ventrē ꝑ aquā aūt elixatā admira=
bor vtiq̧ si minꝰ aliqua homoge=
neaꝝ plantarū nutriat. Et idem in
sexto de simplicibꝰ medicinis.in.c.
gengilidis, inquit. Rapa ⁊ semen
eius similiter ad libidinē incitat:
inflatiui spiritꝰ gn̄atiua existens.
Ecce itaq̧ quātū in via cibi prisci
patres rapas cōmedarūt. A quibꝰ
sumpsit Platina cū ait. Nō erit ēt
in salubre prima abiecta decoctiōe
si secundo elixaueris additis aro=
matibꝰ q̄ eius inflationē tollūt ⁊c.
Et q: in igne sup cineres ⁊ prunas
vt plurimū decoquunt᷑:mihi videt᷑
hoc oibus esse memorandū:vt ra=
pe cocte sup ligna virtute flamme
ignis vt fieri sepius vidi:nullo pa=
cto assumat᷑ rōne malitie adepte a
fumo ⁊ flamma nō mediocris:vn̄
suffocationē facile possent induce=
re ⁊ anhelitꝰ cōstrictionē:quemad=
modū ⁊ castanee in ꝑforato frixo=
rio sup flammā ignis decocte mi=
hi sepius adolescētulo:hoc nesciē
ti facere cōsueuerunt:quod alie su
per prunas ⁊ cineres decocte nō fa
ciebant. Qd̄ post ꝙ̄ cōsideraui:nul
lam causam adinueni que mihi ra
tionabilis videret᷑:nisi ꝙ ex flam=
ma et fumo quandam malam no=
ciuam et indicibilem qualitatem
grandemq̧ malitiaꝫ assumebant:
qua difficultas anhelitus et suffo=
catio quedam periculosa:et(vt ve=
rius dicam) perniciosa ꝓuenie=
bat q̄ ex vini boni assumptiōe pau
latina alleuiabat᷑. Quare ⁊ hoc idē
i rapis sup ligna ⁊ flām̄a decoctis
attendēdū fugiendūq̧ indicamꝰ.
Et non nisi manducande sunt eli=
xe:aut super carbones et prunas
sine fumo decocte elixe aūt ꝑstātio
res ⁊ ad sanitatē laudabiliores: vt
snia illustriū antiq̄ꝝ patuit supra.

¶ Ca.clx.ostēdit naturā ꝓprie=
tates ⁊ nocumēta ex comestiōe
raphani ꝓuenientia.

Raphanus vt scripsit
Gal. ad paternianum
c.ccxxx. oibus nota est
que radix appellatur
radicē habēs similē
rape sꝫ. longiorē q̄ co=

mesta a ieiuno put antidotū ma-
gnum adiutoriū sanitatis et tuta-
mentū corporis sʒ inflationē ope-
ratur ructꝰ fetidos facit: et vrinā mo-
uet et ventrem relaxat etc. hec ipse.
Quē textū si quis recte cōsideret non
simpliciter Raphanus approbat:
sed via tantum medicine: et in ieiu
noet in parua scʒ quātitate nō aūt
cōuenit via cibi: nec ante cibū ime
diate vt quidam sunt opinati: pro-
pterea quia calidꝰ est in tertio gradu:
et siccꝰ in secūdo vt dixit Auerrois
in .v. colliget. et Haliabas in quito
theorice .c. xvij. vbi sic ait. Rapha-
nus passiones facit et turbationes
eo quod eructuationē generat fetidaʒ:
ideoqʒ qui vomiturꝰ est eo vtitur. ci-
bus eñ malus est et grossus: dige-
stionis tarde difficile a stomacho
descēdit. et subdit. Quidā aiūt illuʒ
digestionē adiuuare sed ecōtra reʒ
est inuenire: neqʒ eñ digeritur quan
to minus ipse digerit. Auicē. vero
in scdo canonis .c. ccccclxxvj. sic scri
psit de eo Raphanꝰ ē inflatiuis: et
elixatꝰ est nutribilior ꝓpter sepa-
rationē illiꝰ ab eo qd est medicina
le: et nutrimētū quidē eiꝰ est phlegma
ticū et paucū cū hoc quāto igitur ma
gis crudū et nō elixatū. Et ꝓpterea
subdit: et i ipo est substātia q velox
est ad putrefactionē: et illud ꝓpter
id qd in ipso ē de nocumētis: et mul
tiplicat pediculos i corporibꝰ no-
cet capiti: dētibꝰ et palato: nociuus
est oculo: sʒ abstergat ipm qn distil
latur in eo aqua eius: et post pauca
subiūxit: est malꝰ stomacho faciēs
eructuare. et post cibū lenit ventrē:
et facit cibū penetrare: sʒ añ cibum
facit natare ipm cibū et nō quiescit et
ꝓpter hoc facilē efficit vomitū. Di
xit postremo autoritate filij Mesā-
gue quod si comedatur post cibū digeri t
et ꝓpe folia eiꝰ: et facit appetitū etc.
Hoc quoqʒ sensit Isaac in particu-
laribus dietis cū inquit. Raphanꝰ
calidꝰ est in tertio gradu: et siccus
in scdo minus quam rapa nutrit pro-
pter suū acumē qd est fortiꝰ acumi
ne rape: nutrimentū eius est gros-
sum dure digestionis stomacho no
ciuū: et incōueniēs oculis: dentibꝰ
gule et oibus vnule doloribus. Et
infra dixit. Radix eiꝰ scdm cibum
mādūcata torsionē et iflationē ge-
nerat: et stomacho fit illaudabilis:
qd ructꝰ eiꝰ putridꝰ testatur: q maxie
fit ante cibum ieiunijs: esui data:
cibū eleuat: et descēdere ꝓhibet ad
locū decoctiōis: vñ fit cā indurāde
egestiōis: et naturalē virtutē inhi-
bet cibū in interiorē ꝑtē expellere:
quare fit vomitus maxime eis qui
ventositatē habēt in stomacho: quod
tñ post cibū accepta minorē agit
vētositatē superiꝰ ascēdētē: et cū sua
grauitate descēdit inferiꝰ: et depo-
nit cibū in locū decoctiōis: et dige-
ritur vt opꝫ: vnde fit cā secūdā dige-
stionē cōfortādi: hoc eñ gratia sue
actiōis: q nō habētibꝰ ventositatē
impedit post cibū accepta: proinde
volentes eā ꝓpter vomitū accipe-
re ante cibū sumāt: sed ꝓpter sup-
plemētū secunde tertieqʒ digestio-
nis: post cibū mādūcēt. hic ipe. Ra
sis etiā in tertio Almāsoris .c. xviij.
sic inquit de ipso Raphanꝰ calidꝰ
est et grossus: q in stomacho longā
faciēs morā phlegma incidit: atqʒ
cibū ad os eleuat stomachi: vomi-
tū quoqʒ mouet cuius folia cibum
digerunt: et appetitiuam adiuuant
quando ex eis parū sumitur. Rasis
etiā in libr. iiij. suorum aphorismo
rum. Raphani et eorum stipites in
stomacho durant quam plurimum: ca-
put replent: gutturi vero conferūt
quia clarificant vocem: vt inquit
Auerrois loco superius assignato
Idem quoqʒ Rasis in libro .xxij. cō-
tinētis .c. cccccxxxix. dixit autorita-

te Diascoridis. Radix raphani generat ventositates: et est mala stomacho: multiplicat eructuationem: et prouocat urinam: et calefacit: et si comeditur post cibum lenit ventrem: et subuenit super penetrationem nutrimenti: et si comeditur ante cibum: supernatat cum cibario: et subleuat illud ad superiora stomachi: et non dimittit quiescere: ideo de leui prouocat vomitum et attenuat sensus. Et infra auctoritate Ruffi subdit. Radix confert in phlegmate: excitat vomitum: nocet capiti oculis: dentibus: et palato. Et dixit in alio libro: quod sit tarde digestionis: inflat ventrem: multiplicat phlegma et calefacit. Et dixit in libro regiminis. Radix bona est quod phlegma: et volentem euacuare; id quod in superioribus partibus ventris fuerit: tamen mala est oculis: dentibus: et gutturi. Et Joannitius inquit: quod hoc est ex causa malicie substantie putrefactiue que est in ea: quare de re concludendum est quod via cibi nequaquam raphano sit utendum: ut ex iam dictis patuit manifeste: nec etiam ante cibum: sed tantummodo post cibum quandoque ratione medicine. Et quod ita sit apparet per Gal. in libro de subtiliante dieta. c. ix. sic dicente. Gustandum est radices solas calidas et acres sicut allei et ceparum et raphanidas: et has ut pharmacum magis quam cibum: nec etiam sic simpliciter: sed post comestionem: ut diximus. quare etc.

¶ Cap. clxi. ponit conditiones attendendas circa semina seu legumina que pro ferculis accipiuntur.

Quemadmodum supius promiseramus: velle dicere de seminibus et leguminibus que sunt in usu. postquam de radicibus fuissemus locuti: sic in presentia de ipsis agemus: ostendentes: priusquam ad specialia descendamus quas debeant habere conditiones semina et legumina que comedi debent: ut bona et laudabilia ab eis oppositis scire distinguere valeamus. Dicamus ergo quod grana seu semina ad sanitatem laudabilia: non debent esse noua nec etiam inueterata sed medium tenentia ut sunt illa que post sex menses sunt collecta usque ad annum vel circa durantia secundum Isaac determinationem in uniuersalibus dietis. c. xxiiij. dicentis. Granorum nouorum ante septem menses nutrimenta grossa sunt et viscosa ad dissoluendum dura: sed tamen cum bene digesta sunt multum dant nutrimentum et tarde dissolubile a membris. Et postea subiunxit. Grana vero inueterata sed non corrupta: in nutrimento sunt meliora: et a membris dissoluendum facilia: ideoque in sanitate custodienda meliora sunt quam ad membra confortanda. Inueterata vero magis quam oportet sunt illaudabilia. quando autem inueterata dici debeant: intelligatur quando sua naturalis humiditas exiccata et finita fuerit: et tunc minime mollificantur in aqua cum velut lapides existant: et ut plurimum supernatant eo quod nihil recipiunt humiditatis aque: quo facta grauiora possint descendere. Similiter si dura forent naturaliter semina: ita quod non mollescant reprobanda sunt et si antiquata non fuerint: quoniam iam dictis sunt similia et per consequens minime accipienda: dicente Isaac vbi supra. Si grana vel semina vel quaelibet sicca probare volueris: infunde infundenda in aquis: que si velociter inflantur et duritiem amittunt suam: laudabiliora sunt non obedientibus. Velocitas enim mutationis signum est perfecte actionis naturalis caloris in coctione sui dum in origine sua fiunt. Que autem in grana in sua duritie et

siccitate cocta & elixa vel infusa permanserint: superfluitates humorum grossorum & viscosorum se habere innuunt: in quibus subtiliandis & digerendis natura defecit. Que fuit Gal. sniia in libro de euchimia & cacochimia dicentis. Legumina & fructus sicci siue semina que comedunt: si in aqua infusa non eleuabunt. & mollia facta non fuerint sed retinentia pristinam duritiem peiora sunt omnibus & ad signnificationem & ad digestionem: contraria uero oibus meliora. Debent preterea grana seu semina que manducant. hanc etiam here conditionem. s. ut nullum odorem aut saporem malum habeant. nec aliqua mala sint affecta qualitate: vt sensit Isaac vbi supra cum ait. Quecunque grana in odore pessima vel in sapore sunt abominabilia: nutrimenta eorum sunt abhorrenda: quod etiam ex verbis Auicenne colligi potest in. iii. s. doctrina. ii. c. vii. Et ex verbo illo opus: quod cibus sit talis quale triticum ab extraneis rebus purgatum: quod ex messe sana fuerit collectum: cui nullum accidit nocumentum &c. Et sicut de tritico expressit. sic implicite & de aliis granis que comeduntur dedit intelligere. s. de farre: spelta: panico: milio fabis & ceteris talibus de quibus infra dicemus. Reliquas autem conditiones circa vnumquodque obseruandas: suis in locis dno concedente scribemus. eundem seruantes alphabeti ordinem ne diu inquerendo laboret qui naturam et proprietates alicuius rei inuenire desiderabit: quare &c.

¶ Cap. clxii. ostendit naturam & proprietates ciceris albi & rubei in via nutrimenti.

Cum grana & semina in duplici differentia reperiantur: quedam enim pro cibis: aliqua vero pro condimentis ciborum vtantur: quemadmodum sunt anisum: feniculum: piper: & huiusmodi: de quibus impresentiarum non intendimus. Sed de eis tantum que pro cibis manducantur: de illis autem posterius dicemus cum de condimentis sermonem faciemus. A cicere itaque incipiamus: cum ante ipsa nullum leguminum a precedentibus literis inchoare inueniamus. dicentes cum Auerro. in. v. colliget. Cicera sunt temperate calida & humida. & habent inflationem: & propterea tertia earum operatione habent generare sperma: & prouocare vrinam & menstrua: & frangunt lapidem: sed hoc faciunt plus nigra quam alba: & si comeduntur recentia generant in stomacho & in intestinis multas superfluitates: & sunt duriora ad digerendum nisi primo essent infusa: & habent proprietatem faciendi bonum calorem & hoc faciunt quia acuunt calorem ita vt generet spiritus ventosus: & per hanc viam valent coitui. Sed Haliabas in. v. Theorice. c. xv. sic de eis inquit. Cicer calidum est & siccum: & in eo est humiditas quedam: & ventositas. & inflatio: vnde & sperma generat: & coitus appetitum: lac auget &c. Quod etiam videtur voluisse Princeps in. ii. canonis. c. cxxxii. sic dicens. Cicer album est calidum & siccum in primo: & nigrum est fortius. Ambo sunt inflatiua et lenitiua: & in ipso est icisio. Et nutrimentum quod prebet: est fortius nutrimento fabarum & magis solidum: neque est aliquid in suis figuris quod magis ipso nutriat pulmonem. Et quod ex ipso est humidum plus est generatiuum superfluitatum quam ex eo quod siccum est. Et infra subdit. Clarificat vocem: & nutrit pulmonem melius quam res aliqua. Et in calce capituli sic ait auctoritate Hipocratis. In cicere sunt due substantie: que separantur cum decoctione. Quarum vna est salsa et

lenit naturã: et altera est dulcis et prouocat vrinã:et dulcedo in ipso est iflatiua ꝛ excitat coitũ. Idẽ quoq; sensit Isaac in particularib⁹ dietis cũ ait. Cicer est multi nutrimẽti: vẽtrem humectat:vrinã mouet: mẽstrua ꝓuocat: vẽtositatem creat ꝛ inflationẽ:idcirco sperma auget coitũq; cõfortat. Cicer aũt albũ calidũ est in p̄rio:ꝛ humidũ i medio: ꝓpterea nutrimentũ ei⁹ maius est q̃ fabarũ:nõ tñ bonũ:sed ad digerendũ durũ vẽtositatẽ ꝛ inflationẽ faciẽs intãtũ vt carnẽ inflet et dilatet:et idẽ faciet qđ acetũ in sicco luto:aut fermentũ in pasta. Unde q̃ eo vtũtur pulchre cutis fiunt. Dilatata eñi ꝛ extensa caro lucescit et clarificatur. Item coitũ adiuuat:q; tres habet causas ad coitũ pertinẽtes:scilicet calorẽ:nutrimentũ ꝛ inflationẽ. Et infra dixit. Cicer nigrũ albo est calidius et min⁹ humidũ ꝛ ꝓpterea amaritudo eius dulcedine manifestior est: iõ pl⁹ albo aperit oppilatiões ꝛc. Rasis etiam in tertio Almãsoris.c.ij.sic de ciceríb⁹ inquit. Cicer calidũ est: inflat et vrinã ac mẽstrua ꝓuocat: et auget sperma:viride preterea cicer in stomacho ꝛ intestinis multas generat superfluitates: fabe tñ et cicer si assentur minoris sunt vẽtositat̃. In quarto quoq; li.suoꝝ aphorismoꝝ dixit de ipsis. Cicera bonã faciũt vrinã:et bonũ calorẽ: maxime si cũ carnib⁹ comedãtur et cũ cinamomo q̃ plurimũ. Et i li.xxj.cõtinentis.c.cclij. dixit auctoritate Gal.in li. p̄rio ciboꝝ in.c.xvij.licet ipse capitulũ nõ annotauerit. Nutrimetnum cicerum est melius nutrimento fabarum:et eius inflatio non est minor inflatione fabarũ: et addunt ad sperma: et excitant coitum et propter hoc dantur stallonibus:ꝛ mũdificant plus q̃ fabe.ꝛ postea subiunxit. Et cum torresiunt cicera:tollit ipsoꝝ inflatio ꝛ eorũ digestio erit difficilis:ꝛ nutriunt plurimo nutrimẽto. Et recẽtia generãt plurimã superfluitatẽ sicut narrauimus de fabis:et dixit in libro chimoꝝ. Licet cicer a sint multi nutrimẽti:nõ tñ laudabilez generãt chimũ:ꝛ nõ sunt minoris inflationis faba. Noster aũt text⁹ in libro de euchimia.c.iiij.sic se hz Cicera nutritiua sunt:nõ tñ euchimia:inflatiua vero nõ minus faba:excitant ad coitũ:ꝛ simul ex eis sperma generat̃.ꝛ in libro de subtiliante dieta.c.vij.sic ait de eis. Cicer inflatiuũ est:ꝛ disdigestibile:ꝛ superfluicũ cibariũ:ad vrinationẽ aũt aptum ꝛc. Rasis etiã loco superius allegato sic quoq; scripsit autoritate Ruffi. Cicera laxant vẽtrem prouocant vrinã ꝛ nutriunt multũ. Postremo autoritate filij Mesue sic etiã inquit. Cicera sunt calida in scđo ꝛ humida circa medietatẽ primi faciũt multũ erigere addunt ad sperma ꝓuocant vrinã ꝛ menstrua ꝛc. ꝛ infra:nutriũt pulmonẽ pre oĩbus alijs rebus:ꝛ cuz pulmo est vlcerat⁹:exhibeat̃ farina cicerũ cũ lacte decocta ꝛc.

¶ Cap.clxiij.ostendit naturam fabarũ ꝛ dore ꝓ quãto faciunt ad sanitatem in via cibi.

De dora q̃ scđm quosdam dixit̃ Melica scđm vero alios est species milij vt auctor inquit pandectarũ:vsq; nunc capitulum nec aliqđ de ea scriptũ reperimus nisi a Rasi in libro tertio Almansoris.c.ij.in fine sic dicente. Dora sicca est q̃.ꝛ parũ nutrit.ꝛ ventrem stringit. Si quis aũt diceret ꝛ qũo ventrẽ stringit cũ solutiuã omnes ipsam esse fateant̃:pro q̃bus facit

etiam experientia cui dicem⁹ q̄ p se et rōne suarū qualitatū ventrē strin git: p accidēs vero solutit nec istud est inconueniēs cū mespila: myrabolani: citonia et hmōi naturaliter stiptica ventrē stringant p se: p accidens aūt et cōprimendo soluāt vt patet medicinā intelligentib⁹. Dora igitur cibus erit medicinalis: et potius medicina cibalis dicet esse q̄ cibus: quare ipsa est vtē dum. tuz q: sicca: tū q: parū nutrit tu etiā q: solutiua nō parū existat.

¶ Faba vero seu fabum vt inquit Auerrois in. v. colliget. c. de cibis medicinalibus. est tēperatū inter caliditatē et frigiditatē: aut parum declinat ad calorem: et ppterea hz dissoluere apostemata propter suā abstersionē et maturat et est multe hūiditatis: ppterea accidit ei multa inflatio et vētositas: et ipsam nō perdit ppter aliquā decoctionem. Et dicit q̄ q̄ hz malā proprietatez cū virtute cogitatiua: et q̄ ea vtunt multa habent suspiria horribilia et phlegma. Melius tñ videtur esse dicēdum cū Haliabate. in. v. theorice. c. xv. sic scribente. Faba q̄ recens est et viridis frigidā hz complexionē et humidā phegma generans. Que vero sicca est cōplexio illi frigida inuenit et sicca: vētositatem generat et inflationē plurimā et si minorē q̄ recens ec. Et post aliqua subdit. Laudabilior fabe comestio si corticib⁹ mūdata coquat donec dissoluatur: abit ab ea vētositas eius teraturq̄ mola diligentissime. tunc em̄ minuitur ventositas et inflatio maximeq̄ si cimini aliquid addideris et darseni. i. cinamomi piperis ec. Auicen. vero in. ij. canonis. c. ccxlv. dixit de ea sic. Uirides sunt plurime superfluitatis: et si non esset tarditas sue digestionis: et multitudo inflationis earū non essent minores in nutriē do bene q̄ pultes ordei: sed sanguis earū est grossior et fortior. Et meliores ex eis sunt grosse albe: q̄ a gurgulionibus nō perforātur: et deteriores earū sunt recētes. et earū quidē rectificatio est prolongatio infusiōis earū: et bonitas decoctionis et comedere eas cū pipere sale et hasce origano et similib⁹: cū oleis et proxime i natura sua sunt equalitati: sed sunt decliues ad frigiditatē et siccitatē plus et in ipsis est humiditas superflua et proprie in viridibus. De veritate vero viridiū est: vt iudicent frigide et humide. Qui aūt ponunt frigiditatē fabarum in gradu scdo modū excedunt quarū operationes he sunt. Abstergunt parūper et inflant valde: verū decoctio vehemēter iterata cum aqua remouet earū inflationē: verū cum fabe excorticantur et molliuntur et decoquunt in vase sine motu: minorat earū inflatio: et q̄ ex eis frixe sunt pauce sunt inflationis: sed sunt tardioris digestionis. Et cocte cū suis corticib⁹ sunt plus inflatiue. Et infra sic etiā scripsit: et generat ex eis caro mollis: et generāt humores grossos. Hippocrates quoq̄ testificatus est bonitatem nutrimēti earū: et cōseruationē sanitatis ab eis: et de pprietate quidem earū est q̄ abscindūt oua gallinarū cū nutriūtur ex eis et faciunt videre somnia cū alienatione perturbata. Et postea subiūxit. Faciunt soda et nocent oibus q̄bus accidit soda: et sunt difficilis digestionis et tarde descensionis et sunt generatiue oppilationū: et decocte cū corticibus suis in aceto prohibent vomitū et fluxum dissintericum antiquū. Isaac autem in particularibus dietis: sic de eis inquit. Fabe in natura sua frigide

et siccitate sunt diuerse: quarū viri
des frigide sunt ⁊ humide in pri=
mo gradu nutrimentū tñ est mi-
nus qꝛ humores generant grossos
⁊ crudos. Et qꝛ inflatiue ventosita
tem faciunt in superiorib⁹ ventris
ꝓpterea valde nociue sunt. Sicce
vero suisqꜫ tēporibus perfecte sunt
frigide ⁊ sicce in primo gradu non
laudabilē sanguinē creant: vnde
carnē inflant ⁊ dilatant: ⁊ operan
tur in ea qđ fermentum in farina
vel pasta: ꝓpterea in superioribus
vētris ventositatē plurimā gene=
rant ⁊ inflationē: ex qua fumus in
cipit ascendere cerebro nocens et
multa et corrupta somnia indu=
cit. Cum hec ergo naturaliter ha
beant fabe: non eis aliquo coctio=
nis modo possunt auferri. vñ Gal.
Fabe si nimium coquant̄ ventosi=
tatem ⁊ inflationē suā sicut ordeo
auferre nequimus: minuere tñ pos
sumus. Experimento autē probat̄
in eis qui fabis vtentes assidue in
digestionē patiunt̄: ⁊ inflationem
⁊ si sanissimi fuerūt. hec ipse. Qđ
etiā sensit Almāsor in. iij. c. ij. dicēs
Fabe tēperamēto proxime existūt
licet frigiditati parūper attineant
que multum inflantes scothomiā
generant caput preterea grauant
corpusqꜫ totū dissolutū efficiūt: et
ideo solitis pati ventositatez ex co
lica vel ex ruptura male sunt: viri
des autē humores generant cru=
dos: ⁊ in stomacho ⁊ intestinis au
gmentāt phlegma: ⁊ in ipsis ven=
tositatem excitant. Idē quoqꜫ di=
xit in. xxj. cōtinentis. c. clxvj. autori
tate Diascoridis. Et fuit snia Auē
zoar i suo Theisir. c. j. cū ait. Habē
tia grossaz siccā ⁊ terrestrē substan
tiā: si bene decoquātur minus no
cent stomacho exceptis fabis i qb⁹
decoctio nō remouet nocumentū.
Snia quoqꜫ Haliabatis i. v. Theo
rice. c. xv. Qui omnes a Gal. mihi
videntur accepisse dicēte in lib. de
subtiliāte dieta. c. vij. Fabe nō di=
geruntur faciliter ⁊ inflatiue sunt
satis ⁊ in prio alimētoꝝ. c. xiiij. Fa
be virides ꝯmeste āteqꜫ maturētur
⁊ exiccētur: habēt cōmune omniuz
fructuū quecūqꜫ i maturitatē of=
ferim⁹: alimentū humidius dan=
tes corpori: ⁊ ꝓpter hoc magis su=
perfluicū: nō scđz intestina solū: sz
etiā scđm totū habitū. ⁊ in prio re=
giminis acutoꝝ cōmento. xviij. di=
xit. Sorbitionē ex fabis factā si tri
b⁹ coxeris dieb⁹ nō est tibi possi=
bile vt ei⁹ inflationē ab ea remo=
ueas: qđ ē qꝛ īflatio inest ei ex sub=
stātia ipsius ꝓpria: ⁊ nō ex diminu
tione decoctiōis ei⁹ ⁊ ꝓpterea dice
bat ipse in li. de euchimia ⁊ cacho
chimia. c. iiij. Si faba inflatiua nō
esset: cachochimā nō diceremus. Ex
quib⁹ apparet ꝙ oīs faba sit illau
dabilis: viridis aūt ⁊ cocta cū cor=
tice peior alia quacūqꜫ: quare ⁊c.

¶ Cap. clxiiij. ostēdit naturā far
ri frumēti ⁊ spelte: declarādo q̄=
le sit ⁊ quātū eorū nutrimētuz.

Licet far quādo simplici=
ter ponit̄ de farre/ spelte
itelligatur: vt inquit au
ctor pādectarū: tñ mihi
videtur/ꝙ sepius etiā ꝓ
frumēto vel tritico accipiat̄ ⁊ non
equidē irritionabiliter ꝓpterea ꝙ
vt Rasis inquit in. xxj. cōtinētis. c.
cxciij. auctoritate Pauli i. vij. Spel
ta est ꝓpinqua virtuti frumēti: et
est media inter calidū ⁊ frigidū. ⁊
etiaz autoritate Diascoridis dixit
de ea. Aliqđ est genus habēs in ca
sula vnū granū: ⁊ aliud habēs duo
⁊ vocatur latine farri. Dicamus er=
go simul de ipsis ⁊ de frumēto pi=
stato farre ⁊ appellato cum Auicē.
in scđo canonis. c. ccl. sic scribente.
Melius est illud qđ est mediuz in=
ter duritiē ⁊ raritatē magnam pin

gne recẽs planũ qđ ẽ inter albedi=
nẽ ꝛ rubedinẽ calidũ ꝛ. tẽperatum
in hũiditate: ꝛ siccitate ꝛ est pluri=
mi nutrimẽti ꝛ frumentũ elixatũ
est tarde digestionis inflatiuũ: ve
ruʒ eius nutrimentũ quãdo dige=
ritur est plurimum Et infra dixit.
Frumẽtũ est magis nutritiuũ cor=
poris omnibꝰ granis. ꝛ postremo
cõcludit. Triticũ crudũ ꝛ etiã deco
ctũ elixatũ nõ mollitũ neqꝫ fractũ
neqꝫ coctũ ita vt sit puls. Et fractũ
etiã similiter qñ comeditur gene=
rat vermes. Auerrois quoqꝫ i quin
to colliget sic de eo scripsit. Frumẽ
tũ coctũ in aqua est grossuʒ visco=
suʒ oppilatiuũ ꝛ durũ digeri plꝰ
alia re ꝛ est valde malũ. Rasis aũt
in tertio Almãsoris. c. ij. in princi=
pio sic ait. Triticũ tẽperamẽto est
vicinũ: licet caliditati parum atti=
neat. Qđ aũt ponderosius inueni=
tur ꝛ solidius maioris est nutrimẽ
ti hoibus: oibus quoqꝫ alijs gra=
nis magꝭ cõueniẽs ꝛ magis ꝓpriũ
inuenit: sanguis etiã ex eo genera
tus omni sanguine q̃ ex alijs gene
ratur granis tẽperatior existit. Et
i. xxj. cõtinẽtis. c. clxxxix. dixit. Fru
mentũ fractũ. i. far: vt dixit Gal. in
vij. simpliciũ: est idẽ modus fran=
gendi in frumẽto spelta ꝛ ordeo et
omni genere leguminis ꝛ ipsoꝝ vir
tus ꝛ operatio est eadẽ cũ eorũ sub
stantia integra. Et dixit dende au
ctoritate Diascoridis. Far nutrit
magis amido: ꝛ īflat ꝛ impingnat
et generat chimum grossum visco
sum ꝛ lucidũ ꝛ debet decoq̃ supra
carbones: et conderi cũ oleo onfan
cio aut amigdalino dulci ꝛ pauco
salis: ꝛ debet apponi oleuʒ in prin
cipio vt melius misceatur et cum
est coctuꝫ cõdiatur cum melle sci=
licet zuccaro vt ammoueatur eius
viscositas ꝛ cito descẽdat a stoma=
cho. In. c. vero. cclxxx. eiusdẽ libro
dixit autoritate Gal. in lib. dieta=
rũ qꝛ granũ frumẽti est magis iu=
uatiuũ hominibꝰ omni alio grano
ꝛ illđ qđ est ex eo clarũ durũ firmũ
ꝛ nõ de facili frãgitur: est valde nu
tritiuũ ꝛ melius ꝛ nutribilius alio
ꝛ illud qđ est diaphanũ leue ꝛ pin
gue est ecõtrario. Et substãtia hu=
ius frumẽti est velocis descensus
ꝓpter multũ furfur qđ est in eo et
subdit. Frumentũ elixũ est tarde
digestiõis inflatiuũ ꝛ si bñ digeri
tur ẽ multi nutrimẽti: ꝛ manifeste
addit ad virtuteʒ ꝛ calefacit. Et si
pregnãs comedit ipsuʒ: nõ euadit
ab eius nocumẽto. Series aũt Ga
lieni in lib. de subtiliãte dieta hic
est prout nos habemꝰ. Triticuʒ ci
bus nutribilissimꝰ ꝛ viscosi ꝛ gros=
sitatis humoris generatiuũ. Quo
circa nisi quis preparet ipm sicut
nunc preparatur. ꝛ offerat grossuʒ
ꝛ viscosuʒ satis subnutrit humorẽ:
ꝓpter qđ neqꝫ simpliciter coctum
oportet comedere triticũ sicut vidi
comedẽtes in asia ꝙ multos rusti
corũ. dulcorãt eñ pauco sale id: ne
qꝫ farinã faciẽdo coquentes sicut
pultes ꝛ in aqua infundentes vel
lacte. Omnes eniʒ huiusmodi pre
parationes disdigestibiles sunt ꝛ
pachichime. Sola autem est bona
preparatio eius quam per fermen
tum sal et cribrum et furnum ꝛc.
Dixit etiam Rasis loco superius
allegato autoritate filij Mesue.
Frumentum calidum est in pri=
mo: equale inter humiditateʒ ꝛ sic
citatem: sed magis declinat ad hu
miditatem: et hanc acquisiuit ab
aqua et signum ad hoc est multitu
do nutrimenti eius. et postremo
autoritate Galieni sic ait. Spel=
ta non desiccat: sed digeritur si=
cut frumentum: et generat humo
rem grossum: et est tardi descen=
sus ꝛ multi nutrimenti et fortis ex

quib⁹ apparet ex quo frumēto far fieri debeat: ꝛ quantū nutrimenti prebeat quōcunq; far extiterit siue ex frumēto siue ex spelta tamē pro delicatis ꝛ exercitatis hominibus minime videt̄ cōuenire: cū grossus sit cibus et dure digestionis: vt patet ex iam dictis: quare ꝛc.

¶ Capitulum. clxv. ostendit naturam ꝛ proprietates faseolorū alborum et rubeorū in via cibi.

Faseoli teste Gal. in lib. d̄ subtiliāte dieta. c. vij. multo fabis sūt prauiores. Et vt inquit Auerrois in. v. collige. c. de cicerib⁹: ipsi declināt ad calorē ꝛ humiditatem: et impinguāt corpus: et prouocāt vrinā ꝛ sanguinē menstruū: ꝛ laxāt ventrē ꝛ pprie rubei: et inducūt somnia: ꝛ faciūt vertiginē s; Haliabas in. v. theo. c. xv. aliter eos graduauit cū ait Faseolus alius albus cui⁹ cōplexio frigida est ꝛ sicca: ꝛ alius rube⁹ ꝛ in eo calor est ꝛ inflatio: nisi q̄ eius inflatio minor est q̄ fabarū ꝛc. Q̄d etiā sensit princeps in. ij. canonis. ca. cclij. dicēs. Faseoli rubei calidiores sunt eorū. Filius tn̄ Mesangue ꝛ arsaianis dixerūt: q̄ sunt frigidi ꝛ sicci: ꝛ apud me substātia eorū est sicca in qua est hūiditas sup̄flua: ꝛ ipsi ad caliditatē declināt: sed rubei sunt calidiores: ꝛ humor faseolorū est hūidus phlegmaticus: ꝛ faciūt videre somnia mala: sunt boni pectori ꝛ pulmoni generāt humorē grossum. Sed sinapis prohibet nocumentū eorū: ꝛ similiter acetū cū sale: ꝛ pipere: ꝛ origano: ꝛ vt bibatur sup̄ eos vinū passum purū: ꝛ qui cū aceto sunt nutriti pauce sūt hūiditatis prouocāt menstrua ꝛc. Isaac quoq; i particularib⁹ dietis. Faseoli calidi sunt in medio secundi gradus: ꝛ hūidi in fine: hoc autem testatur q̄ vt plurimū nō pfecte vt grana possunt desiccari: ꝛ si desiccētur nō multū tēporis seruare valēt: ideoq; humores gignunt grossos: inflāt naq; ventositatē fumūq; plurimū generāt: atq; caput implēt: somnia pessima ꝛ terribilia faciūt ꝛ corrupta. Et ipsorū albi minus calidi ꝛ humidi: vnde eorū nutrimentū grossius est: ꝛ ad digerēdū durū: humores phlegmaticos faciūt ꝛ grossos: at tenuare aūt volētes grossitudinē eorū: eos elixēt: ꝛ elixatos a corticib⁹ mundēt. mūdatos cū obsomogaro. i. sale: ꝛ oleo ꝛ cimino: ꝛ pipere comedēt. Virides albi ablatis corticibus cū sale sunt assumēdi: ꝛ sinapi origano: ꝛ pipere merū vinū ꝛ forte cū eis accipiēs. Ruffi vero caloris ꝛ hūiditatꝭ ab albo min⁹ habēt id̄ ꝛ i suis fortiores sunt operib⁹ ad prouocādū ꝛc. Que fuit etiā sentētia Rasis i tertio Almāsoris. c. ij. dicētis. Faseoli inflant ꝛ impinguāt corpus: vrināq; ac mēstrua prouocāt: ventrē etiā reddūt mollē: q̄d illi pprie efficiūt q̄ rubei sunt: corp⁹ calefaciūt ꝛ capitꝭ efficiūt scothomiā: ac mala sōnia videre faciūt. Et i li. xxiij. cōtinētꝭ. c. ccccccc v. dixit autoritate Bimmasui. Faseol⁹ calid⁹ est in primo: in medio ipsius et humidus similiter. Sed ruffus calidior prouocat menstrua: et si miscetur cum oleo nardino: et si comeditur cum sinapi prohibet eius nocumētum. Et ruffus faseolus est laudabilioris humoris: sed alb⁹ est abūdantis humiditatis et difficilis digestionis: subuenit super digestionem ipsius si comeditur calidus cum almuri: id est sale: oleo: et cimino eiecta cortice ipsius exteriori vt non comedatur. Sed recens faseolus comedi debet cū sale: pipere: et

pere:⁊ origano ad subueniendum sup digestionē ipsius:⁊ vtat super eū potu vini simplicis ⁊ solidi:⁊ si comedit cū aceto erit modice humiditatis et tarde digestionis ex causa siccitatis aceti. Dixit deinde autoritate Damasceni: Ioānitij:et Diascoridis. Faseoli inflāt:prouocāt vrinā ⁊ mēstrua: generāt somnia mala:licet abundāter nutriāt p rusticis:ergo ⁊ fortiter laborātibus cū sui humoris grossicie vidētur cōuenire:quiescentib⁹ aūt delicatis ⁊ studētibus minime. q̄re ⁊c.

¶ Cap.clxvj.ostendit naturam ⁊ nocumenta lentis prouenientia ex comestione ipsius.

LEntes sunt tēperate in calore:⁊ sunt sicce: ⁊ generāt sanguinē melancholicū ⁊ extinguūt inflāmationē sanguinis: et magis qñ coquunt i aceto inqt Auerrois in.v.colliget. Et subdit. Et eorum virtutes tres sūt q: priuāt coitū:et offuscāt visum:⁊ qñ coquunt in aq̄ pluries stringūt ventrē: scđm autē Haliabatis sniam in.v.theorice.c.xv.aliter in cōplexiōe graduāda est cū dicat ipse eo in loco. Lenticula frigida est in scđo gradu:⁊ in tertio sicca vnde melancholicū generat sanguinē:⁊ q̄ eius assiduus est comestioni:si quidē nigra illi dñatur cholera q̄ melācholicos pariet morbos:vt elefantiā:maniā: cancrū:⁊ similia. Priceps vero Auicē. in.ij.canonis.c.cccclxix.dixit q̄ melius lens ē illa q̄ est veloci⁹ matura ⁊ ē alba lata:⁊ qñ cadit in aquā nō denigrat eā:⁊ op3 vt bñ maturetur in decoctiōe:cui⁹ natura vt visum est Gal.est eq̄lis caliditate et siccitate:verūtamē est declinis parū ad caliditatē ⁊ pp̄ter illud non infrigidat apud cōestionē sui neq̄ descēdēs est inflatiua:⁊ cōposita ex v̄tute cōstrictiua ⁊ abstersiua et facit videre somnia mala:et stipticitas corticis ei⁹ est plurima:⁊ i ipsa tota est inflato plurima:⁊ inspissat sanguinē intm̄ q̄ nō currit i venis ⁊ ipsa minorat vrinā ⁊ mēstrua: et pp̄ter illud generat ex eo humor melācholic⁹ ⁊ egritudines melancholice. Et ifra dixit. Et op3 vt p̄ijciant sup vnā eminā lētis nouem emine aq̄ ⁊ decoquant valde:⁊ ipsi⁹ q̄dē m̄ltitudo comesta generat cancrum ⁊ apostemata dura:nocet neruis:⁊ illi⁹ q̄ plurimū ei⁹ comestiōe vtit:visus obtenebrat pp̄ter vehemētiā exiccatiōis ei⁹ ē difficilis digestiōis mala stomacho:⁊ generat inflationē ⁊ grauat:⁊ nō op3 quidē vt lenti admisceat dulcedo: ipsa em̄ tūc faciet possidere oppilatiōes plurimas in epate. Qñ decoquit absq̄ cortice suo stringit ventrē:⁊ silr cū cortice:⁊ qñ decoquitur cū aqua ⁊ expellit aqua pria:tūc illa aqua p̄ma si bibat soluit vētrē:⁊ postremo dixit. Et nō approxiet ei habēs lesionē in vrina ex p̄te distillatiōis ⁊c. Et Isaac in p̄ticularib⁹ dietis sic de ipsa scripsit. Lēticula frigida est in primo gradu:sicca in tertio:inuestigata tñ ei⁹ natura ex duob⁹ cōtrarijs cōposita inuenitur: vno in medulla: altero in cortice: cortex em̄ ei⁹ acuitatē h3: vñ vētrē ad solutionē mouet. Medulla vero stiptice est virtutis ⁊ cōfortatiue stomachi ⁊ intestinorū:vñ ad colericā diariā v3:⁊ infra subdit.⁊ si cū cortice ablato coquat ⁊ prima aq̄ abiecta secūda addat melior sit ad digerēdū:vniuersaliter tñ dico q̄ nutrimētū lētis gressum est:⁊ ad digerendū durū:melācholicū sanguinē generat:⁊ maxime si cū cortice comedat:cerebrū fumo grosso iplet ⁊

melãcholico:vnde causa est dolo=
ris ⁊ fallaciũ formidolosorũqꝫ som
nioꝝ:stomachũ ⁊ intestina implet
ventositate:⁊ inflationem ⁊ consti
patione͂ facit:ꝓpterea ceteris gra=
nis plus nocet:⁊ pulmoni ac dia=
phragmati : et pelliculis ceterisqꝫ
neruis pelliculaꝝ p̄cipue oculoꝝ:
qm̄ humiditate͂ coꝝ desiccat et di=
stemperat:sanis obest oculis quã=
tomagis infirmis sue desiccatiõis
causa ventre͂ ⁊ me͂strua cõstipat et
ingrossat:⁊ exire nõ possunt ex ve=
nis matricis.Lens itaqꝫ cũ cortice
cocta sicce est noxia complexioni:⁊
passione͂:⁊ melancholiã in ea creat
sicut nigrã:⁊ morpheã : ipetigine͂:
serpigine͂:cancrũ:elefantiã:⁊ leoni
nã.His tñ qui humide sunt cõple=
xionis aliqñ ꝓsunt:ideo si sine cor
tice edant hydropicis valét:cũ cor
tice vero noce͂t ꝓpter ve͂tositatez et
inflatione͂ quã creãt. Deinde ꝓse=
quit.Le͂ticula laudabilis est; gran
dis ⁊ noua:⁊ coquibilis accipitur
scd̃z cibũ ⁊medicinã.Si scd̃m cibũ
⁊ hoc diuersimode:aliqñ solũ cum
oleo ⁊ aceto:aliqñ cũ carne rece͂ti:
aliqñ cũ sicca ⁊ salsa. Cum aceto et
oleo minoris est nutrimenti cũ;car
ne rece͂ti maioris:que aũt cuz sicca
et salsa pessim⁹ est cibus. Natura
nãqꝫ carnis sicce grossa est:⁊ ad di
gerendũ dura:mixta cũ lente mali
ciã duplicat:vñ causa est calefactio
nis ince͂sionisqꝫ sanguinis:tũ etiã
q: in melãcholicos cõuertit humo
res:ideo pessima est:maxime si cuz
cortice fuerit cocta.Ite͂ vt non no=
ceat sic aptibilis est:mũda ipsam a
cortice et in aqua elixa prioremqꝫ
eijcies aquã:⁊ decoctã in secunda
misce:⁊ cũ aceto eã cõdi:⁊ origano
me͂ta:pipere:⁊ cimino:⁊ oleo amyg
daleo:aut sisamino.Rasis etiaz in
iij.Almãsoris.c.ij.sic ait.Lenticule
frigide sunt ⁊ sicce:⁊ sanguine͂ ge=
nerant melãcholicũ:⁊ corp⁹ desic=
cant:sperma quoqꝫ destruunt:atqꝫ
sanguinis extingũt caliditate͂:ifri=
gidãt eñ:atqꝫ oculoꝝ tenebrosita=
tem:⁊ melancholicas efficiũt egri=
tudines cũ aliq̃s in comestiõe eis
freque͂ter vtitur ⁊c.Ide͂ quoqꝫ dixit
in.xxij.cõtine͂tis. c.cccccix.autorita
te Diascoridis Gal.⁊ Masarguith
fuit eñ hec;Gal.snia in.j.de alime͂
tis.c.xiij.dice͂s.Merito igit abun=
dãtes in hoc edulio vocato elefan
tes habe͂t ⁊ cãcros:ideo q: grossuz
⁊ siccum simul ⁊ melancholicũ fa=
cit chimũ.Ideoqꝫ cõcludam⁹ cum
eode͂ in libro de euchimia.c.iiij.sic
dice͂te.Lens cachochima est ⁊ me=
lãcholia sicut nullus fere ignorat:
⁊ ꝓpterea nõ est comede͂da nisi qñ
meliore͂ ciborũ nullũ presentem ha
berem⁹:vt ide͂ inquit de subtiliãte
dieta.c.vij.At quandoqꝫ via medi
cine sicut in sanguineis passioni=
bus ⁊c.aliter autem minime.

¶Cap.clxvij. ostendit naturaz et ꝓprietates lupinorũ ⁊ modũ preparationis ipsorum ⁊c.

Lupini apud nos non
mãducãt:sz poti⁹ via
medicine eis qñqꝫ vti
mur.Quia tñ nõnul=
li ipsos comedunt:de
eis aliq̃ scribam⁹:di=
ce͂tes.Prio cũ Auerro.in.v.colliget
c.de cicerib⁹.q̀ sic ait.Lupini sunt
sicci terrestres et amari:⁊ qñ coquũ
tur in aqua donec auferatur eoruz
amaritudo sunt cibus tñ durus:et
qñ comedunt amari occidũt pedi=
culos:⁊ etiã vermes qui sunt in sto
macho ⁊ in intestinis.⁊ prouocant
vrinã:⁊ aperiũt orificia emoroida=
rũ.Infra vero in.c.de variatiõe vir
tutũ medicinarũ simplicium.§.tor
mos dixit.Propter hoc.s.ꝓpter ope
rationes ponim⁹ ipsos in calidita

te ⁊ siccitate in principio tertij gra=
dus vel in fine secūdi. Sed Halia=
bas in. v. Theorice. c. xv. sic inquit.
Lupinū calidū est in primo gradu
⁊ siccū in scđo. Cui magis videtur
assentire Auicē. ij. canonis. c. cccclj.
dicēs. Lupinus est granū cōpresse
figure amari saporis ꝑcussum i me
dio: ⁊ est faba egyptiaca: est calid⁹
in primo: ⁊ siccus in scđo: est stipti=
cus abstersiuus ⁊ resolutiu⁹. Et vt
inquit Gal. Lupin⁹ a quo extracta
est amaritudo: est grossus: et nō est
longū quin sit glutinatiuus: et nō
remanet in abstersio ei⁹. Et totus
quidē est mal⁹ difficilis digestiōis
generās humorē crudū in eas qn̄
nō digerūt ipm bene: ille vero q̄ cū
bonis ꝯditus est plurimi nutrimē
ti. Et qn̄ eius decoctio fit bona et
digerit: ⁊ nō mali humoris: licet in
ipso sit siccitas et viscositas: ⁊ ipse
quidez infundit vt ei⁹ amaritudo
remoueat: deinde decoquit ⁊ peni
tus ē medicine ꝓpinquior q̄ cibo
hec ipse. Deinde vero ostēdit qb⁹
passionibus cōferat vt cibus. Hoc
quoqꝫ sensit Isaac in ꝑticularibus
dietis cum inquit. Lupini in scđo
gradu calidi sunt ⁊ sicci: ⁊ dulcora=
toꝝ ipsoꝝ aqua nutrimentū gros=
sum ad digerendū durū humores
grossos generāt: ꝓpterea nec vim
habēt digestiuam sicut excolatiue:
nec stipticā sicut cōfortatiue stipti=
ceqꝫ nature cibaria. Et ista fuit sen
tētia Rasis in tertio Almāsoris. ca.
ij. dicētis. Lupini grossi sunt ⁊ ad
digerendū duri. Cum aūt dulcorā=
tur ⁊ comedunt nō calefaciunt cor
pus: dū vero amari sunt nō ad nu=
triendū: sed ad medicinā sunt apti
dissoluunt em̄ scrophulas ⁊c. Et in
xxi. cōtinentis. c. clxxvij. dixit auto=
ritate Gal. in sexto. Nutrimentum
lupinorū curatorū ⁊ indulcoratoꝝ
est grossuz: ⁊ ideo pl⁹ cōferūt i via
medicine. ⁊ in libro dietarū scilz in
primo de Alimētis. c. xvij. licet ipe
nō annotauerit locū inquit. Sub=
stātia lupinoruz est dura terrea: et
ob hoc est difficilis digestiōis: ⁊ ge
nerat humorē grossuz mucilagino
sum nisi sunt bn̄ digesti in venis.
Et lupini qui sunt indulcorati nō
laxāt: nec mūdificāt: ⁊ nōnullaz in
se habēt stipticitatē: ⁊ ideo sūt tar=
di descēsus ⁊ difficilis digestiōis.
Autoritate etiā filij Mesue sic ait.
Lupini calidi in primo: ⁊ sicci in se
cūdo. ⁊ in hoc cōuenit cuz Auicen.
vbi supra. Strigūt ventrē: ⁊ sūt tar
de digestiōis: ⁊ generāt humorem
grossum: nsi cū sunt ꝑparati cū spe
ciebus. ⁊ hoc etiā testat Museri. ⁊
fuit snia Gal. in libro chimoꝝ dicē
tis. Lupini ꝑparati cū speciebus
non generant malos humores. Ex
qbus apparet ꝙ vsus eorū non sit
acceptabilis in sanitate cōseruan=
da: queadmoduz ad medicinam ⁊
ad plurimas passiōes approbant.

¶ Capitulum. clxviij. ostendit
naturam et proprietates milij
in via nutrimenti: et panis ei⁹.

Milium excortica=
tum a plerisqꝫ ꝓ
ferculo manduca
tur: ideo et de eo
nonnulla scriben
da sunt non inu=
tilia. Dicamus er
go cum Auerroi.
in. v. colliget. capitulo. de ciceri=
bus. qui sic ait. Milium frigidum
est ⁊ siccum: ventrem constipat: et
est pauci nutrimēti. ⁊ hoc idem fa=
cit panicū ⁊c. Qđ etiā sensit Isaac
in particularibus dietis dicens.
Milium frigidum est in primo gra
du: ⁊ siccū in secundo: qđ testat le=
nitas eius ⁊ cōcauitas: viscositatis

vnctuositatisqꝫ absentia:⁊ ideo nutrit minꝰ ꝙ̄ cetera grana:ex q̇bus panis fit:sanguinem minimũ nec laudabilẽ gñat:tamẽ siccitatis sue grã cõfortatiuũ stomachi est aliorũqꝫ mẽbrorũ corporis:ꝑinde ⁊ vẽtrẽ ꝯstipat.Et vt Diascorides inq̇t. Miliũ diureticũ est ⁊ assatũ ad torsionẽ dolorẽqꝫ vẽtris calidũ superpositũ valet:cã aũt nutrimẽti minimi est siccitas eius.Nõ ab eis igit̃ accipiendũ est qui carnes suas augmẽtari ⁊ pinguescere volũt.Nec ab eis qui laudabilẽ sanguinẽ suo corpori cupiũt generari:sꝫ eis solũmodo q̇bꝰ stomachi refrigeratio ac cõfortatio humorũqꝫ eiꝰ superfluorũ exiccatio appetit̃.hec ipse.Hoc quoqꝫ voluit Almãsor in libro.iij.c.ij.circa finẽ dicẽs.Panicũ atqꝫ miliũ frigida sunt:q̄ lꝫ parũ nutriãt vẽtrẽ ⁊ carnẽ stringũt.⁊ in.xxij.cõtinentis.c. cccviij. dixit auctoritate Gal̃.in.vj. simpliciũ. Miliũ est de gñe leguminũ habẽs figurã similẽ figure panici:⁊ virtutẽ admodũ virtutis eiꝰ:tñ nutrimentũ ipsius est modicũ desiccatiuũ.Et ideo cõstipat ventrẽ ad modũ panici:et si cũ eo emplastrũ fit extrinsecꝰ infrigidat ⁊ desiccat.Et autoritate Diascoridis inquit:ꝙ minoris sit digestionis ꝙ̄ panicũ.Et deinde subiũxit.dixit Paulꝰ i tracta.vij. Alumꝰ id est miliũ:assimilat̃ panico habẽs virtutẽ desiccatiuã ⁊ infrigidatiuã:qđ si ponit̃ i emplastro extrinsecꝰ desiccat humectationẽ vẽtris. Et dixit in libro ciboꝝ.Miliũ assimilat̃ in cõplexiõe panico:⁊ est frigidũ ⁊ siccũ in p̄rio:rotundũ ⁊ durũ difficiliꝰ in digestiõe panico.Dixit etiã Gal̃.de ipso lꝫ Rasis nõ dicat in libro de subtiliante dieta.c.vij.Meluia miliũ ⁊ elicꝰ:⁊ q̇cq̇d tale nõ sunt euchimia:⁊ sunt inflatiua ⁊ digestibilia siccant aũt satis ⁊ hec ventris fluxiões.⁊ in lib.vj. de simpli.medicinis.c.xxviij.dixit. ꝙ eius nutrimentũ est paucũ desiccatiuũ:q̄ ꝓpter stringit vẽtrẽ sicut pannicũ ⁊c.Uerũtñ meliꝰ ẽ panicũ milio ad oĩa:⁊ delectabiliꝰ ad esum:⁊ indigestibile minus:⁊ minus stringit vẽtrẽ:⁊ magis nutrit: teste eodẽ in p̄io alimẽtoꝝ.c.x.Ex q̇bꝰ patere põt qualis sit panis factꝰ ex farina milij:quãtũqꝫ sit eius nutrimẽtũ:quo q̄ñqꝫ nobiles etiaꝫ delectari cõsueuerũt post ponẽtes similagineũ panẽ cõsuetũ laudabilissimũ rarissime itaqꝫ aut potiꝰ nũq̄ꝫ nr̃o cõsilio talẽ faciẽt ꝯmutationẽ:ne sicce cõplexiõis fuerint et stiptici p̄cipue sicciores ⁊ stipticiores fiãt ⁊ ꝑmarie si colicã pati cõsueuerint:⁊ hmõi ferculũ similiter ex eis factũ suspectũ habeãt ⁊ ipso aut ꝙ̄ rarissime aut nũq̄ꝫ:qđ meliꝰ est vt diximus vtantur:quare ⁊c.

¶Cap.clxix.ostendit naturã ⁊ ꝓprietates ordei ꝓ quãto in via cibi venit ⁊ nutrimenti.

ORdeũ ⁊ res ordeacee:lꝫ vt plurimũ ad egritudines ⁊ ad eaꝝ curationẽ veniãt ad sanitatẽ quoqꝫ cõseruãdã nõ paꝝ facere vident̃:vt ex dicẽdis apparebit.Et ꝓpterea hoc i loco nõ extra ꝓpositũ dicemꝰ de ipo: ⁊ de eiꝰ cõplexiõe Prio cũ Haliabate in.v.theorice.c.xv.sic dicente.Ordeũ cõplexiõe frigidũ est in primo gradu ⁊ siccũ in.ij.Scđm tñ alios ad tãtã nõ ꝑuenit siccitatẽ cũ dicat Auicẽ.i scđo canonis.c.ccccccxxiij. Ordeũ est frigidũ ⁊ siccũ i primo ⁊ in ipso est abstersio:⁊ eiꝰ nutrimentũ minus est nutrimẽto tritici:cuiꝰ aqua est infrigidatiua ⁊ humecta=

tiua febriū ꝛc. Isaac etiā in pticu-
larib⁹ dietis sic inq̇t. Ordeū frigi-
dū est ꝛ siccū in primo gradu virtu
tē mūdificatiuā hꝫ ꝛ excolatiuā: et
fabe silr. pl⁹ tñ q̄ꝫ faba exiccat: ꝛ p-
pter nutrimētū ei⁹ ab inflatiōe est
liberū: fabarū ꝟo nō similiter. pl⁹
eñi ordeo nutriunt accidētaliter ꝛ
nō naturaliter. Uñ Gal. Ordeū ce-
teris granis nutribili⁹ est. Ruffus
vero triticū inq̇t ꝛ ordeū sunt nutri
biliora ceteris ꝛ laudabiliora: nu-
tribili⁹ tñ est triticū nec arbitreris
horū disputatiōes sibi esse cōtra-
rias. Gal. enim dixit accidētaliter.
Ruffus vero substātialiter ac natu
raliter: verbi gratia: si nutrimentū
risi ordeo p̄ponam⁹: vñ ordeū nu-
tribilius inuenit; pl⁹ enim substā-
tie ꝛ medulle habet. Si vero p̄po-
namus risi vnde accidētaliter īue-
nimus risi maioris esse nutrimen-
ti ppter grossitudinem suā ꝛ morā
in stomacho longiorē: ordeū accidē
taliter minus nutribile videt pro-
pter digestionē citā ꝛ facilē ꝛ a mē
bris dissolutionem. Et subdit post
aliqua. Elixat enim ordeū in aqua
deinde assat inde farina facta cum
zuccaro cōficit: sic in estiuo tēpore
ad stomachi refrigerium ꝛ epatis
valet: ꝛ sitim aufert cū aqua tēpera
tū siue coctū: ꝛ cū coclearío edatur:
siue aliqua ntulū liquidū: vt si cum
mulsa bibat. Inde fit etiā ptisanū
hoc modo. Cōtligat ordeū vt pos-
sit cortex auferri: ꝛ mensura sumat
ordei vna; ꝛ aque decē ꝛ tam diu co
quat donec redigat ad vnā: dein-
de coletur: ꝛ potui detur: hoc valet
ad sanitatē custodiendā corpusq̄ꝫ
humectandū: si etiā refrigerij pl⁹
ex eo appetatur aceti parum admi
sceat: ꝛ si calide nature fuerit pa-
rum addatur seminis papaueris
albi: ptisanum enim hoc sanuꝫ est
cerebro; visum clarificat: ꝛ perfectis

simum in eoꝝ corpore sanguinem
gñat: nec minus q̄ꝫ panis nutrit.
Hoc enim ptisanū sanis est dādū.
Infirmis vero diuersis modis est
dandū put vnicuiq̄ꝫ expedit infir
mitati: cū manna aut melle viola-
to si laxatiuū ꝛ refrigeratiuū. Si ve
ro ppter oppilatiōes cū radicibus
feniculi apij ꝛc. hec ipse. Ex q̇bus
apparet ꝙ sanis et egris ptisana
cōueniat ī estate ꝛ calidis p̄cipue.
Que fuit etiā Almāsoris snia i. iij.
c. ij. dicētis. Ordeū equalitati est p-
pinquum: lꝫ frigiditati attineat:
cuius nutrimentū tritici compara
tione est paruū: est enim inflatiuū
et infrigiditatiuum: solitos aūt vē
tositatē ac egritudines frigidas et
colicā pati impedit: calefactis ve-
ro ꝛ qui carniū volunt adipisci mi
norationē cōfert: sanguinem vero
cholere nigre vicinū gñat. Quod si
ita est falsuꝫ videtur qđ inq̇t Auer
rois in. v. colliget. c. de cōplexioni-
bus ciborū cū ait. Panis q̇ fit ex or
deo scđm modū qui fit ex frumēto
sequit bonitateꝫ panis tritici nisi
qꝛ parum declinat ad frigus. De
ptisana vero nō est dubium cum
ipsum omnes approbent: vt patet
p Gal. in secundo de simplici me-
dicina distinctione. ij. c. vij. ꝙ ptisa
na ordei: ꝛ ptisana candarusij: ꝛ lac
ꝛ panis ablutus generat in corpo
ribus humorem laudabilem. ꝛ in
ij. Terapentice. c. ij. Optimus qui-
dem est ptisane succus diligentissi
me decocte. Et in lib. de euchimia.
c. iiij. sic etiam de ipsa scripsit. In-
culpabilissimum omnium cibario
rum ad euchimiam ꝛ ad sanitatis
custodiam est ptisana bene prepa
rata ꝛc. Quantum vero infirmis
conferat: ꝛ permaxime patientib⁹
acutas apparet per Hippocratem
in. j. regiminis acutorum textu cō
mēti. xviij. dicentē. Ptisana ordea-

cea, merito me iudice super omne de grano factũ cibariũ in paſſionibus acutis excellentiſſimum habetur: eiqꝫ qui eã in primũ ac p̃cipuũ oĩbus aliis pretulit collaudãdo aſſentio. Primũ quippe: q: vtilis viſcoſa eſt ꝛ lenis iunctaqꝫ ꝛ mollis: necnõ ꝛ lubrica tẽperatãqꝫ habẽs humiditatẽ: ſitimqꝫ extinguit ꝛc. De aqua ordei etiã plurimũ laudata nihil ad preſens dicemus cũ ꝓpoſito libri huius minime cõpetere videatur.

¶ Cap. clxx. oſtẽdit naturã ꝛ ꝓprietates papaueris: vt via cibi vtitur a quibuſdam.

Papauer apud nos ſolũmodo pro medicina ſomnifera habet̃: apud quoſdã võ ꝓ cibo: q̃ ꝓ ferculo ſicut nos panicũ comedere cõſueuerũt in quãtitate etiaꝫ nõ modica: ſicut ab excellẽtiſſimo p̃ceptore noſtro fide omni digniſſimo ſepenumero intelleximus: qui in quibuſdam montibus papauer nigrũ tanqꝫ far eſſet: a nonnullis mãducari ſe vidiſſe nobis diſcipulis aſſerebat: neqꝫ vllã ex illius comeſtione leſionẽ ꝑcipiebant: quod ipſe ꝛ nos ſimul cũ eo ſumus plurimũ admirati: cũ dicat Auicen. in iiij. j. c. j. Si tibi neceſſe fuerit ſtuporem inducere: nõ tranſcẽdas tale quale eſt papauer albũ: qm̃ cum ſuo ſtupore eſt etiã domeſticuꝫ. Et in. ij. cañ. c. cccccclxv. ꝙ meli⁹ ꝛ ſani⁹ eſt albũ. Et infra. Hortulanum eſt frigidum ꝛ ſiccum in ſecundo: ꝛ nigrũ in tertio: ꝛ dicit̃ ꝙ vſqꝫ ad q̈rtũ. Et illud qð eſt nigrũ eſt ingroſſatiuũ: infrigidatiuũ: ꝛ exiccatiuũ. Et poſtea ſubdit. Facit ſomnũ: ꝛ ꝓprie illud qð nigrũ eſt: ꝛ eſt ſtupefactiuũ etiã in licinio poſitum: ꝛ quomodocũqꝫ ſit papauer ſiccũ. ſ. vt Princeps inquit vbi ſupra: ſiue frigidũ ꝛ humidũ in tertio gradu. vt dixit Haliabas in. v. Theorice. c. xv. circa finẽ. oĩno ſoporat: ꝛ nigrũ p̃cipue: ꝛ affert obſtupefactionẽ: vt idẽ dixit in eo loco. Quare nõ ſine cã (vt prediximus) nõ modicũ ſumus admirati qũo illi non infirmabant̃. Credimus tñ dicendũ eſſe rõne cõſuetudinis q̃ altera eſt natura: vt dixit Auerr. i. j. Phyſicoꝝ. ꝛ Ariſto. ſimul cũ medicis in plerisqꝫ locis ac etiã rõne paulatine aſſuefactionis id ſine nocumentũ cõtingere potuit. Quẽadmodũ enim puella: vt in. vj. quarti dixit. Princeps autoritate Ruffi: nutrita fuit veneno vt interficerent̃ per eaꝫ reges qui cũ ea cõuenirent ꝛc. Quo etiã in loco refert autoritate Gal. ꝙ fuit quedã anus ſuſpiciẽs in principio rei de napello rẽ paruã: deinde nõ ceſſauit vti donec aſſuefacta eſt eo natura: ꝛ audacter vſa eſt: ꝛ nihil nocuit ei. Sic etiam ꝛ longe facilius hoĩes illius regionis papauere nigro vti: ꝛ ei ſeip̃os aſſuefacere potuerunt ſine aliqua ſtupefactionis aut infrigidatiõis leſiõe. Si q̃s tñ dicere voluerit aliter dicat vt velit. Sꝫ redeamus ad ꝓpoſitũ: ꝛ videamus nutrimentũ ipſius qð ſit: dicentes cũ Iſaac in ꝑticularib⁹ dietis: ſic ſcribẽte. Diaſcorides de papauerib⁹ ait. Quidã papauere veſcuntur. paꝝ vero nutrit ꝛ durius eſt digeri: ſꝫ aſſuetis dormitioneꝫ obliuionẽqꝫ gñat. Et poſtea concludit. Cauendũ eſt ne papauere hoĩes ſepe vtantur: quoniã etſi ſit aſſuefactũ: maxime cerebro nocet: ſtuporẽ infert: ꝛ naturalis calor in eis extinguitur. Et iſta fuit etiã Raſis ſnĩa in. xxij. cõtinentis. cap. cclxxxiij. dicẽtis autoritate Diaſcoridis. Si ſumitur de papauere in magna quantitate ꝓuocat

multũ ⁊ pfundũ somnũ:sicut in le thargia ⁊ in vltimo iterficit.Et in fra autoritate Gal.in.vij.dixit. Papauer hortulanum album puocat moderatũ somnũ:si est valde albũ ⁊ hoies comedũt ipȝ cũ melle ⁊ ponũt ipm i pane:sȝ semẽ illi⁹ cuius flores cadũt velociter infrigidat: plurimũ ⁊ puocat multũ ⁊ pfundũ somnũ.Et ob hoc nõ vtant eo hoies i cibis vel medicinis:q nõ possunt ei⁹ euadere nocumentuȝ. Est etiã alia species papaueris:cuius semina sunt nigra:⁊ hoc infrigidat multũ:⁊ inducit stuporem ⁊ mortificationẽ in mẽbris.⁊ sapiẽs ⁊ medicus vtens eo dȝ ponere cũ ipso medicinas mitigãtes suã frigiditatẽ q̃ est in quarto gradu.Cõsiliũ igit antiquorum:vt ex dictis apparet est vt papauere albo cõsolato tãtũmodo vtamur:⁊ magis pro medicina q̃ p cibo:ne forte in sua cadamus nocumenta.quare ⁊c.

¶Cap.clxxi.ostendit naturã et nutrimẽtũ panici:⁊ qb⁹ modis debeat preparari.

Panicũ:vt sensit Auerrois i.v.colliget.cap. de cicerib⁹.sicut ⁊ miliũ videt esse cũ dicat ibi.miliũ est frigidũ ⁊ siccũ:vẽtrẽ cõstipat: ⁊ est panci nutrimẽti:⁊ hoc idẽ facit panicũ.Dixit similiter Haliabas in.v.theorice.c.xv.Panicũ et miliũ vtrũq frigidũ est ⁊ siccũ in secũdo gradu:quorum nutrimentuȝ paucũ est ⁊ vẽtrẽ incarcerãt.Quod etiã Rasis voluisse videt in.iij. Almãsoris.c.ij.cũ in ei⁹ fine sic inqt. Panicũ atq miliũ frigida sunt et sicca:q̃ lȝ parum nutriãt:vẽtrẽ tñ carnem stringũt Et in.xxv.continentis.capitu.j.sic ait.De panico dicimus q debes illud comedere cum lacte recẽti ⁊ cũ butyro et zuccaro: vt leuius fiat exitus ipsius.Isaac quoq in pticularib⁹ sic de ipo scripsit.Panicũ in forma ⁊ natura est simile milio:min⁹ tñ nutrit eo ⁊ vẽtrẽ magis cõstipat.Et accipit diuersis modis ⁊ p eorũ diuersitate immutat actionẽ suã quocunq tñ modo pparato omni panico miliũ melius est.Coquit aũt sepe aut cũ pingui carne:aut cũ oleo:sepe etiã in lacte.aliqñ vo cũ apozimate tritici corticis:⁊ amygdaleo.Cũ pinguedine coctũ:aut cũ oleo laudabile est:quoniã siccitatẽ suã amittit:⁊ saporositatẽ ab eis.⁊ bonũ nutrimẽtũ acquirit:⁊ cõstipatiõe sua priuat ppter lubricitatẽ ⁊ mollitiẽ pinguedinis aut olei.Id vo quod cũ lacte cũ apozimate supradicto coctũ laudabili⁹ est eo qd cũ aqua coquit sola.Coctiõis aũt cũ aqua duo sunt modi:coquit aũt aut sanũ:aut mola cõfractũ.Sanũ aũt aut ablato cortice:⁊ad vnã milij vt panici mẽsurã.xv.aq̃ apponãtur. Ex aqua ita coctum grossum est ac durum ad digerendũ:nec est etiaȝ ventris constipatiuũ:grauat etiã stomachũ:⁊ ex eo integrũ eijcit ad intestina hic etiã grauat:ideo cito egreditur ab eis:hac ergo rõne stipticum non est.Mola autem tritũ coquatur ita:farine mundate decies tantum aque adiungatur:et postq bis vel ter ebullierit:fricatum digitis excolatur:⁊ colamentum suspectum donec durescat excoquatur:sicq comedere vtile est ⁊ ceteris subtilius est digeritq facilius:minus vero stipticum ⁊ durũ est propter substantie absentiam. hec ipse.Sic itaq preparatũ manducetur:et non aliter:quoniam vt Rasis inquit in.xxi. continentis. cap.cxcvj.autoritate Gal.Panicuȝ frigidum est in primo gradu: et

siccum in secundo:⁊ est stipticum ⁊ parum subtile:⁊ nutrit minꝰ alijs granis ⁊ leguminibꝰ ⁊ desiccat vētrem. Et infra autoritate Diascoridis dixit. Panicū est minꝰ nutribile oī alio grano ex quo fit panis. et post aliqua subdit. Et nutrit corpꝰ pauco nutrimēto ꝓpter suā leuitatē:debilitatē:⁊ siccitatem:⁊ ob hoc stringit ventrē:⁊ ꝓuocat vrinam:⁊ hoc est de proprietate sua:et calidi possunt eo vti loco risi:q₂ ꝯstringit calorē:⁊ cū coquitur cū lacte nutrit laudabili nutrimēto:⁊ nō stringit ventrē:⁊ qui nō diligit lac: decoq̄t ipsum cū aqua furfuris simile:⁊ cū oleo amygdalarū dulciū. Et cū est preparatū tali mō:p̄stat bonū nutrimentū:⁊ nō stringit ventrē:⁊ panis q̄ fit ex eo nutrit parum:⁊ stringit ventrē:⁊ ꝯtrahit morā in stomacho et debilitat digestionē. ⁊ de ꝓprietate eiꝰ est cōstringere fluxum ventris:⁊ ꝓuocare vrinā. hec ipse. Ex quibus intelligat̄ qđ et quale sit nutrimentū panici:⁊ quomodo sit ad esum preparandum ⁊c.

¶ Cap. clxxij. ostendit naturam et nutrimentū pisorū ⁊ robeliorum cū ꝓprietatibus eorum.

Pisa que vulgares nostri bisos appellāt vt sentire videt̄ auctor pandectaꝝ species sunt orobi. de q̄bus Gal. i libro de cibis cap. xvj. sic ait. Pisa cōsimile aliq̄d fabis scđm totā substātiā habētia comestaq₃ scđm eosdē modos cum ipsis in duobus his variant̄:quia inflatiua cōsimiliter fabis nō sunt: ⁊ q₂ abstersiuā virtutē non habēt: ꝓpter hoc tardioris sunt digestionis scđm virtutē fabis. Robelie vero vel robile ab eis differre nō videntur nisi in quātitate:qm̄ minores sunt pisis. de quibꝰ Rasis in libro. iij. Almāsoris inquit. Robelie frigide sunt ⁊ sicce:q̄ parū nutrientes malū generāt sanguinē:neruisq₃ impedimentū p̄stant. et in libro xxv. cōtinentis. cap. j. sic etiā de eis scripsit. De pisis vel farculis appellatis Mes: debes eas comedere postq₃ elixe fuerint vehementer vt nō inflent:neq₃ inferant rugitꝰ. Isaac aūt in dietis particularibus sic ait de ipsis. Robelie frigide sūt ⁊ humide in primo gradu:⁊ medie inter siccū ⁊ humidū:quarū cortex stipticus est:a corticibus aūt mundate laudabiles generant cibos: nec inflationē aut ventositatem faciunt sicut fabe. Ad vsum edendi bone sunt in estate ⁊ i calida regione. Item ius ex illis velut et ex faba factum valet ad corizam et ad tussim dolorēq₃ in pectore. cocteq₃ cum ordeo ⁊ crisolacanna aut bletis febres patiētibus prodest que ex sanguine nascunt̄ ⁊ cholera rubea. Qui autē propter diarie refrenationem illas volunt accipere cocta vna aqua effecta ⁊ alia addita admixtis portulace ramis ⁊ succo malorum puniculorum acidosorū et oleo rosarum sumāt:sed hec missa faciamus:cum ad nostrum presens propositum minime facere videantur: haud tamen tenere nos possumus quin aliquando in medicinalia curantia morbos prorumpamus:cum difficile surgat quem moles consuetudinis premit:vt super Johannem inquit Augustinꝰ Magnum enim quoddam est consuetudo in singulis natura vtiq₃ fit:vt scripsit etiā Aristo. in. xxviij. problematum problemate. j.

¶ Capitulum. clxxiij. ostendit naturā et proprietates risi:⁊ quibꝰ modis debeat preparari.

Risi aut rizi: vt malis cos appellare: teste Auerroi in. v. colliget. c. de ciceribus. sunt grosse substantie in caliditate ꝛ frigiditate ꝓpe tēperantiā: ventrē stringūt: ꝛ sunt boni nutrimenti qñ coquuntur cū lacte. Auicen. ſo in. ij. cañ. c. ccccclxix. sic de eis inquit. Risum est calidū ꝛ siccū: ꝛ siccitas ipsius est manifesti oꝛ caliditate sua. Uerūtamē quidā dicūt ꝙ est calidius frumento: nutrimentū ꝑoet multū ad quādā siccitatem declinās. Et cū decoquit̄ cū lacte ꝛ oleo amygdalino: mai⁹ dat nutrimētū ꝛ meli⁹: ꝛ remouet̄ ab eo exiccatio ꝛ cōstrictio quā facit: ꝛ ꝓprie cū3 infundit̄ noctevna in aqua furfuris. Et ipm est ex eis que tarde infrigidant. ꝛ in ipso est constrictio: decoctum ſo in aqua stringit vsq̄ ad terminū ꝛ in spermate efficit augmentū ꝛ ꝓprie si cū lacte decoquatur. Isaac aūt in particularib⁹ dietis de ipsis hec scripsit. Natura risi calida est in pꝛimo gradu: ꝛ sicca in secundo. diuersis tñ modis homines accipiūt ipm ꝛ scd3 vnūquēq̄ modū actio eius in plus minusve mutat̄. Aliqñ nāq̄ illud mola teritur ꝛ farinā ei⁹ velut tritici coquunt: v3 aūt eis qui moꝛsionē patiunt̄ in stomacho ꝛ in intestinis. Sunt ꝛ q̄ integrū coguunt in aq̄: ꝛ hoc v3 ad cholericā diariam. Item alij cū lacte coquunt amygdaleo: ꝛ hoc mō amittit cōstipationē suā: et bñ nutrit: ꝛ bonū sanguinē generat: sperma auget. H3 etiā risu3 ꝓprietatē: ꝙ si cū ipso vel aqua ipsi⁹ lentiginē laues: aufert ipsam ꝛ cutim mūdificat. Hoc quoq̄ fuit Rasis snīa in. ij. Almansoꝛis. ca. ij. dicētis. Risum tēperiei que est inter caliditatē ꝛ frigiditatē vicinū existit. ꝛ ventrē stringit. solitis autem colicam pati nocet. qd̄ l3 multum nutriat: de vētre tñ nō facile descēdit: nisi coquat̄ cū aliquo multi m vnctuositatis habēte: qd̄ qñ cū lacte coquit̄ ꝛ cū zuccaro comeditur: plurimū nutrit atq̄ sanguinē aug mētat. ꝛ in. xxi. continētis. c. cxxiij. sic ait autoꝛitate Diascoꝛidis. Risum est pauci nutrimēti ꝛ constringit egestionem. Et autoꝛitate Gal. viij. subdit. Est difficilioꝛis degestionis q̄ꝫ far spelte ꝛ minoꝛis nutrimenti: sed melioꝛis sapoꝛis. Et autoꝛitate filij Mesue dixit: ꝙ calidū sit in pꝛimo: ꝛ siccū in secūdo: et cognoscitur ei⁹ caliditas a dulcedine sui sapoꝛis: ꝛ nutrit nutrimento bono: ꝛ inflāmat coꝛp⁹ calide cōplexionis: ꝛ est maioꝛis nutrimēti mellica paniculo ꝛ oꝛdeo: ēt trahit moꝛē in stomacho: ꝛ qñ decoquitur in lacte ꝛ zuccaro ꝛ oleo amygdalarū dulcium desuper aspersis minorē trahit moꝛā: ꝛ erit bonū eius nutrimentū. Et si poneret̄ in aqua sulfurea vel simile: aut in lacte recenti per vnā noctē: ꝛ demu3 poneret̄ in aqua: ꝛ coqueret̄ cū oleo amygdalino esset minoꝛis stipticitatis: ꝛ siccitatis. Et volens de eo comedere non delectatur in lacte faciat ipsum bene decoqui cum lacte cartami. Et postea subiunxit. Dico ꝙ pluries fui expertus exhibere risum macilētis calide cōplexionis: ꝛ vidi ꝙ fecit eis magnā inflationē. Qua de re cōcludendū est cum eo ꝙ risum frigidioꝛē habentibus cōplexionē sit magis cōueniēs. Et ideo eis tutius q̄ꝫ ceteris pꝛopinādū ꝛ coctū cū lacte: nisi displicuerit iubēte eodē in. xxv. cōtinētis. c. j. De grano risō dicim⁹ ꝙ debes illud lauare ꝛ infundere in aq̄: deinde ipm coquere cum lacte recēti: et postea comedere sicut ꝛ pꝛefati sapientes voluere: qui in hoc ꝛ in ei⁹

cōplexiōe cōuenerūt oēs pter Haliabatē q̄ in.v.theorice.cap.xv.gra duauit ipm in primo frigidū: et in secūdo siccū cōtra quē est Rasis vt pauloante dictum est experientia. Quare etc.

Cap.clxxiiij.incipit de fructibus pertractare declarando q̄ ipsi nequaq̄ sint mādūcādi rōne parui eorū nutrimenti.

De fructib9 modo dicendū ē vt supra pmisim9. In q̄bus oēs hoies fere summopere delectari cōsueuerūt: nesciētes q̄ paruū et q̄ prauū sit ipsorū nutrimētū: aut q̄b9 cōueniāt q̄busq̄ noceāt: vel quō et q̄n sint assumēdi. Sz q̄plures ppriā sequētes appetit9 et sensualitatis delectationē magis q̄ pprie cōsulētes sanitati: ex fructibus eis gratiorib9 oī spreto medicorū cōsilio: et q̄n et quātū libuerit assumunt: et inde post paucos etiā dies ad malas et pernecātes deueniūt egritudines. Et ppterea q̄ boni et laudabiles: et q̄ fugiendi sint: declarandū est bonarū rerū celeberrima semper desideret agnitio: vt in.xj. Cassiodorus inquit. Sed anteq̄ ad specialē de fructib9 sermonē accedam9: declarem9 in primis q̄ fruct9 minime sint accipiēdi rōne sui pauci nutrimenti: q̄m vt supra declarauim9. Nō viuim9 vt comedam9: sz comedim9 vt viuam9. Uiuere aūt nō possum9: nisi qđ deperditū est et a nr̄o corpe resolutuz: bonis et nutritiuis cibarijs ipm reficiēdo restaurem9: aliter aūt calor innatus humidū radicare q̄breuiter cōsumeret. Qđ igit̄ minime accidat: bonis ac laudabilib9 resumptiuisq̄ cibis necessariū est vti: bonū forte atq̄ solidū p̄bētib9 nutrimētū: quā rē fruct9 p̄sertim: humidi: nec facere: nec id efficere posse cō sueuerūt: cū dicat Ysaac i libro dietarū vniuersaliū.c.xxvj. Oēs fruct9 parū nutriūt: et illaudabiles sunt ī nutrimēto. Parū q̄dē nutriūt pp̄ter teneritatē et mollitiē a mēbris citā. Nō laudabilis vero nutrimēti pp̄ter velocē ɔuersionē in corruptionē putredinis. Et subdit. Ois fruct9 paruissimū et malū dat nutrimētū. Que q̄dē fuit etiā Gal. snia i.ij. Alimētorū.c.vj. dicētis. Uniuersaliter itaq̄ opz de esibilib9 hoiez fructib9 scire rōnē cōem: humidis quidē humidū et subtile efficere id qđ ex ipsis datur corpori alimētū: cum semp sequit̄ et fluxibile et ptrāsiēs totū corpus citoq̄ euacuabile esse per vrinā: et scđm cutim tale. Et infra subiunxit. Pauci alimēti oia talia quales fruct9 edulia dicunt̄ cōgruere a medicis. Idē quoq̄ sensit Rasis in libro.vj. Almansoris.c.xj. dicēs. Olera atq̄ fruct9 vētrē absq̄ magno replent nutrimēto: et in corpore humores crudos gn̄ant et malos. Et in libro.xxv. cōtinētis dixit autoritate Gal. in.iiij.c. de questionibus libri sexti epidimie. Breuis erit vita illi9 pprie q̄ nutrit̄ cū cibarijs modici nutrimēti ad modū olerum et fructuum solidorum corticum. Et postea concludit. Et fruct9 nō sūt sumendi penitus: cuius ratio ex eo Hieronymi super Matheum sic dicente verbo colligi potest. Neq̄ enim fieri potest: vt ex malo bonum: aut ex bono oriatur malum. Non possumus ergo ex comestione fructuum id consequi qđ volebamus: et quod nobis et nostri corporis cōseruationi erat maxime necessarium: et ppterea inutilis eorum esus pronunciand9 est: et vltra hoc periculosus: cum ex ipsis non solum paruum: sed etiam prauum generetur nutrimētū: vt pro

parte visum est. & melius ex sequē ti.c.apparebit. Et ideo cōcludam⁹ q sapiētes sunt qui raro eis vtunt sapientiores aūt qui raro & modice: sapiētissimi vero qui nūq̄: & humidos precipue manducāt.

¶ Cap.clxxv.ostēdit fruct⁹ nō esse manducandos rōne sui praui nutrimēti q̄plura inducētis nocumenta cū quibusdā regulis attendendis.

Oximus.i.c.superiori q fruct⁹ nō erant manducandi sui pauci nutrimēti ratione nūc autē ostendamus q etsi plurimū nutriant adhuc fugiēdi sint ratione prauitatis & malicie suorū nutrimentorum ad febres & ad alias multas infirmitates pducentiū. Et propterea dixit Rasis in libro.xxv.continentis.c.j. Dico q maior pars fructuū est medicinalis: ideo frequēs sumptio ipsorū corrumpit sanguinē. Et similiter Auic.ī.iij.j. doct.ij.ca.vij.de eis inq̄t. Si hoīes aliis regantur rebus: & nō istis.s. fructib⁹ erit eis meli⁹.q̄m oīs res que sanguinē implet aquositate que in corpore ebullit sicut succus fructū: licet ea hora iuuamentū p̄stet: tū ipsum ad putrefactionē parat: & similiter illud qd sanguinem humore implet crudo: lz q̄nq̄ conferat sicut cucumer & alcheret &c. Et infra sic etiā ait. Qui his nutriētibus.s. fructib⁹ multū vtunt febribus sunt apti. Et in primo tractatu.ij.c.xliiij.dixit. Multa aquositas sanguinis ex comestione fructuū aquosorū facit in corpore putredinē: & similiter multitudo humoris crudi pparat ad putredinē sicut qui generat ex cucumere: et citrullo: & piris: & similibus. Hoc etiam sensit Isaac in.v.doc.c.xxvj. cum scripsit. Omnes fructus mala nutrimenta largiunt: & ibidem autoritate Gal. Omnes fruct⁹ par uissimum & malū dāt nutrimentū. Cū eīn digerunt sanguis generat qui facilis est corruptioni putredinis adiungi vnde fructus inflāt: et grossum humorē generāt: & si nō digerent in malas qualitates mutantur: & precipue si post cibū accipiantur quēadmodū sunt horarij. de quibus Gal.in.ij.de alimentis. c.j.dixit. Horarij fructus sunt q̄ nascunt in tpe quarto dierū canicule & qui eo tpe maturant & habent.et presertim hararij dicunt q̄ de facicili corrūpuntur & velociter: sicut cucurbita: & melones: mora: pepones: persica: & similia. Et pterea postmodū inquit. Ab oībus cōsulo abstinere cachochimis eduliis: etsi facile digestibilia aliquibus sint q̄m latet tpe multo prauus in venis chimus ex ipsis cōgregatus qui cū coctione modica ad putrefactionē deuenit febres mali moris operat. Et in lib.de euchimia & cachochimia.c.v. Horarij q̄dē vocati fruct⁹ cachochimi oēs sunt. Si vo corrūpant: i ventre pessimi a q̄bus maxime est cauendū: q̄m vt scribit Auerrois in.vj.colliget.hoīes vitare debēt oēs fructus humidos, & pisces: q̄m sāguis ex istis reb⁹ gñatus est cite corruptionis. Hec itaq̄ tria p corporis & sanitatis ei⁹ conseruatione debent obseruari. Quorū primū vt de fructibus & maxime de horariis iam dictis nō comedamus: quantūq̄ nobis possibile fuerit ab eis abstineamus. Scdm quod pueri precipue ab horrariis et ab omnibus aliis fructibus debeant custodiri et abstineri: dicente Auerroi in.vj.colliget capit. de regimine corporis temperati. Et ab herbis omnibus et fructi-

bus humidis pueri debēt abstine re. Tertiū ab oibus obseruandum est: ꝙ si vllo vnq̄ tēpore anni paucos fructus debemꝰ māducare illud est autūnus teste Rasi in quarto Almāsoris.c.xxvj.sic scribēte. In autumno fructuū comestio minuāda est qnāto plꝰ possibile. Qḋ etiā voluit Princeps in tertia p̄mi doc. v.c.j.dicēs. A fructibꝰ quoq̄ q̄ sūt in illo tēpore.s.autūno sibi caueat neq̄ ex illis multū comedat aliqs ⁊c. Est quoq̄ a studere volētibꝰ: et ab his q̄ i capite patiūtur fructuū comestio fugiēda. Quoniā sui vaporositate sensus ꝑturbāt ⁊ cerebri intellectiuas operatiōes impediūt rōne multitudinis vapoꝝ ⁊ fumorū ascēdentiū: cū nō sit aliq̄d ita vaporosum sicut fructus. vt Priceps inquit Auicē. in. xiij. tertij. tractatu. j.c.xvj. Et vt vnico cōcludamꝰ verbo. Nihil ferme sic ad sanitatē facere videtur: quantū fructꝰ hūidos et putrescibiles dimittere: et laudabilioribus cibis adherere.

¶ Capitulū.clxxvj.ostendit qui bꝰ hoibus fructꝰ minus noceāt: ⁊ in qua hora assumendi sint.

VT in oibus simus proficui: ⁊ nihil in nobis esse debeat ociosuz. vt Theophilus inquit debemus cōsequēter declarare cuz nocumēta ex comestiōe fructuū ꝓueniētia nō sint omnia equalia: q̄ securius: ⁊ q̄ magis cū timore possint humidos fructus māducare: vt ex hoc vnusquisq̄ q̄ graue sit eius peccatum: cū fructus comedit intelligat: summa enim miseria: vt Isidorus ait: nescire quo tēdas. Et propterea dicamꝰ ꝙ quiescentes delicati: ⁊ hoies pauci laboris: ⁊ exercitij senes: ⁊ hmōi longe magis ex fructuū comestione leduntur: q̄ hi q̄ calide sunt cōplexionis ⁊ iuuenes: ⁊ qui plurimū laborare consueuerūt: lꝫ vtrisq̄ noceat inequaliter tñ: vñ exercitatis ⁊ laboriosis hoibus fructus humidi sunt tanq̄ medicine refrigerātes ⁊ eorū corpora humectantes: cū aliquo tñ nō perceptibili nocumento. Quietis vero ⁊ delicatis non sunt medicine: sed tanq̄ venena mortifera cōgelantia: ⁊ diuersimode eorū corpora pernecātia. quēad modū sensit Princeps Auicē. i. iij. j.doc.ij.c.vij. cū ait. Fructus ꝓterea recentes nō sunt boni nisi laboriosis ⁊ exercitatis cholera rubea abundantibus: ⁊ in estate ⁊ eos ante comestionem comedant. Et ipsi q̄dē sunt chrysolomia: ⁊ mora ⁊ melones: ⁊ ꝑsica. ⁊ pruna. Qḋ si alijs regant rebus ⁊ nō istis erit meliꝰ: qm̄ ois res q̄ sanguinē aquositate implet: que in corpore ebullit sicut succus fructuū extra. lꝫ ea hora iuuamentuz prestet: tñ ipsum ad putrefactionē parat: ⁊ similiter illud qḋ sanguinē humore implet crudo: licet quādoq̄ cōferat sicut cucumeres ⁊ hmōi. Et ꝓpter hoc qui his nutrientibus multū vtuntur febribus sunt apti. lꝫ prius infrigident. Et subdit. Et tu q̄dē scire debes ꝙ humori aquoso plerūq̄ accidit vt fiat plus: ⁊ hoc erit cū non resoluet: ⁊ in venis remanserit. Et cū isti exercitijs vti ceperint anteq̄ hmōi aggregentur superfluitates aquose: ⁊ illico cū fructus comederint etiā exercitantur: resoluentur aquositates iste: ⁊ minuet impedimentū qḋ per eas habent quietis autē ⁊ inexercitatis hoc non euenit: quare ab eis plurimum nocumentū recipiūt. Et hoc est qḋ etiā voluit Isaac in dietis vniuersalibus.c.xxvij. cū ait. Oportet vt i comedendis fructibus vt mala cie

baria intermixta caueant oibus tēporibus: nisi cū magnus labor comitat̄:vel itinere nimio:vel estu fatigatur:tūc eñ necesse est tēperari siccitatē sui corporis calorē refregerari:q̄ cum affuerint bonū est fructus humidos dari sicut mora: pruna:vuas:ficus:persica:cucumeres ⁊c. Nō tñ cū exterius refrigeratiuis preparentur.neq̄ȝ aqua frigida multotiēs lauent̄:qm̄ cui nō fuerit nix cōsuetudinaria multum est fugiēda:et si in corporibus iuuenum nō appareat:tñ nocumentū niuis se paulatim adunat:licet ipsi nō sentiant. Et exeuntes a iuuentute:⁊ subeūtes senectutē:multos ⁊ diuersos morbos incidunt: qui incurabiles sunt:⁊ diu inviscetibus permanēt ⁊ articulis ⁊ neruis ⁊c. Qđ etiā sensit Rasis in lib. iiij. Almāsoris .c.iiij.cū inquit. Est etiā obseruandum diligēter.ne q̄s recētibus vtatur fructibus:nisi in die quo multo vsus fuerit exercitio atq̄ȝ in stomacho ardor sentit̄. Est eñ conueniens vt in hac dispositione fructus comedat recentes: sicut sunt ficus:⁊ vue:⁊ pira:⁊ mora:et chrysomilia infrigidata. Et subdit. Postq̄ȝ aūt predictos comederit fructꝰ aliquo interposito spacio:cibum quē dȝ sumere edat. Et fuit hec Gal'.sn̄ia in.ij.de alimētis c.j.dicentis. Fructus vt plurimuȝ sunt malichini:⁊ solūmodo vtiq̄ȝ quis ipsis in profectu vtitur fatigatus ex prolixioribus itineribus et suffocatione vehementi:tunc ei possunt mitigantia quidē ariditatem corporis:infrigerātia autē mediocriter. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia.c.vlti.dixit. Abstinēdū est a cachochimis nisi aliq̄n laborātes hora estatis egeant sanare siccitatē ⁊ caliditatem totius corporis. Idonea eñ illo tp̄e sunt poma:⁊ pruna:⁊ cerasa preassumpta. Sed de citrullo ⁊ melone non multū offerēdū est:sicut neq̄ȝ de melo:popone: ⁊ persicis:⁊ hmōi. Ex q̄bus apparet q̄ nō multā q̄ȝtitateȝ fructuū comedere oporteat etiā laborātes:⁊ q̄ ante alios cibos sumi debeāt:dicēte Almāsore in loco p̄allegato. Fructus etiā si in prandio sumēdi:sūt añ oēm edēdi sunt cibum:nisi sint de his q̄ in stomacho multā faciūt moram:atq̄ȝ tardantur:in quibus est pōticitas et acetositas:vt citōia:poma:⁊ hmōi. Et in.xxv.cōtinentis.c.j.autoritate Bimmasui sic inq̄t. Summarie fructꝰ debes sumere ante cibū:⁊ p̄prie tenues ⁊ lubrificatiuos. Qđ fuit acceptū ex fonte medicine artis Gal'.in.ij.Alimētorū.c.xviij.dicente. Meminisse opȝ huiꝰ qđ est cōe in oibus quecunq̄ȝ cachochima humida ⁊ lubrica ⁊ facile subire potentia comedere ipsa priora aliijs.sic eñ celeriter subeūt ⁊ illis viam faciunt:vltimo aūt sumpta simul corrūpunt ⁊alia:⁊ postq̄ȝ descenderint alterum cibum edant ne forte bono cibo permixti illum secū corrūpant.aut indigestū descendere faciant:quare ⁊c.

Cap.clxxviij.ostendit qui fructus permaxime sint fugiendi: ⁊ quid etiā facere oporteat post laudabilium fructuum assumptionem.

ET si laboriosis iuuenibus calidis ⁊ exercitatis precipue in estate et ante cibum dixerimus fructus cōuenire: nō ē tñ hoc absolute de oibus fructibus intelligendū:sed tm̄ de laudabilibꝰ domesticis mollibus et perfecte maturis:⁊ nō de aliijs existimandū:qm̄ vt Gal'.inquit in li-

bro de subtiliante dieta.cap.x.De fructib⁹ minus tristabūt q̇ leniūt ventrē:sicut mora:pruna:cerasa:et ficus.Que vero tardi sunt transit⁹ peiora sunt oīa.ꝛ maxime si dura corꝑib⁹ sint:de eis em̄ nō est gustā dū:sꝫ gustādū de his q̄ ad reposi-tionē sūt idonea:q̄lia sunt piracitonia:ꝛ vuarū nō pauca gn̄a.Molliora ꝟo magis sunt comedēda duriorib⁹ ꝛc.Qḋ accepisse vr̄ Isaac i.v. doc.c.xxvj.cū ait.Cōstat ꝙ fruct⁹ laudabiliores sunt domestici quorū cortices sunt subtiles ꝛ molles: humiditatē em̄ substātialē mon-strāt subtiliorē ꝛ leuiorē ꝛ cito pe-netrātē venas ꝛ actiōi nature obe diētē.ꝛ subdit.Et iō ficus laudabiliores sūt:ceteris fructib⁹ cortices habētib⁹:ꝛ vue sunt ficub⁹ secūde ꝛ precipue si bn̄ maturescūt. Fru-ctus vero siluestres aut domestici nō maturi nequaꝗ̄ ab eis sumēdi sunt:cū dicat idēꝫ vbi supra. Fru-ctuū peiores ad nutriēdū ꝛ illau-dabiliores fiūt q̇ in arbore nō ma-turescūt. Et post aliqua subiūxit. Fruct⁹ crudi ꝛ immaturi sunt pes-simi ꝛ illaudabiles.ꝛ maxie silue-stres.Et in particularib⁹ inq̇t. As-suefactio ꝑsicorum causa fit febris diurne ꝛ dure dissolui. Qḋ de ceteris fructib⁹ est etiā intelligenduꝫ. ꝛ de his ꝑ maxime q̇ nō sunt ī suis arborib⁹ ꝑfecte maturati.Hec quoqꝫ fuit Gal.sentētia in.ij.alimētoꝝ c.xx.dicētis.cauere oportet pulcerrima genere poma anteꝗ̄ suꝑ ar-borē sint matura: īdigestibilia em̄ sunt ꝛ frigida ꝛ tardi secessus ꝛ ma li chimi cū hoc ꝙ frigidū ꝛ grossuꝫ infallibiliter chimū habēt:quecūqꝫ aūt bene maturata seruātur ad hyemē ꝛ adver ꝛ post ip̄m ꝓficuis-sima fiunt.Fruct⁹ em̄ oīs nō maturatur:nisi ꝓpter caliditatē solis.vt inquit Gal.in.iiij.de simplici me-dicina distinctione.iij.c.ij. Solis enim substātie op⁹ est calefacere: modicūqꝫ desiccare ꝛc.Teste Pto-lomeo ī sui quadriꝑtiti prio.c.iiij. Per eū mouetur oīs res se mouēs: per cum nascitur oīs res nascens: crescitōīs res crescēs:crescit omne foliū ꝛ maturatur oīs fructus: vt etiā ait Hali abēragel in.iiij.c.pri-me partis.Nō igitur vere maturi dicēdi sunt fruct⁹ hi q̇ in paleis:vl' alio modo artificialiter ꝛ equiuoce maturātur.sic itaqꝫ immutari ꝛ sil uestres exercitātib⁹ etiā nō cōmendantur:qm̄ mali ꝛ pessimi sunt nutrimēti.et ꝙ ita sit apparet ꝑ Gal. in libro de euchimia.c.v.sic dicēte. Fructus omnes preter vuas ꝛ fi-cus bn̄ maturas cachocimi sunt ꝛ maxime quicūqꝫ sunt siluestriū ar-borū.Illi quoqꝫ fructus oīno sunt reprobādi.de q̇bus Rasis fecit mē tionē in libro primo suorū aphorif morū.dicēs.Qn̄ arbores maturantur ꝛ venenātur:ꝛ vermes in eis nascunt̄:nō debent fructus earum comedi:qꝛ sunt venena mortalia.ꝛ minus qḋ ex eo accidit est ꝙ putre fit sanguis ꝛ febris mortalis fit. Tales igit̄ fructus fugiendi sunt. ¶ Hec aūt post fructuū comestio-nē sunt obseruāda.s.vt post ipsos illico nec cū ipsis alia cibaria ꝑmi sceant̄:imo vt Rasis inq̇t in libro. xxv.cōtinentis.c.j.autoritate Cot te.Qui comedit fruct⁹ dꝫ post eos velocē motū sequi nullo cibo vten do post ipsos dū nō descēderint ꝛ labant̄:ne īducat̄ de eis ad venas maximū nocumētū.Hoc etiā princeps ait i.iij.j.doc.ij..c.vij.Opꝫ vt q̇ fructus comedit post ipsos incedat:deinde post eos comedat ali-q̇d ad hoc vt labant̄.Et si sitis suꝑ fructuū assumptionē accideret: vi-nū nequaꝗ̄ est bibēdū:dicente eo-dem loco allegato:sed capitu.viij.

Sup cibũ mali chimi bibere vinũ dum cõmedit: aut ante aut postq̃ digeritur est malũ: qm̃ facit maluz chimũ in extrema corpis penetrare: similiter sup fruct⁹ ꝛ ꝓprie melones. Et circa hoc Cõciliator noster mouet dubitationẽ in differẽtia. cxxij. An sup fruct⁹ bibendũ sit an nõ. ꝛ si bibendũ: an aqua vel vinũ. Ad quã respõdens ait ꝙ si sitis valida fuerit ꝛ fortꝫ: erit exhibẽd⁹ q̃litercũq; pot⁹: iuxta sniaꝫ Gal. ꝛ Almãsoris. Si vero sitis nõ fuerit tãta. ꝛ fructus assumpti frigidi fuerint ꝛ humidi: tũc gratia medicine vinũ est exhibẽdũ vetus odoriferũ potẽs qð est calidũ ꝛ siccũ: ꝛ hec fuit intentio Isaac in particu. doctri. dicẽtis. Persica ieiuno stomacho sunt edẽda: ꝛ postea vinum vetus odoriferũ est bibendum. Et fuit etiã Gal. sentẽtia in .ij. regiminis acutoꝝ dicẽtis. Bibãt parũ vini nec aqua mixti cũ q̃ preter cõsuetudinẽ fuerint pransi: nã vinũ tale ꝛ in tãta mẽsura sumptũ alterat ꝛ digerit prandiũ preacceptũ absq; deductiõe ipsius in venas ante id qð ꝛ vinũ opat̃ sup fruct⁹ maxie. Si ṽo fruct⁹ calidi sint ꝛ sicci: aut cõplexio stomachi maxime calida: tũc aq̃ bibẽda ẽ sup eos. Qð ante oẽs sensit Arist. in. xxij. pblematuꝫ pblemate. viij. Si ṽo stomachus frigid⁹ esset: nequaq̃ bibendũ est: aqua em̃ sup fruct⁹ recẽtes bibita preparat intestina colicam ꝛ ꝓprie ventosaꝫ: vt dixit Auicẽ. in. xvj. tertij. tractatu. iij. c. vj. Rõne igit̃ alimẽti vinũ sup fruct⁹ in multa quãtitate nõ est assumẽdũ vt nõ faciat eos in venas in penetrare ꝛc. Et licet cõsuetudo sit in cõtrariũ: tñ dicẽdũ ẽ cũ Gal. in scðo de alimẽtis. c. de cucumerib⁹. ꝙ latet tpe multo pran⁹ in venis chim⁹ ex ipsis ꝯgregat⁹ q̃ cũ in coctiõe modica ad putrefactionẽ deueniet: ꝛ febres mali moris operabit̃. Nullus ergo decipiatur ex hoc ꝙ in presentia nocumentũ nõ ꝑcipiat ex potu vini sup fructuũ comestionẽ: quẽadmoduꝫ aliq̃ dolores intẽtissimos passi sũt ex potu vini sup fruct⁹: aliqui vero mortui idẽ sup ficus bibẽtes: vt testat⁹ ẽ Cõciliator vbi supra. Quare parũ vini gr̃a medicine accipiat̃.

¶ Capitulũ. clxxviij. ponit naturam ꝛ nutrimentũ proprietatesq; angurie dicte batecha.

Declaratis vsq; modo vniuersalib⁹ circa fructuuꝫ comestionẽ obseruãdis: tẽpus est vt ad ꝑticularia descẽdam⁹: obseruãtes qð supra promisimus .s. velle prius de fructibus olerũ ꝑtractare scðm ordinẽ alphabeti. Deinde vero de vnoquoq; fructu arboꝝ sigillatim dicem⁹ vt manifestissime appareat quantũ vnusquisq; eoꝝ minime faciat ad sanitatis cõseruationẽ. Incipiam⁹ ergo ab anguria q̄ ab arabicis batecha: aut melon indus vel saracenicus nũcupatur: dicentes cuꝫ Haliabate in. v. theorice. cap. xviij. Et cuꝫ Auicen. in. ij. canonis. ca. xciij. ꝙ ipsa frigida est in principio secundi gradus: ꝛ humida in fine eius: ꝛ existit in natura cucumeris q̃ cũ nõ digeritur bene: generat coliricam passionem: prouocat vrinam: ꝛ confert lapidi in renibus: cum autem corrumpitur in stomacho conuertitur ad naturam venenosam: oportet ergo vt cuꝫ grauat extrhatur velociter hec ip̃e. Isaac vero ĩ ꝑticularib⁹ dietis sic de ea scripsit. Est ꝛ aliud melonũ genus q̃ palestini vocantur: et vulgariter dicũtur saraceni: humiditas istis minor ẽ ceteris frigidio-

res tamē illis sunt: proide tardiores duriq; ad digestionē ⁊ cōuersionē: dicimꝰ etiā eos corruptioni esse inobediētes: vnde calorē habētibꝰ in stomacho atq; febricitātibꝰ cōueniūt: q2 grossities eorꝫ q̄ frigidis repugnādo febribꝰ e orꝫ ardorē extinguūt. Rasis quoq; i.iij. Almāsoris. c.xx. dixit de ipsis sic. Melones nō dulces q̇ sunt bateche: sitim sedāt ⁊ humectāt atq; vrinā ꝓuocat. Quibꝰ si quis in comestione multū vsus fuerit: colericā patiet̄ passionē. Serapio etiā in. c. de melone magna viridi dixit auctoritate Rasis: ꝙ est fortis humectatiōis ⁊ extinctiōis: ⁊ cōfert febribus adurētibus: ⁊ illi in cuiꝰ corpore oportet vt generet̄ phlegma hūidū ad resistendū humoribꝰ acutis existentibꝰ in stomacho epate ⁊ venis .s. quādo ipsi sunt male qualitatis ⁊ pauce quātitatis: quoniaꝫ hmōi melo non laxat in principio laxatione forti: ⁊ illi quidē q̇ sunt cū hoc debilis corporis ⁊ diminute carnis ⁊ sanguinis quoniā oportet vt in istis ꝑmutemꝰ cōplexione cholore eorꝫ oino. ⁊ q̄uis possemꝰ immutare cōplexionē eius cū rebꝰ acetosis: res tamē insipide in hoc casu sunt cōuenientiores: qm̄ impossibile est quin res acetose incidāt ⁊ subtiliēt: ⁊ hmōi corpꝰ non potest sustinere: q2 si tu assuefacis eis squimbim .i. sirupū acetosum: facis augere in corpore suo maciē ⁊ debilitatē sue virtutis: ⁊ disrumpis stomachum eius ⁊ fortassis inducis excoriationē ⁊ tenasmonē in suis intestinis. Et si tu facis eum assuescere acetosis habētibꝰ stipticitatē: nō ē possibile quin augeas oppilatiōes si adsint in suo epate: ⁊ in poris ⁊ nō humectāt etiā cum hoc: q2 res acetose stiptice desiccāt ⁊ nō humectant: sed res insipide ⁊ maxime habētes grossitiē substātie cū aliqua dulcedine sicut melō dictus: ipse em̄ humectat ⁊ infrigidat cōplexionē: ⁊ generat in epate sanguinē aquosūꝫ q̇ rectificat malitiā sanguinis cholerici q̇ ē in venis quādo miscetur cū eo. Et subdit post ꝙ iste melon frigidior sit alijs speciebꝰ melonū ⁊ tardioris immutationis in stomacho ⁊c. Ex quibꝰ apparet clarissime ꝙ plꝰ pro medicina q̄ꝫ ꝓ cibo batecha sit vtēda ⁊ a cholericis precipue: et ante oēm cibū: dicēte Gal. in li. de dissolutione cōtinua. de his q̄ velociter corrūpūtur in stomacho: est batecha. q̄ si cito nō descēderit d̄ stomacho: ⁊ obuiet humoribꝰ malis cito corrūpitur. ⁊ debet comedi añ cibū ammonēda de stomacho ꝓpter velocitatē descensionis eiꝰ ⁊ lubricitatis viarū in eo q̇ comedit ipsam: nā quādo comeditur post cibū: corrūpitur ꝓpter remanētiā eiꝰ in stomacho: ⁊ relinq̇t corruptū cibū corruptiōe eiꝰ: ⁊ q̄ñ totaliter corrūpitur qđ frequēter euenit ē sicut venenū perniciosum. hec ipse. Quare ⁊c.

¶ Capitulū. clxxix. ostendit naturam ꝓprietates ⁊ iuuamēta capparorū in via nutrimenti.

Capparis scꝫ diuersas sumptes ad medicinā venit: quoniā folijs quādoq; ⁊ radicibꝰ fructibꝰ ⁊ corticibꝰ ipsiꝰ aliquādo vtitur. De fructibꝰ aūt hoc i loco solūmmō dicemꝰ q̇ saliti ad nos deferūtur: ⁊ eos cū aceto p̄paratos añ cibū accipimꝰ. Dicamꝰ ergo de ipsis cum Auicen. in secundo canonis. cap. cxlij. ꝙ natura eius sit calida et sicca in secundo et est resolutiua apitiua et abstersiua ⁊ nutrimentū fructus eius est paruum precipue cum salitur. Et qđ ex ea est humidū: est magis nutritiuum

q̄ꝫ quod

q̃ quod ſiccũ eſt. Quod tñ ex ea ſali-
tum eſt confert patientib⁹ aſma ⁊ eſt
magis conferẽs ſpleni ⁊ duritiei eius
bibita ⁊ more emplaſtri ſuperpoſita:
⁊ multotiens euacuat ex ſplene ma-
teriam groſſam melancholicã ⁊ ſuc-
cedit ei ſanitas qm̃ ſolutione educit
humorẽ crudũ groſſum ⁊ ꝓuocat mẽ-
ſtrua ⁊ interficit ſerpentes ⁊ vermes
in inteſtinis: ⁊ confert emoroidib⁹: et
augmentat coitũ: ⁊ qd̃ ex ea ſalitũ eſt
ante cibum ſumptũ ſoluit. Hec ipſe in
ter alia. Que ẽt ſenſit Auerrois in .v.
colliget dicens. Capparis calidus eſt
in ſecundo ⁊ ſiccus in tertio qꝛ compo
ſitus eſt ex ſubſtantia terreſtri ⁊ fri-
gida ⁊ terreſtri aduſta ignea ⁊ ſubti
li: ⁊ ſignificat hoc amaritudo domi-
nans ⁊ poſt hoc hꝫ proprietatem con
tra vitia ſplenis. Et propterea qꝛ illd̃
qd̃ facit exire cum ſtercore eſt ſangui
neum ⁊ tũc remouet dolorẽ ſplenis: ⁊
hoc idẽ facit in aliĳs humorib⁹ groſ-
ſis: qꝛ educit eos per vrinã ⁊ ꝓuocat
menſtrua ⁊c. Hoc idẽ voluit Iſaac in
particularib⁹ dietis. c. proprio dicẽs.
Cappares calidi ſunt ⁊ ſicci in ſecun-
do quod eorũ teſtatur amaritudo pō
ticitas ⁊ acumẽ. Idcirco incidunt diſ-
ſoluũt ⁊ mundificant ſtomachũ a ſu-
perfluis ⁊ menſtrua prouocant q̃ vti-
liores ſunt ad medicinã q̃ ſm cibum
qꝛ illaudabilis ſunt nutrimenti vtpo-
te cholerici nigriqꝫ ſanguinis genera
tiui: neruos ſtomachi percutiunt: vñ
elixos oportet eos manducare abla-
ta ab eis aqua ꝯditos cũ aceto ⁊ oleo
⁊c. Raſis quoqꝫ in tertio Almanſoris
c.xix. ſic de eis inquit. Oĩa que aceto
condiunt multã ex ipſo acquirũt ſub-
tilitatem: epar quoqꝫ infrigidãt. Cap
paris ideo que cũ aceto condit min⁹
calida eſt ea que in ſalmuria ponitur
oppilationi quoqꝫ epatis: ac ſplenis
congruit. Et in libro .xxiĳ. cõtinentis
c.dclxiiĳ. dixit. Capparis cuꝫ proprie
tate ſua extrahit vermes cucurbiti-
nos ⁊ autoritate Diaſcoridis ait. eſt
malus ſtomacho ⁊ lenit ventrẽ ⁊ ſitiꝫ
infert cuius fructus ſi per .xxx. dies bi
bitur quolibet die i q̃titate tertia ter
tĳ cum vino diſſoluit apoſtema ſple-
nis ⁊ ꝓuocat vrinam ⁊c. Et poſt mul-
ta dixit auctoritate Gal. in libro nutri
menti. q̃ vires capparis ſunt fortes
valde ⁊ tenues: ideo nutrimentuꝫ ip
ſius eſt modicũ admodũ rerum ſubti
lium ⁊ añq̃ ſaliantur ſunt abundan-
tis nutrimenti ⁊ qñ ſaliunt ſi comedũ
tur poſt ipſoruꝫ lotionem nutrimenti
ſunt modici valde: ſed conueniũt ad
excitandũ appetitũ remiſſuꝫ cibi ⁊ ad
acuendum ipſum in ſtomacho: et ad
abſtergendum ventrẽ de phlegmate
⁊ ad emittendũ ipſum per egeſtuꝫ: ⁊
ad aperiendũ id qd̃ fuerit in epate et
ſplene de oppilationibus ⁊ ad illud
mundificandũ: ſed debẽt cõfici in tali
cura cũ aceto ⁊ melle aut cuꝫ aceto et
modico oleo ⁊ ante cibuꝫ. Deinde di-
xit circa finẽ preallegati capituli au-
toritate Bimmaſui capparis corrobo
rat ſtomachum ⁊ appetitũ cibi ſi cõ-
ditus fuerit cũ aceto: tñ non conditũ
cum aceto nocet ſtomacho: deſicat ip
ſum: ſitim infert: ſꝫ abſtergit id quod
in eo fuerit de phlegmate: aperit op-
pilationes in epate ⁊ ſplene prouocat
menſtrua ⁊ confert doloribus ancha-
rũ. Qui oẽs a Ga. vident accepiſſe in
lib. de diſſolutione continua ſic dicẽ-
te. Cappares cũ aceto ⁊ melle qñ co-
meduntur ante cibum abſtergunt et
mundificant ſtomachum ⁊ inteſtina
⁊ aperiunt oppilationes ⁊c. Et in ſecũ
do alimentorum. c.xxxiĳ. Uirtus cap-
paris eſt ſubtilium partiũ ſufficiẽter.
Et ꝓpter hoc nutrimentũ minimum
tribuit in corpus aſſumentium ipſum
ſicut ⁊ alia omnia quecunqꝫ ſubtiliuꝫ
partium. Utimur auteꝫ pro medicina
magis quaꝫ pro alimento fructu plã
te huius: qua de re ipſis nõ ſepius eſt
vtendum.

¶ Cap.clxxx.ostẽdit naturã proprietates & maliciã nutrimenti citrullorum & cucumerum.

Citrulli sunt spẽs cucumerũ idõ de ipsis simul cũ cucumere dicem⁹: et pⁱo cũ Serapione autoritate Gal. sic scribente. Citrullus frigidior est cucumere: & generat chimũ viscosum & humores crudos in venis & accidunt ex esu eius febres antique male: neqʒ prouocat vrinã sicut melon: & nocet stomacho. Quare opʒ qui vult vti eis vt vtat ameos nisi stomachus eius sit valde calidus. Et subiũxit de mẽte habix q aque citrulli & cucumeris cõferant inflãmationi febriũ: & sedat sitim & laxat ventrẽ laxatione bona sine nocumẽto aliquo. & dʒ bulliri cũ zuccaro albo &c. Rabi moyses vero dixit de citrullo: q cũ ei⁹ digestio tardatur: generat humores venenosos. Isaac etiã in particularib⁹ dietis de eis inquit q frigidiores sunt & grauiores cucumerib⁹: frigiditas eñi eoꝝ est in fine tertij grad⁹: ꝑinde grossuʒ generãt phlegma: & neruositati stomachi magis nocẽt cucumerib⁹. Rursus propter suã duritiẽ et frigiditatẽ sunt grossorũ humorũ & superfluorũ generatiui. Quod certificat: q: citrulli morã in stomacho faciẽtes corruptioneʒ & venenosos humores faciũt. Citrulli ergo magis stomacho nocẽt cucumeribus: cucumeres aũt: vt inqt Auerrois in.v.colliget.c.de olerib⁹ sunt frigidiores & minus humidi: & min⁹ prouocant vrinã melonib⁹: sed non corrũpunt ita cito sicut melones. Sed Auicẽ.in.ij.cañ.c.clxxx. scribẽs de eis ait. Cucumer est frigid⁹ & humid⁹ ad secundũ cuius hec sunt operationes: q: sedat caliditatẽ & cholerã: sed ei⁹ chimus est malus preparatus ad putrefactionẽ & ad febres prauas. Citrull⁹ vero lõgioris est digestionis et discurrit in venis crudus: & generat febres chronicas cuius quidẽ nocumẽtũ expellit ameos a vehemẽtia inflationis stomachi. Et infra subdit: q raro digeratur bene. Isaac quoqʒ in particularibus dietis inquit. Cucumeres frigidi sunt & humidi i scdo gradu grossi sunt & duri ad digerendũ & tarde a stomacho descẽdunt: stomacho sunt nociui: et nerrositatẽ eius percutiũt: q: si cibũ in stomacho aliqñ ĩ inuenerint: cũ sui frigiditate eũ seruant crudũ: nec sinũt a stomacho dissolui: sed tamẽ minus stomacho nocẽt q̃ melones: q: cucumeres digestiue inobediẽtes virtuti. faciũt in stomacho laborẽ. Melones vero stomachi substãtiã molliunt: & conuertunt in venenosos humores quib⁹ stomachus percutit. Sed tñ si melones bene digerant: meliorẽ q̃ cucumeres generãt chimũ: q: cucumeris grossus est chimus phlegmati vitreo vicinus. Unde hippocrates. Cucumeres sũt grossi & difficiles ad digerẽdũ & magis q̃ melones vrinam prouocãt: & ventrẽ humectãt. Et hoc est id qd̃ sensit Gal.in.ij.alimẽtorũ.c.v.di. Cucumeres vrinatiuã habẽt virtutẽ sicut pepones: sed minus illis eo q substãtia ipsorũ minus humida sit. Et ꝑpter hoc etiã neqʒ corrũpunt facile in vẽtre sicut pepones. & in lib.de euchimia & cachochimia.c.v.di. Citrulli melones & melopopões sunt fruct⁹ quorũ nullus est euchim⁹. Si aũt hec nõ cito subeũt corrũpunt scd̃m ventrẽ in eũ qui fit ex eoꝝ corruptione humorẽ: & propinquũ mortiferis pharmacis operant. Rasis vero in iij. Almãsoris.c.xx.de ipsis hec tãtũmodo scripsit. Cucumeres et citrulli frigidi sunt qui & sitim auferũt: & stomachũ infrigidãt atqʒ vrinam prouocant. Et in.xxiij.cõtinẽtis.c.dcxj.dixit autoritate Ruffi in li.regiminis de cucumere hortensi. q substãtia melonũ

est tenuior: sed substantia immatura melonis est grossior et hꝫ in se vires abstersiuas ꝛ incisiuas: ꝛ ideo prouocat vrinã ꝛc. Et infra autoritate Bimmasui sic ait. Cucumeres ꝛ citrulli sũt frigidi ꝛ humidi in fine scdi gradus: sed peior ipsorũ est citrull⁹: qꝛ generat in stomacho phlegma viscosum: ꝛ procedit de eo ad venas humor crudus: ex quo quotiẽs abũdat fiunt febres chronice: ꝛ nõ prouocãt vrinã ad modũ melonis: ꝛ velociter corrũpunt in stomacho: ꝛ comedẽs ipsos affluẽter dꝫ vti amcos ita tñ ꝙ ipsi⁹ stomachus nõ sit inflãmatus ꝛ qui patitur sincopim ex caliditate: olfatio citrullorũ est cõueniens cũ ꝓprietate ipsorũ. Quare cõcludamus cũ eodẽ Rasi in quarto suorũ aphorismorũ sic scribẽte. Cucumer frigid⁹ bonus stomacho. s. calido: ꝛ meliores sunt saraceni ꝗ̃ gallici proprietatẽ habent remouendi cholerã. Et ideo pro medicinis eis vtamur.

¶ Cap. clxxxi. ostẽdit naturas ꝓprietates ꝛ iuuamẽta cucurbite in via solũmodo nutrimenti.

Auerrois in. v. colliget. c. de herbis ꝛ oleribꝰ sic scripsit. Cucurbite: q̃ in arabico dicuntur hula: sunt frigide ꝛ humide aquose: ꝛ talẽ humorẽ generãt. ꝛ dicit ꝙ sunt apte recipere corruptionẽ in stomacho et habẽt malã alterationẽ: sicut fit in reb⁹ humidis nõ habẽtib⁹ stipticitatẽ terrestreitatẽ nec põticitatẽ: qꝛ sunt solũ aq̃ ꝛ assimilam⁹ ea moris: nec cucurbite isti⁹ regionis sunt tales: sed dure digestionis ꝛ grossioris nature: ita ꝙ nõ pñt rectificari nisi cũ multa decoctiõe ꝛ ꝗ̃ hoc sunt multũ mali chimi: ꝛ adhuc infrigidãt et humectãt eo ꝙ nõ habẽt virtutẽ cito exeũdi cũ nullã habeãt abstersionẽ. Qđ nõ min⁹ sensit hali. in. v. theo. c. xviij. Et pñceps Aui. i. ij. cañ. c. clxxix. dixit. Cucurbita est frigida ꝛ humida in. ij. ꝛ illa q̃ est elixata nutrit aliquãtulũ: ꝛ est velocis descẽsiõis si nõ corrũpit̃ ante digestionẽ propter cãm aliquã: ꝛ nõ generat̃ ex ea humor malus. Sed si corrũpit̃ in stomacho ꝛ miscet̃ ei humor mal⁹: est tarde cõsistẽtie sicut reliqui fruct⁹ ꝛ humor q̃ ex ea generat̃ est insipid⁹: nisi dñet̃ ei aliq̃d qđ sibi sit cõmixtũ. nam si cũ citonijs cõmiscet̃ humor ei⁹ est illaudabilis ꝛ subdit. Uerũ nocumẽtũ qđ ipsa affert colon duplicat̃: de proprietate quidẽ eius est ꝙ generat̃ ex ea nutrimẽtũ homogeneũ ꝛ qđ ipi associatur. nã si comedat̃ cũ sinapi. generatur ex ea humor mal⁹ stipticus acris ꝛ si cũ sale generat̃ ex ea humor salsus. ꝛ si cuꝫ stipticis generat̃ ex ea humor stiptic⁹ ꝛ est oĩo nociua quibus dñatur melãcholica ꝛ phlegma ꝛ bona cholericis. Uerũtñ nocumẽtũ qđ affert colon maximũ est: et in fine eiusdẽ capituli iterũ dixit Ipsa vehemẽter nocet intestinis ꝛ colon ꝓprie. ꝛ propter hãc cãm colirici: ꝛ q̃cũꝗ alij qui colicã pati consueuerũt: ei nõ approximẽt. Isaac quoꝗ in particularibus dietis sic inquit de ea. Cucurbita frigida est et humida in scdo gradu: phlegmaticũ generat chimũ: proinde cholerice nature cõuenit ecõtra vero frigidis nocet: ꝛ cholericis melior est ꝗ̃ sanguineis: qꝛ ei⁹ humiditas stomacho humectat: ꝛ sitim cholericorũ humorꝫ extinguit: similiter debemus eã intelligere esse nociuã phlegmaticis plusꝗ̃ melãcholicis. Que q̃dẽ melior est cholerico si hoc modo det̃: coquat̃ in coctaneis ꝛ succo maligranati aut vue agrestis: aut cũ succo malorũ citrinorũ: aut cũ oleo amigdaleo: aut oleo: onfacino condiatur. Phlegmaticis vero sic datur elixa in aqua ꝛ ab aqua expressa cum sinapi pipere et apio et menta: vtilius datur cum

eorum' caliditate temperet:⁊ tūc chi-
mum generat calidū ⁊c. Rasis vero in
iiij. Almansoris.c.xviij.inquit de ipsa.
Cucurbita frigida est ⁊ humida:que
stomacho mala existens appetitum
destruit:sitim quoq₃ sedat:⁊ epatis ⁊
stomachi ardorē extinguit si in eis qñ
abūdat calor.⁊ in.iiij.lib.suorū apho
rismorū inquit. Et si ex cucurbitis ni-
mis comedat tenasmū generat:sed si
aceto ⁊ alijs preparetur melioratur.
⁊ in.xxiiij.continentis.c.dcx.dicit auto
ritate Gal.in.vij. Si comeditur cucur
bita generat humectationem in sto-
macho:⁊ incidit sitim.⁊ dixit in libro
nutrimenti Cucurbita cruda horribi-
lis est:⁊ eius nocumentum in stoma-
cho est magnū ⁊ vidi quendā come-
dentem ipsam ⁊ sentientē in suo sto-
macho ponderositatē ⁊ frigiditatem
⁊ passus nauseam inde ⁊ vomitum:⁊
nullum medicamē confert huic vitio:
sicut vomitus. Sed elixa cū humidi-
tate nutrit. ideo nutrimentū eius est
modicū ad modū omniū ciboꝝ q̄ ge
nerant humorē aqueū ⁊ tenuem ⁊ de
scēsio eius de stomacho cito fit ex hu
miditate de qua diximus ⁊ ex lubrica
tione plana que est in ea. Sed qñ di-
geritur humor eius:non est malus ni
si p̄cedat eū corruptio ante digestio-
nem ipsius:⁊ corruptio accidit ei aut
artificialiter: aut ex humore malo in
stomacho:sȝ ex tarditate eius in sto-
macho fit corruptio sicut de omnib⁹
alijs fructibus humidis si tardant in
stomacho ⁊ non descendūt cito sola:
ex ea generat humor crudus:⁊ si cuȝ
alio generat exinde humor iuxta sa-
porem illius rei cū quo componitur:
qꝛ alteratur ⁊ assimilat ei:⁊ si come-
datur cū sinapi gñatur exinde humor
acutus cum caliditate manifesta:⁊ si
comeditur cum salito gñatur humor
salsus.⁊ si cū rebus stipticis gñatur
inde humor stipticus. Et dixit etiam
vbi de moris locutus est:ꝙ cucurbita
licet minoris nocumenti sit q̄ȝ alij fru
ctus estiui:quotiens nō descendit de
stomacho velociter corrūpitur ita ma
leq₃ꝙ exprimi non pōt. Uerba aūt Ga.
vt in nostra translatiōe habemus in
lib. de euchimia.c.v.hec sunt. Cucur-
bita inculpabilis est sola horarioruȝ
fructuū:sed si ipsa corrumpat in ven-
tre cachochimia satis fit sicut ⁊ mora
quare pro omnibus minime videt cō
mendanda ⁊c.

¶ Cap.clxxxij. ostendit naturam
nocumenta ⁊ perniciosa pericula
ex fungorū comestione prouenien-
tia:⁊ qui eligendi sint:⁊ quomodo
preparandi ⁊c.

Licet fungi in nume-
ro radicū a Gal. repo
nant in lib. de subti-
liante dieta .c.ix. vbi
dixit:ꝙ oīm radicum
esibilium pessimi sint
fungi:quāobrē cū fructib⁹ olerū mini
me forēt reponēdi. qꝛ tñ poti⁹ terre fru
ctus q̄ȝ radices nobis esse vident: iō
de ipsis hoc in loco existimauim⁹ scri
bendum:cū plus etiā his q̄ȝ alijs fru
ctibus assimilent:⁊ ei⁹ nature appro
pinquēt. Dicamus ergo de eis ꝙ qꝛ
pessimi sunt. vt Ga. ait vbi supra:⁊ ad
comedendum valde periculosi. teste
eodem in li. de euchimia.c.j. sic dicen
te. Uidi deniq₃ quosdā quidē propter
fungoꝝ esum mori quosdā ꝟo ꝓpter
conij vel ferulaꝝ:paucos vero ex eis
vix saluari:iō dimittendi sunt potius
q̄ȝ assumendi vt eoꝝ nocumenta ne-
quaq̄ȝ percipiamus. Quoꝝ cā euidēs
est ex his q̄ scripsit ipse ēt loco allega
to:lȝ post multa cū inq̄t. Oīm autem
eduliorū' fungi hñt frigidissimū ⁊ vi-
scosum simul ⁊ grossum chimū: inter
quos aboletis solū nullus notat mo-
ri:colicā tñ ⁊ hi q̇busdā attulerūt nō
digesti. Ab alioꝝ vero fungoꝝ esu:q̄
dam:quidē mortui sunt: quidā vero

venerũt prope mortẽ diarijs aut colicis oblati: aut suffocati periclitãtes. A quo sumpsit Aui.i.ij.cañ.c.cclxxv. dicẽs. Fungi frigidi sunt in fine tertij grad⁹: ꝛ humidi in pricipio ei⁹: ꝛ ideo generãt humorẽ grossuz malũ: ꝛ eoꝝ rectificatio est vt elixenꝶ: ꝛ ponanꝶ cũ eis pira humida ꝛ sicca ꝛ ozimũ montanũ: ꝛ bibatur sup ipsos vinũ purũ.s. gratia rectificatiõis ꝛ nõ alimẽti: qm̃ vt in.iij.j.dixerat. Sup cibũ mali chimi vinũ non est bibendũ: q: facit malum chimũ in extrema corporis penetrare. Deinde prosequiꝶ eos detestãdo dicẽs. Fungi generãt stuporem et apoplexiã. Et accidit ex illis qui non interficiũt prefocatio ꝛ proprie interficientib⁹: ꝛ accidit etiã ex illis qui non interficiũt colirica passio qñ multiplicãtur: ꝛ sunt difficilis digestiõis. ꝛ mali nutrimẽti: ꝛ faciũt possidere difficultatẽ vrine. et subdit de eis. Sũt q̃ sunt mortiferi: ꝛ sunt illi q̃ nascunꝶ in vicinitate ferri eruginosi et rerũ putridarũ aliarũ. aut in ꝓpinquitate mãsionis reptiliũ venenosorũ: aut apud aliquã arborẽ quarũ propriũ est vt corrũpat fundos q̃ apud eas nascunꝶ sicut oliue: ꝛ de signis quidẽ eorũ est ꝙ super eos humiditas viscosa putrefacta ꝑcipitur: ꝛ cito aduenit eis alteratio ꝛ putrefactio ꝛ prouenit ex ipsis cõstrictio anhelitus ꝛ sincopis: cura eorũ est cũ incisiuis ꝛ oximelle cũ calamẽto ꝛc. et qñq; interficiũt statim ꝛ ꝓpterea dixit Rasis in.iij. Almãsoris. c.xviij. fungi tuberib⁹ sunt valde deteriores: quoꝝ quidã hominẽ strangulant atq; occidunt. Qui aũt ex illis homini existũt in corpe viscosum generãt phlegma. Et rõ est: q: vt scripsit Isaac in.v.d.c. xxviij. autoritate Galie. fundi in terra sicca nati sunt ꝛ pluuiali aqua enutrita. in terra itaq; molli nascunꝶ ꝛ aqua quieta putrida nutriunꝶ. vnde Galie. Oia inquit nascentia in sapore vel in acumine nõ apparẽtia vl' aliquo alio sapore naturaliter sunt ceteris peiora sicut fungi qui sunt peiores ꝓpter terre malignitatẽ ꝛ corruptionẽ humorum quib⁹ nutriũntur. Sunt ergo pessimi: ꝛ maxime si iuxta oliuã nati fuerint: quia oliua grossitiẽ ꝛ viscositatẽ dat eis. ꝛ in.p.d. similiter ait. Fungi frigidi sunt ꝛ humidi in tertio gradu quod mollitie suiq; humiditate testificãtur. Mortiferi grossam habent vẽtositatẽ: ꝛ humiditatẽ viscosam digestioni inobediẽtes: vnde illaudabiles sunt: vt pote tumorosi: ideo bonũ est vt oino fugianꝶ. Immortiferos vero comedere volentes eorũq; nocumentũ nõ timẽtes: elixẽt atq; piris aut calamẽto misceãtur. Quarũ iure expresso in alia aqua recoquãtur: ꝛ cũ pipere: earui: zinzibere: calamẽto: origano: ꝛ similib⁹ condiãtur ꝛ esui tribuãtur: ꝛ in fine merũ vetus potetur. Et qui frigidi sunt natura accipiãt in fine eorũ zinziber conditũ: diaciminũ diatrium pipereon: tiriacã: mithridatũ: ꝛ hmõi. Rasis quoq; in.xxij. continẽtis. c.dlxxxiiij. dixit de eis autoritate Ga. in lib. nutrimentorũ Bonus fungus ꝛ innocẽs frigidi nutrimẽti est ꝛ q̃ abũdanter de eo sumit in eo generat humorẽ grossum malũ ꝛ plures eius species sunt mortifere: ꝛ vidi quẽdã passum fuisse de eo strictũ anhelitũ sincopim ꝛ sudorẽ frigidũ ꝛ saluatus est cũ studio cum rebus incisiuis: cũ sirupo aceto ꝛ mẽtastro cocto i eo supaspersis super eũ spuma ꝛ burac: vnde euomuit ipõs fungos: qui trãsmutati fuerunt ad humorẽ malum grossum ꝛ frigidum. Nostra aũt translatio prealegati textus tot ꝛ tãta nõ habet: sed id tantũ quod supra circa p̃sentis capituli initiũ adduxim⁹. Ex quib⁹ omnibus hanc possumus elicere conclusionẽ: ꝙ tutissima res sit ob iam dicta fungos dimittere.

¶ Cap.clxxxiij. ostẽdit naturã pro

prietates et nutrimentũ tuberum que tartufele dicuntur.

Volẽtes ordinẽ alphabeti obseruare, nõ esset hic de tuberibus scribendũ: sed qr fungis in omnib⁹ fere suis operationib⁹ assimilant: ppterea nõ videt nobis irrationabile d ipsis imediate scribere post fungorũ determinationẽ: et vt legẽtes de eis iuxta positis facil⁹ valeãt virtutes ipsorũ intelligere. Dicam⁹ ergo cũ Principe nostro in.ij. canonis.c.d.cxcij.sic scribẽte. Tubera sunt ex substãtia terrea pl⁹ et aquea min⁹: et ĩ ipsis est arietas et subtilitas pauca: et sunt priuata sapore: et meliora eorꝫ sũt arenosa alba in qb⁹ nõ est odor mal⁹. Et que ex eis sunt sicca deteriora sunt humidis: et illa qdẽ q̃ elixant post excoriationẽ et scissionẽ cũ cultello cũ aqua et sale: deinde coquunt cũ oleo et almuri: et specieb⁹ cõdiẽtib⁹ sũt meliora. Et deteriora eorũ genera sunt fungi: et p prie cũ nascunt sub arborib⁹ et in terra mala sunt grossa valđ: et prebẽt nutrimẽtuꝫ grossuꝫ melancholicũ: et nõ appropinquat eis in hoc aliqd. Et eorũ quidẽ tyriaca ẽ vinuꝫ puruꝫ: et species cõdientes assumere. Et si elixẽtur deinde coquant: et cuꝫ eis cõdiant. generat ex eis nutrimẽtuꝫ grossum nõ maluꝫ: verũtamẽ saporẽ nõ habẽt: et timetur ex eis paralysis et apoplexia: sunt tarde digestiõis ĩpediẽtia et grauãtia stomachũ: et sunt grossi chimi. Et subdit ꝙ Gal. in quodã loco ait. ꝙ nõ sint mali chimi: faciũt tñ incurrere colicaꝫ et difficultatẽ vrine. Ego autẽ inueni Gal. in li. de euchimia de ipsis sic scribentẽ. Moderate autẽ est pachichimuꝫ et vocatur iduũ.i.trifula: nõ tñ ẽ cachochimũ. Hec est series verboruꝫ ei⁹ put in nostra habem⁹ trãslatione que nihil de colica facit mẽtionẽ: attamẽ credendum est principi: cũ rõ dicti sui sit in p̃optu. etiã p verba Gal. in libro de subtiliante dieta.c.ix. sic dicentis. Quid aũt oporteat dicere de oleribus quorũ nõ solũ radices: sed etiã pductiones et folia phlegmaticũ generant humorẽ: sunt autẽ de hoc genere trifule: attamẽ quecũqꝫ in arena et minus humida cõsistũt terra: deficiũt a malicia fungorũ etc. Generãdo aũt phlegmaticũ humorẽ et colicã facile poterunt causare: vt ei recte imposuit Auicẽ. Qđ similiter cõfirmatur p Rasim in.iij. Almãsoris.c.xviij. sic dicẽtẽ. Tubera frigida sunt et grossa: phlegma quoqꝫ generãt crudũ: que aũt ex eis roborẽ habẽt mala existũt: quorũ multa comestio colicã generat: nec ẽt absqꝫ calidis sũt edẽda ꝯdimẽtis: fungi tñ tuberib⁹ valde sunt deteriores. Et in.xxiij. cõtinẽtis.c.cccccclvj. idẽ dixit autoritate Galie. Bimmasui Cum et reliquorꝫ pluriũ antiquorꝫ: quorꝫ dicta eadẽ sũt cũ supiorib⁹: et iõ ob tedio sã plixitatẽ ea nõ adducem⁹: id tñ nõ ptermittam⁹. qđ ipe Rasis inqt i.xxv. li. eiusdẽ.c.j. de tuberũ p̃parationeverbis istis. Si elixa fuerint in aqua: sale et origano: aut in oleo et ossa fetida annihilabit id qđ generãduꝫ est de eis ĩ stomacho de phlegmate viscoso: et similis cõditio debet fieri in fungis. ꝙ si inuenit post comestionẽ ipsorũ ponderositas: debes bibere de vino simplici: aut de aqua mellis: aut de tyriaca dragmã vnã: et ea ppter hmõi res a nobilissimis viris: quibus precipue hũc nostrũ librũ scripsim⁹: minime debent mãducari: eo ꝙ eorꝫ cõplexiones sunt vt plurimuꝫ delicate: et stomachi ipsorũ debiles tubera fungos et talia grossa bene digerere nõ valentes. quare fugiant ipsa.

¶ Cap. clxxxiiij. ostẽdit naturã melonũ et pprietates eorꝫ in vsu nutrimenti: declarando qui eorꝫ deteriores: et q̃ nouici minus existant.

Melões dicti a Gal.in.ij. de alimẽtis.c.iiij. melo popones inter reliquos oleruꝫ gr tiores haben tur: quorũ due sunt spe cies. Aliqui eñ oblõgi qui ꝓprie melopopões dicunt a Gal. vbi supra. Quidã vero alij rotũdiores sunt ꝛ dulciores: q̃ pepões ab eo ꝛ ab oĩbus nuncupant. Ideo dicam⁹ de na tura ꝛ ꝓprietatib⁹ vtriusq̃. ꝛ primo cum Auerroi in.v.colliget.sic de her bis ꝛ olerib⁹ dicẽte. Melones sunt fri gidi multe humiditatis: ꝛ habent ab stersionẽ. ꝛ prouocãt. vrinã: ita ꝙ dici tur ꝙ q̃ vtitur multũ brodio eoruꝫ est cautus ab egritudine arenarũ. halia bas autem in.v.theorice.c.xviij.sic de ipsis ait. Melõ frigidus est ꝛ humid⁹ in scdo gradu: cito a stomacho descen dit: vrinã prouocat: ꝛ post pauca sub iunxit. Celeris eñ est corruptionis in stomacho celerisq̃ alterationis in ea que in stomacho ĩuenit. ꝛ ait Gal. ꝙ si in stomacho corrupt⁹ fuerit veneno primuꝫ est hec ipse. hoc etiam sensit Auicẽ: in.ij.canonis.c.de batheca: cuꝫ sic ait. Melõ est melioris humoris q̃ batecha: ꝛ ei⁹ caro est digestiua ab stersiua ꝛ ꝓprie eius semẽ. ꝛ matura ꝛ immatura ambe sunt abstersiue. et cõuertit eius caro ad quẽcũq̃ humo rẽ in stomacho inuenit: ꝛ est ad phle gma vehemẽtius decliuis q̃ sit ad cholerã ꝛ q̃ ad melãcholiam: ꝛ non cõuertitur velociter: id est nõ cito dige rit. Et ꝙ ita intelligẽdus ꝛ exponẽd⁹ sit: patet per ipsuꝫ dicentẽ infra. Me lo est tarde digestionis nisi quãdo co meditur cũ eo qd̃ est interius eius. ꝛ ipsius quidẽ nutrimẽtuꝫ est rect⁹ ꝛ ei⁹ humor est cõueniẽtior: oportet prete rea vt cibuꝫ nõ sequat aliuꝫ: ꝛ demuꝫ circa finẽ capituli dixit. Et melo q̃deꝫ est minoris ꝓuocatiõis q̃ batecha: et ẽ magis abstersiu⁹. ꝛ velociores descẽ siõis pcipue q̃ ẽ mellis id ẽ dulcis valdẽ cũ aũt corrũpitur in stomacho cõuer titur ad naturã venenosam: oportet ergo vt cũ grauat extrahatur veloci ter. Exꝫ dulcius de ipsis scripsit Isaac in particularibus.d. dicẽs. Melones estiui duob⁹ modis sunt rotundi et lõ gi. vterq̃ vero frigidus est ꝛ humid⁹ in medio scdi gradus: rotundi vero vi scosiores ꝛ grossiores sunt. Causa eñ rotunditatis est hec: liquor eoruꝫ q̃ viscosus est ꝛ grossus natãdo in sup ficie diuidit se circa latera. Lõgorum vero liquor q̃ subtilis est ꝛ aquosus: effluit ꝛ discurrit inferius: idcirco ipsi elõgãt ꝙ testificat ĩhmõi rõne Sapor eñ rotũdi aliquãtulũ dulcedini vici natur: lõgi vero sapor quasi aqua est sapide dulcisq̃ rei grossitudo ꝛ visco sitas dominat: vnde longus minus nocibilis est parumq̃ colatiu⁹ mũdi ficatiu⁹. rotundus autẽ nocibilior et magis colatiu⁹ ꝛ vrine prouocatiu⁹ arenã ꝛ lapidẽ a renibus ꝛ vesica ex pellit. qd̃ ei⁹ saporsitas: testatur. vide mus enim corpora ab eis fricata ab omni mundari sorditie vtriq̃ tamen ad corruptionem parati sunt. Mutan tur etiam in humorum qualitatem in stomacho existentium siue choleri ci siue phlegmatici sint. Idcirco sto macho nocent eiusq̃ neruos mollifi cant: eiusq̃ lubricitateꝫ prestant. Qd̃ si cibum in stomacho inuenerint: mi scentur cum eo ꝛ causa lubricitatis ci bus egreditur prius q̃ coquatur: in intestinis etiam rugitum ꝛ inflatio nem ventositatẽq̃ faciunt: ꝛ nonnum q̃ vomitum ꝛ abominationem: ideo q̃ manducentur ante omnem cibum stomacho ab humoribus inanito: nec alius accipiatur cibus quousque ipsi videantur esse Digesti. Si sic enim accipiantur digestioni obedi unt: ꝛ bonis chimis assimilantur: li cet eorum conuersio phlegmatica sit quibus econtra datis frigidi et pes simi ex eis generantur humores. fiũt

q causa malarū generandarū febriū maxime cholericis et calidis naturaliter: quod fit ob sue velocitatē cōuersionis et mutationē sui in cholericū humorē: sed vt nocumētū eorū auferat: dentur in fine eorū oxiacara: maratrū mastix: phlegmatice cōplexionis homines accipiant oximel zinziber conditū aut diaciminū et parū bibant vinū. Cōcludamus ergo cum Auicē. in xiiij. tertij. c. xx. sic dicente. Nō est malum pro epate calido sumere melōes duros parue dulcedinis. Uerumtamē qui colicā pati cōsueuerūt ab eo abstineant: qm̄ vt idē ait in. xvj. eiusdē trac. iiij. c. xxviij. Melon dulcis ante cibū in dispositione sanitatis est nociuus plurimis colicarū. Melon etiā dulcis propter vehementiā sue prouocationis p̄ducit ad igrossationē sanguinis: teste eodē in prima quarti trac. secundo. c. lxv. et ideo confert cholericis. Hoc quoq sensit Gal. in secundo de alimentis cū dixit. Natura peponū est frigidior cū humiditate sua copiosa et abstersiuum aliquid habēt propter qd̄ et mouent vrinas: et secedunt stercus magis cucurbitis et cetera. Deinde subdit. Pepones parum operantur chimū in corpore. et magis quando nō bene digeruntur: et cholericos facere cōsueuerunt et corrumpi et ad vomitū idonei et amplius comestū sup ip̄m aliqd eucchimorū eduliorū. Et p̄pterea ipse iterū dicebat in lib. de euchimia. c. v. Citrulli melones et meloppōes sunt fructus: quorū nullus est euchimus: et si nō cito subeunt corrūpunt scd̄m vētrē in eū qui fit ex eorū corruptione humorē et propinquū mortiferis pharmāticis operant. A quo Rasis in. iij. Almansoris accepit. c. xx. dicens. Melones dulces velociter in cholerā conuertunt rubeā. alij v̄o sitim sedant et humectant: atq vrinā p̄uocant. quibus si quis in comestione multū vsus fuerit: colericā patietur passionē. et propterea dixit in. xxv. cōtinētis. c. j. Post comestionē melonū sumere debes de thubere et zizibere. et si fuerit calide cōplexionis: post comestionē ipsorū sumere debet in potu de sirupo aceto so. Procurandum est itaq vt tāta ex eorū quātitas assumatur quod digeri possit et cito subire: ne i stomacho corrumpātur: obseruādo que de mente Isaac et aliorū supra diximus. De melongia v̄o quā nō vtimur. et quia ab oibus antiquis est reprobata: nō scribemus: sz ipsam tanq̄ inutilē et fugiēdam et re ipsa et pertactione relinquamus.

¶ Capi. clxxxv. icipit p̄tractare de fructibus arborū: declarando quibus naturis humidi siue recētes: et quib⁹ cōplexionib⁹ sicci fructus conueniant.

Ostq̄ de fructib⁹ olerū vt p̄miseram⁹ sermonē cōpleuimus: reliquū est vt de fructibus arborū in presentiarū agamus consuetū ordinē alphabeti obseruando: vt sine querendi labore determinatio. et capitulū vniuscuiusq fructus facile inueniat: nō aliter de humidis et de siccis sepatum faciētes sermonē: sz d ipsis iuxta eorū initia et p̄ut cōtingerit: loquemur: hoc tn̄ prenotantes q sicut humidi fructus phlegmaticas habētibus cōplexiōes incōuenientiores sint q̄ cholericis: sic et sicci ecōtrario. Et idē de stomacho pariter est intelligēdum. Qui enim stomachū frigidū et humidū hn̄t: non tm̄ a siccis q̄tū ab humidis fructibus ledunt. Cui⁹ rō hec est: qr frigidi fruct⁹ et humidi vt oēs ferme recētes existūt: vt de melonib⁹ dixim⁹: frigidum stomachū et humidū itrātes: et eū phlegmaticis humoribus repletū inueniētes: cōuertunt in cōsimilē eorū naturā

scꝫ in frigidos ꝛ humidos humores: cũ in habẽtibꝰ symbolũ facilioꝛ sit trã sitꝰ: vt dixit Aristo. in libro de generatione ꝛ corruptiõe. ꝛ Auicẽ. in. ij. i. c. de signis cõplexionũ cũ sic iqt. Cõuersio i genere ꝓportionali est facilioꝛ cõuersione ad cõtrariũ. Sic ꝛ fructus sicci ꝛ hi precipue q̃ vnctuositatẽ habẽt: facile in stomacho calido in fumositateꝫ ꝛ in cholerã permutãtur: ꝛ ideo nõ ita cõueniunt cholericis sicut phlegmaticis. sicut ecõtra de humidis ꝛ recentibus diximus: ꝙ magis cholericis q̃ aliijs cõferãt personis. Et ꝙ ita sit: patet per rõnẽ preadductã. Et per autoritatẽ Isaac in. v. d. c. xxv. dicentẽ. Qui furctuũ grossorũ ꝛ siccorũ ꝛ durorũq; corticuꝫ sunt: cortices molles ꝛ teneros habẽtibꝰ peiores sunt. qꝛ duricies ꝛ grossities corticuꝫ substantiã grossam ꝛ terrestrẽ ostendunt ꝛ in stomacho durã digeri ꝛ velociter ad fumositatẽ cõuertibilẽ in stomacho sicce cõplexionis manito: citoq; cõuertitur in putredinẽ ꝛ ventuositatẽ in stomacho frigido maxime ciba pleno. deinde subdit. Omnis fructꝰ grossi corticis terrestris nõ caret oleositate ꝛ vnctuositate naturaliter: vnctuositas autẽ ꝛ oleositas ad cõuertendũ in fumositatẽ ꝛ in gñã cholerica sunt procliuia et in putrudinẽ ꝛ in gñã venenosa ꝛ propterea cõcludit deinde. Qui fructuũ cortices habẽt duros ꝛ siccos: peioris sunt nutrimẽti sicut amigdale ꝛ nuces ꝛ nucicule ꝛ similia. ꝛ maxime si sint siluestres: qꝛ sũt sicciores ꝛ ad digerẽdũ duriores: quanto igitur fructꝰ sic ci antiquiores fuerint tãto deteriores existũt. qꝛ continue vnctuosiores fiũt vt de admigdalis nucibꝰ festicis ꝛ huiusmodi est videre: que cũ inueterãtur rancide fiunt ꝛc. et ideo in stomacho calido pessime reputant̄ sicut fructus frigidi ꝛ humidi in frigido vẽtre sunt suspecti quinimo prohibiti. Qua de re bene ꝑpendat vnusquisq; naturaꝫ suam: ꝛ humidis aut siccis vtatur fructibus scd̃m ꝙ ei magis conueniens fuerit: ne corpus cholera vel phlegmate repleat. Et hec pauca de hac materia in generali dicta sufficiant particulariora vero iam electo ꝛ abstinẽti medico conseruari relinquimus. Abstinenti inquam propterea ꝙ plures etiã doctissimos nouimus medicine professores: qui tanq̃ pueri quotidie fructibꝰ in eoruꝫ interitũ vtunt̄ ꝛ pessimis ꝛ iã ꝛ in magna quãtitate. Qui pro aliorũ sanitatis cõseruatione idonei minime videntur: eo ꝙ durũ quippe est: vt qui nescit tenere moderamina vite sue: iudex fiat vite aliene: vt Gregorius summus ꝛ beatꝰ pontifex inq̃t. quare ꝛ cetera.

Cap. clxxxvj. ostẽdit naturam nutrimẽtũ vtilitates amigdalarum in via cibi.

Amigdale: vt inquit Auerrois in. v. colliget. ꝛ haliabas in. v. Theorice. c. xix. tẽperate sunt in caloꝛe et humide suauis saporis ꝛ habẽt multas bonas proprietates: dicitur ꝙ habent augmatare substãtiã cerebri. ꝛ faciunt suauiter dormire: et abstergunt ꝛ mũdificant vias vrine: ꝛ sunt valde conueniẽtes macris. Qđ etiã voluisse videtur Auicẽ. in. ij. cano. c. lviij. cũ dixit. Unctuositas amigdale minoꝛ est vnctuositate nucis: cũ tñ in eis fiat vnctuositas plurima cuius causa rancidatur ꝛ est tardioris digestiõis q̃ nux. deinde subdit. Que dulcis est: equalis est ad humiditatẽ parum declinans: ꝛ amara est sicca in secũdo Et infra subiunxit. Dulcis bonũ ꝓbet nutrimẽtũ. licet paruũ. et comedere amigdalas dulces impinguat ꝛ cõfert ad visum: aperiunt etiã amigdale oppillationes epatis ꝛ splenis ipse nãq; aperiunt oppilationes acci

dentes in extremitatib⁹ venarũ: et cũ comedũtur recentes cũ corticib⁹ suis mundificãt hũiditates stomachi sunt difficilis digestionis ⁊ boni humoris ⁊ pauci nutrimẽti: ⁊ qñ accipiũtur cum zuccaro descendũt velociter. De quib⁹ etiã sic scripsit Isaac in particularib⁹ dietis. c. pprio. Amigdale dulces sunt calide ⁊ humide in medio primi gradus. vñ Gal. habẽt inquit amigdale amaritudinẽ sensui occultã ꝑpter sui saporitatẽ: verũtamẽ amigdalarum amaritudo vetustati accedentiũ palã ostendit. fitqꝫ earũ acutio velut nuces corporꝫ nutritiue: sunt dure tñ ac grosse substantie: digestioni difficiles pro sue vnctuositatis egestate proīde tardẽ cholericis assimilant humorib⁹ neqꝫ stomacho sicut nuces sunt nociue. Et post aliqua dixit. Si sufficietenus excorticent esuiqꝫ dẽtur digeri faciles fiunt: maxime si cũ melle aut zuccaro exhibeantur. Amigdale autẽ virides sunt tenuiores ⁊ laudabiliores ꝑpter earũ aquositatẽ: idcirco si in aqua calida vna nocte iaceant excorticate: fiunt in actione viridibus vicine: porro si virides prius ꝙ̃ cortices habeãt. elixent ⁊ edantur: gingiuas cõfortabunt: stomachiqꝫ calorẽ refrigerabũt ⁊c. Rasis quoqꝫ in .iij. Almansoris. c. xx. dixit. Amigdale dulces in calore sunt tẽperate: que lꝫ lenitatẽ gutturis faciant graues: tñ existunt diuqꝫ in stomacho morantur: verũ ipse nõ solũ oppillationes nõ faciunt: verũetiã oppillationes aperiunt: atqꝫ vrine sedant ardorem: ⁊ cũ zuccaro comeste sperma augmentãt. Et in lib. xxv. continentis. c. cccccccxcij. Archagenisij sic scribentis inquit. Amigdale sunt calide: ⁊ humide: ⁊ humor ipsarũ est laudabilis. et subdit dixit Ruffus in libro regiminis. Amigdale prouocant vrinã: ⁊ cũ difficultate digerũtur. Et postea circa finẽ capituli subiũxit. ⁊ Sindisar inquit ꝙ impinguant: ⁊ augẽt actũ venereũ. similiter inquit Bimmasui. Amigdale dulces calide sunt ⁊ humide in primo ⁊ si comedũtur cum corticibus: conferunt in dolore oris: ⁊ abstergũt quod in pectore fuerit ⁊ pulmone de humiditate ⁊c. Sed sapiens Gal. in secũdo de alimẽtis cap. xxvij. sic ait. Amigdale totaliter nõ participãt stiptica qualitate: preualet eñ in ipsis abstersiua ⁊ subtiliatiua: ꝑpter quã expurgant viscera: ⁊ ex pulmone ⁊ thorace expuitiones operãtur humorꝫ: dixit deinde ꝙ ad subductionẽ non sunt vtiles. ⁊ ꝙ alimẽtum corpori dant modicuꝫ: quare decipiũtur qui eas plurimũ nutrire existimant: licet aliꝫ conuenientes sint.

¶ Cap. clxxxvij. ostendit naturã ⁊ nutrimentum auellanarum cum suis iuuamentis et nocumentis.

Auellane: teste Auer. in v. colliget. i nullo differunt a nucibus: nisi ꝙ non prouocant vomitũ. sed Princeps Auicẽ. in ij. canonis. c. xliij. dixit Eius qdẽ. s. auellane terreitas maior est terreitate nucis: et nutribilior nuce qm̃ est magis solida: ⁊ minus vnctuosa: ⁊ tardioris digestionis: cuius natura ⁊ cõplexio decliuis est ad vnctuositatem quãdam ⁊ siccitatẽ paruã: ⁊ generatur ex ea cholera: ⁊ in ipsa est stipticitas maior ꝙ̃ in nuce: ⁊ in ipã etiã est inflatio: ⁊ generat ventositates in ventre inferiori: facit soda: scꝫ dolorꝫ capitis: ⁊ comedit cũ pauco pipere et maturat corizã. ⁊ hyppocratis inquit Auellana in cerebro facit augmẽtum ⁊ si comedit cũ aqua mellis: ꝯfert tussi antique: ⁊ adiuuat ad expuendũ: est tarde digestionis: ⁊ excitat vomitũ: ⁊ est tardioris digestionis ꝙ̃ nux cõfert venenis ⁊ morsibus: ⁊ precipue cũ ficub⁹ ⁊ ruta ⁊c. Que fuit haliabatis sen

tentia in.v.Theo.c.xix.dicētis.Auellana calida est ꝛ sicca terrea parū habēs vnctuositatis:grossamq̧ hꝫ substantiā digestionis tarde:vñ ꝛ plurimum nutrit.Aiunt autē medicoꝝ quidam:qm̄ si auellana cū aneto añ cibū sumat̄ nō plurimū fiet comedēti nocumentū:deinde a letali potu vel morsu reptiliū ꝓderit si cū ficubus comedatur.A quib⁹ videt̄ accepisse Jsaac in dietis particularib⁹.c.ꝓprio dicēs. Auellane sunt frigidiores ꝛ pōticiores q̄ȝ nuces:earuꝫ enim corpora sunt spissiora ꝛ solidiora vnctuositate carentia hac de re plus nucibus sunt nutritiue tardiores ad digerendū:ꝛ ad descēdēdum de corpore:inflationem in vētre generant:maxime si cū interiori cortice accipiātur:que aūt ab interiori cortice ablate fuerint:digestibiliores fiēt ꝛ vtiles antiquam habentibus tussim precipue si pistate vescātur cū melle. Quibus etiā cum modico pipere assatis reumatizantibus cito subueniunt. Que vero in ieiunis assumpte fiunt: cōtra venenū valēt ꝛc.hoc ideꝫ sensit Rasis in.iij.Almansoris.c.xx.dicens. Auellane nucibus min⁹ sunt calide: grauioresq̧ ipsis existunt:q̄ a scorpione pūctis beneficiū prebēt.Et in li.iiij. suoꝝ aphorismoꝝ dixit.Nuces ꝛ auellane male stomacho ꝛ epati:hūores malos efficiunt in ieiuno.Oppositum tñ velle videt̄ Aui.in.ix.tertij.c.xx.cū ait Passe ficus ꝛ auellane sunt amice epati ꝛ vltimi iuuamēti.in cui⁹ capituli fine dixit.Auellane sunt cōuenientes oībus epatibus:qm̄ ipse nō sunt vehemētis caliditatis:ꝛ sunt aperitiue:et chimus earum est bonus. Et in.c.xxj. eiusdē iterū inquit. Passe ꝛ auellane nō plurimū calefaciūt:ꝛ sunt aperitiue oppillationū:ꝛ sunt boni nutrimenti:lꝫ parui:quāuis ipse id minime dicat.Et q̄ʒita sit apparet p Gal.in.ij.de alimētis.c.xxvj.dicentē.Neq̧ vsus nucum neq̧ auellanarū multū nutrimentū dat corpori.Et post aliqua etiā sic inquit.Digeritur nux magis q̄ȝ subtilis nux:ꝛ magis eustomachum est:et multomagis q̄ cū ficubus siccis comeditur.Quo autē modo cōcordādi sint Rasis ꝛ Auicē.si textus eoꝝ:ꝙ nō credo:correcti sint proculdubio nō intelligo:sed mihi persuadeo ꝙ dictū Rasis aliter in arabico sonare debeat:qualiter vero sapiētiori iudicio relinquam⁹ ꝛ si quis eos discordes esse hac in re: sicut ꝛ aliquib⁹ alijs dicere nō vereretur forsitan nō erraret:quare ꝛc.

¶Cap.clxxxviij.ostendit naturā ꝛ proprietates castaneaꝝ nutrimētūq̧ atq̧ modū coctiōis ꝛ preparationis ipsarum.

Castanee in nūero glandiū reponi vident̄:propterea ꝙ de ipsis post glandiū determinationē sermo fiat ab autoribus:ꝛ permaxime ex eo ꝙ de eis Rasis scripsit in.iij.Almāsoris.c.xx.dicens.Melioris glādib⁹ sunt nutrimenti:minusq̧ stringunt castanee:attamē ꝛ a nobilib⁹ etiā persepe manducātur in vltima cene mēsa.ideo de ipsis dicem⁹ cū Auerroi in.v.colliget sic scribēte.Castanea frigida est ꝛ humida in primo gradu. Scd̄m vero haliabatē in.v.theorice.c.xx. Earum cōplexio inter frigidū ꝛ humiduꝫ est temperata.Jsaac vero cui magis adherendū esse opinamur in ꝑticu . dietis i.c.ꝓprio ait.Castanee calide sunt in medio primi grad⁹:ꝛ sicce in scd̄o. Et significatio earū caloris est dulcedo earūq̧ saporositas:ꝛ pōticitas siccitatem innuit.sed tamen ad glandiū comparationem sunt ad digerendum faciles ꝛ nutribiles:tussientib⁹ ꝛ phlegmate non multum nocive.nec multū stiptice nec multum diuretice.Que tamen plerumq̧ non accipiantur:q̄ȝ cerebro esui date inflationem ꝛ capitis

faciunt dolorē propter digestionis du ritiem ꝛ fumū in stomacho clausum: sed ab eis nocumentū auferat ꝛ stipti ciores fiant: assari eas oportet vt eaꝝ corpus rarificetur: que siccitatē tem perant pectoris: ꝛ vrine difficultatem dissoluunt ꝙ si in aqua tepida infun- dantur: qꝛ earum complexio temperat ex aqua mollitie et humiditate ꝑinde sunt boni chimi in corpore generatiue cholerici tamen cū zuccaro eas come- dant: ꝛ phlegmatici cū melle secūdū medicinam vero virtutem habent lau dabilem: quia abominationis ꝛ vomi tus sunt constrictiue: ieiuni quoqꝫ sto machi confortatiue ꝛc. Que fuit etiā Gal. sententia in libro de euchimia ꝛ cachochimia. c. iij. dicentis. Castanee stipticum saporē habent: ꝛ omnino nō sunt cachochime et infra dixit. Fru ctus q̄ ab arboribꝰ accipiunt: fere oēs cachochimi sunt ꝑter castaneas: hec eñ bene digeste i vētre nutritiue sunt ꝛ nequaqꝫ cachochime. A quo ꝑnceps sumpsisse videt i. ij. canonis. c. de glan de. cū ait. In castanea est parū calidi tatis ꝑpter sui dulcedinē: ꝛ in ipsa est abstersio: ꝛ i eis oībus ē inflatio in vē tre inferiori ꝛ stipticitas est tarde di- gestionis ꝛ boni nutrimenti. Si ergo cū zuccaro misceatur eius nutrimentū fit bonum. Gal. quoqꝫ dixit: ꝙ ipsa est mirabilior oībus granis adeo ꝙ est ꝑxima granis panis: veruntamen ca stanea ꝑpter illud qđ in ipsa ē de dul cedine nutribilior est glāde: cum tñ nu trimētum oīm sit hoībus illaudabile sed fortassis earū nutrimētum porcis laudatur. hec Auice. in loco allegato. Et postea subiūxit ibidē. Castanea fa cit soda: ꝑpterea qꝛ coarctat vaporē constringēdo naturā: et confert humi ditati stomachi: et confert dissinterie ꝛ fluxui intestinoꝝ ꝛc. hoc etiā attēden dum ꝙ ipse crude nequaqꝫ māducet: dicente Gal. in lib. de subtiliāte dieta. Castanee magis praue sunt q̄ crude: praue vero minus si elixētur: siue as- sentur: siue frixentur. Pro regula quo qꝫ obseruandum est ne in multa assu mātur quātitate propter stipticitatē grossiciem: ꝛ ventositatem earū: cum dicat Gal. in libro de euchimia ꝛ ca- cochimia superius allegato. Et si ca stanee oīno nō sint cachochime: caue- re tñ vt oportet palā ab harum mul- titudine non solum qꝛ pachichime .i. grosse: sed qm̄ cōstipatiue sunt vētris ꝛ difficile digestibiles ꝛ inflatiue. Me- morandūqꝫ mihi videt id in earū de- coctione. qđ supra in. c. de rapis dixi- mus. s. vt non coquant in frixorio sup flammā: qm̄ inde malū acquirūt qua litatē suffocantē a fumo ꝛc. vt eo in lo co dictum est. Quare inter prunas po tius coqui debent: vt ventositatē sup- fluam amittant: ꝛ cum zuccaro in fine mense poterunt in pauca quantitate manducari. quare ꝛc.

Cap. clxxxix. ostēdit naturā ce- rasorum dulcium ꝛ acriū cū eoꝝ iu uamentis ꝛ nocumentis.

Cerasa sunt grana ma- gna prunis similia: vt Serapio inquit. q̄ etiaꝫ dixit autoritate Galie. Sunt ex eis dulcia ꝛ pō tica ꝛ acetosa: ꝛ dulcia descendūt a stomacho cito: ꝛ iuuamē tum qđ inferunt ei est paucū: ꝛ ponti- ca faciunt cōtrarium huius: acetosa vero desiccant plus q̄ꝫ pontica: ꝛ cum hoc est in eis res incidens: ꝛ cōferunt stomacho phlegmatico pleno super- fluitatibus. Et infra dixit autoritate Diascoridis. Quādo cerasa admini- strant humida molliūt ventrē: et sic ca retinet. Sed Rasis i libro. xxiij. cō- tinentis. c. ccccccvij. Gal. autoritate sic scripsit. In fructu huius arboris est sti pticitas: ꝛ hoc nō est cū equalitate: im mo dispositio in eo est vt est dispositio

in malis pomis et granatis: sed fructus huiꝰ habēs in se dulcedinē de stomacho descēdit de leui: ꝛ cōfert ei modice: tñ stipticus ecōuerso facit. Et acidus cōfert stomacho phlegmatico pleno superfluitatibꝰ ꝛ q: acidus desiccat magis ꝗ̄ ponticꝰ ꝛ cū hoc hꝫ in se partem incisiuā. Et dixit in libro nutrimēti. Fructus cerasi assimilaẜ moris cum stipticitate modica q̄ est in eo valde: ꝛ in parte est stipticitas manifestior similis stipticitati rubei: ꝛ pars ipsius est vehemētioris stipticitatꝭ ꝗ̄ rubeꝰ. Et possunt cognosci vires omniū specierum ipsius de eo qđ precedens est de moris ꝛ rubo: sed rubus canis vehementioris stipticitatis est: vt nutrimētum eius est modicū. Gal. vero in. ij. de alimentis. c. v. breuiter se de eis expediens ait. De cerasis sicut de moris possumus argumētari. similiter Isaac in particularibꝰ dietis. c. de prunis in fine sic scripsit de cerasis. Idem qđ de maturis prunis sentimꝰ: ꝛ nihil aliud de ipsis ait. Unde eoꝝ expressa cōplexio que sit a veteribꝰ nō inueniẜ. sicut ꝛ Michael noster inquit. frigida ꝛ humida tamē in primo ea ipse graduauit. Credimus tñ ꝙ plus humida sint ex eo ꝙ valde cito putrescant: ꝑpterea eligantur ex eis illa q̄ duriora sunt et solidiora: qm̄ talia nō ita de facili putrefiunt sicut ea q̄ tenera: vt manifestum est etiā in exterioribus: ꝛ magis gratia medicine manducenẜ ante cibum ꝗ̄ gratia nutrimēti. iuxta preceptum Gal. in libro de euchimia et cachochimia. c. vlti. dicētis. Abstinendū est a cacochimis nisi aliqñ laborātes hora estatis egeant sanare siccitatem ꝛ caliditatē totius corporis: idonea enīꝫ illo tempore sunt poma ꝛ pruna: ꝛ cerasa preassumpta: sed de citrullo ꝛ melone nō multum offerendum est sicut nec de melopone ꝛ persicis ꝛ huiusmodi. quare ꝛc.

Cap. cxc. ostēdit naturā et proprietates iuuamētaqꝫ citonioꝝ seu coctanorum in via cibi.

qui timent passiones caloris: et tẽpore magni frigoris nõ sunt nocive. Quod etiam voluit princeps in.ij.canonis.c. cccccij.cũ dixit. Nux est calida: cuius tiriaca est cum datur calefactis. oximel: et habentibus debilem stomachũ cum muri et aceto: et calida est in tertio et sicca in principio secũdi: et eius siccitas est minor caliditate ipsius: et in ipsa est humiditas grossa que delet cũ antiquatur. Facit soda: est difficilis digestionis et mala stomacho sed nutrita et recens est melior stomacho et minoris nocumẽti: et illud quã frangitur a duobus corticibus suis: et nux quidem nutrita cũ melle cõfert stomacho frigido: dico autẽ quod nux nõ est incõueniẽs nisi stomacho calido tantum. Facit bothor. Et quando comeditur cũ muri solvit. Multus vero vsus eius educit vermes paruos et ascarides: et est ex eis que cõferunt orbo et cũ ficubus et ruta comesta est medicina oibus venenis et ex ea cũ cepe et sale fit emplastrum super morsum canis rabiosi et reliquorũ. Similiter haliabas in.v. Theorice.c.xix.dixit. quod calida est et humida in secundo gradu et recentis calor est modicus. humiditas autẽ multa. Et post aliqua subdit. Est autẽ nucis cibus paucus: que autẽ vetus est facta comestioni nõ cõpetit: recẽs autem ventrẽ mollit maxime si cũ muri comedatur: nisi quod capitis dolorem facit si nimiũ comedatur: sitim etiã prouocat: et in cholera mutatur rubeã: magis autẽ que vetus est et si cũ ficubus comedatur prodest venenosorum veneno. et demũ cõcludit. Non est autem a nucibus sanguis generatus malus. A quo sumpsisse videtur Isaac in particularibus dietis cũ inquit. Nuces virides sunt minus sicce calide tamen: et habent aliquantulũ humiditatis propter maturitatẽ imperfectã: vnde paruz sunt sicce parumque stomacho nocive: que si a ieiunis comedantur cũ obsomogaro et aceto ventrem humectant: cũ ruta autẽ manducate sunt cõtra venenum. Sicce vero sunt tripliciter: quedã enim sunt tpi producẽti eas vicine quedã remote: et alie sunt mediocres: propinque sunt humide parum vnctuositatis habentes atque quidam ponticitatis in eis est: que quanto ab eodẽ elongãtur tpe: tanto corum cõsumitur humiditas: eisque vnctuositas dominatur: que tunc manducate cito in humorẽ cõuertuntur cholericuz quibus itaque vetustioribus existentibus vnctuositate multo magis dominante fit earum sapor et vetustissimuz oleum et cibi naturã augmentãt. Cetere vero nuces corporibus nocẽt: quia difficulter digeruntur: et stomacho nocẽt cholericis assimilantur humoribus: calideque inimicantur tussi: et prosequitur deinde. Nuces minus auellanis sunt nutribiles propter suorum corporum raritatem et sue vnctuositatis viscositatisque copiam: vnde villis stomachi semper sunt cõtrarie: nisi tamen stomachum inueniant temperatum: aut tãtum habentem frigiditatis quantũ caloris nunc repugnare valet. Idcirco tali fiũt stomacho nutrimenti boni boneque digestionis: calorẽ autem habẽti prestant vnctionẽ in cholericũque mutantur humorem ac fumos capitisque dolorẽ faciunt et in oculis vertiginẽ: sed vt ab eis omne auferatur nocumẽtum: mundate in aqua calida ponantur per noctẽ vt partez humiditatis ab aqua sibi mutuẽt fientque virides secundum vero medicinam valent: quia si cum ficubus ante cibum edantur cõtra rem venenosam corpus defendunt etc. Idẽ quoque Rasis sensit in iij. Almãsoris.c.xx.cũ ait. Nuces calide sunt: que in ore vesicas faciunt et calefaciũt ac capitis generant dolorẽ. Et in.iiij.suorum aphorismorum libro. Nuces auellane male sunt stõacho et epati: et hũores malos efficiũt in ieiuno. et.l.xxj. continẽtis.c.ccij.autor. Ga.l.vij.dixit. Nu

ces que nō sunt cōplete neq₃ desiccate
sunt replete humiditate indigesta. Et
autoritate Diascoridis ait. Nuces qñ
sunt mature sunt tarde digestionis: ꝛ
nocent stomacho: ꝛ generāt cholera₃
citrinā ꝛ faciunt sodam ꝛ nocēt tussi:
ꝛ si comedātur ante cibū de facili fa-
ciunt vomere: ꝛ comedētes eas cū ficu
sicca ꝛ ruta ante ꝛ post assumptionem
medicine mortifere ipsa non nocebit
eis: qm̄ talis mixtura est tiriaca ipsi⁹:
ꝛ multus vsus nucū purgat vermes.
Subiunxit deinde autoritate eiusde₃
in libro ciboꝝ ꝙ recentes sunt minus
calide q̄₃ sicce: ꝛ sunt plus humide aq̄
se insipide ꝛ sicce amotis primis exte-
rioribus grossis corticibus: si ponūtur
in aqua calida redeunt ad naturā nu
cum recentiū: ꝛ debēt comedi cū almu
ri ꝛ aceto ꝛ qñ sic comedūtur erūt mi-
noris nocumēti. Et nuces cōdite cum
melle stomacho conferūt ꝛ desiccant
eius humiditates: ꝛ sunt calide ꝛ sicce
ꝑpter species eis admixtas. Nos aūt
vidimus Gal. in. ij. de alimētis. c. xxvj.
sic de ipsis scribentem. Nux laxa est ꝛ
plus habēs oleaginū in se q̄₃ auellana
participat autē ꝛ qualitate stiptica ad
modicū: q̄ in tēpore procedēte marce
scit trāseunte tota ipsius substātia in
oleaginum humorē vt perfecte inesi-
bilis fiat ꝛ infra etiā dixit. Nuces hu-
mide ad secessum sunt idonee: sicce ve
ro minus. Ex quibus patet ꝙ calidam
habētes cōplexionem minime eas de
beant manducare: frigidi autē senes
ꝛ phlematici securius ꝛ in hyeme pre-
cipue.

¶ Cap. cciij. ostendit naturā ꝓprie
tates ꝛ iuuamēta oliuarum suisq₃
cum nocumētis ꝛc.

OLiuarum duo sunt gn̄a: vt
dixit haliabas in. v. theori
ce. c. xix. alterū olei: ꝛ alterū
aque. Que magis nutriūt
olee sunt pontice vero sto-
macho cōferunt ꝛ ipsum excitant pro-
prie si cū aceto sumātur: sunt autē me
die inter subtile ꝛ grossum. Que autē
perfecte sunt maturitatis calide sunt
temperati caloris: immature autē fri-
gide. A quo princeps videtur accepis
se cū dixit. Oliue mature sunt calide ꝛ
imature sūt frigide de quib₉ subditi i eo lo
co. s. in. ij. cano. c. cccccxxix. Oliue q̄dē
sūt ex eis que nutriūt parū per: ꝛ oliue
quidē cum dispositione sua sunt diffi-
cilis digestionis et grosse: earū salite
sublenant appetitum: ꝛ cōfortant sto-
machū: et generant humorem stipti-
cū: ꝛ acetose sūt magis receptibiles di
gestionis oēs q̄₃ alie. Isaac vero lōge
clarius distinctius diffusiusq₃ de ipsis
ꝯtractauit cū i particularibus dietis i-
quit. Oliue duobus modis diuidunt
Domestice. s. ꝛ siluestres. ꝛ iterū do-
mestice trifariam: cū sūt pontice viri-
des ꝛ nō mature. Secundo cū sūt ni-
gre perfectā habentes maturitatem.
Tertio cū sūt iter hec mediocres ru-
beum habentes colorē. quas Diasco-
rides appellauit hyacinthinas. Viri-
des autē que sūt pontice ꝛ immature
in duas diuidunt: i aquaticas. s. quas
fugimus: qm̄ nil vnctuositatis i eis re-
peritur nisi paruissimum. Oliue vero
que recte aquatice vocantur sunt ter-
restres: qḋ ponticitas sueq₃ vnctuosi-
tatis testatur inopia: ꝛ ob hoc ad fri-
giditatem ꝛ siccitate₃ pertinent: vnde
stomachi sunt confortatiue magis ce-
teris oliuis: ventris tñ constipatiue ꝛ
minus omniū corporis nutritiue ꝛ ad
digerendū tardiores: paruitas nutri-
menti fit ꝑ sue vnctuositatis inopia: ꝛ
ob digestionis tarditatem ad frigidi-
tatem ꝛ duriciem: quas multi prepa-
rant cū sale ꝛ aceto: quidam vero cū
sale ꝛ aqua: nōnulli vero cū aceto. S₃
q̄ cū sale ꝛ aqua cōdite a sale accipiūt
quādā₃ acuminis ꝛ siccitatis partē vn
de sanguini incēdiū prestāt: stomachi
neruos mordicant: sunt etiā difficiles

ad digerendũ ꝓpter grossitudinem ⁊ duriciem earũ: tamẽ acumen pungit intestina vnde citius egerunt. Que autem cum aceto preparate sunt tenuiores existũt proinde cholere rubee acumen extingunt: appetitũ excitant maxime si in medio prandij accipiantur: que si digestioni obediẽtes sint optime sunt: stomachũ confortant ⁊ ventrem stringunt. Nigre autẽ oliue que ad maturitatẽ peruenerũt calide sunt ⁊ mediocres inter siccum ⁊ humiduз: quas tamẽ Diascorides dixit siccitati pertinere Gal. vero testatur eas habere humiditatẽ. Possibile est enim: quod earuз saporositas ac vnctuositas innuit illam humiditatẽ habere hac de causa cibus earũ multũ nutribilis ⁊ grossus ⁊ mollificans stomachum tardus ad digerendũ: facilis autẽ ad egerendum. Tarditas digestiõis fit propter vnctuositatẽ cibum natare facientem in summitate stomachi ⁊ cohibentem ad locum decoctionis descendere. Facilitas autẽ digestionis fit ꝓpter vnctuositatẽ in stomacho lubricitanteз: vñ priusquam digeratur descẽdit a stomacho: idcirco ad priorum. s. ad terrestrium ⁊ ponticarum cõparationẽ sunt illaudabiles: quia incõuenientẽ ⁊ illaudabilẽ generant chimũ presertim si sint cũ sale cõdite. nõnunquam enim in cholerã cõuertuntur. Hyacinthine vero minus nigris sunt nocibiles ꝓpter vnctuositatis sue ponticitatisque inopiã. proinde aliquãtulum stomachũ cõfortant chimus tamen quẽ iste rubee generãt oliue est secundum earũ colores: de nigris videlicet niger de rubeis rubeus generatur cibus. Quod testatur Gal. cũ ait. Oliue rubee colorem faciunt quasi vitellum oui ⁊c. Et postea subiunxit. Oliue nigre perfecte maturate cito in humorum corruptionem transducuntur: stomachum molliunt ⁊ ventrẽ humectãt: liз secundum medicinam sint vtiles ⁊c. Quod sensit etiã Rasis in. iij. Almansoris. c. xix. dicens. Oliue de aqua calide sunt ⁊ sicce: que si ante cibum comedantur: ventrem mouent: ⁊ os stomachi robustũ reddunt. Oliue autẽ de oleo calidiores sunt: quia ⁊ os stomachi minus corroborãt: ⁊ ventrem magis fluere faciunt ⁊c. Sententia quoque Gal. in. ij. alimentorum. c. xxv. dicẽtis est. quod oliue paucũ dant corpori alimẽtum: ⁊ maxime que summe maturate sunt: ⁊ que vnctuosum chimũ habẽt ⁊ subdit. Idoneissime oliue sunt ille que in aceto reposite sunt: stipticũ enim habent chimũ ⁊ roborãt stomachũ ⁊ excitant appetitũ. ⁊ in lib. de dissolutiõe cõtinua dixit. Et oliue aque quando comeduntur ante cibũ cũ muri: idest sale leniũt ventrẽ ⁊ quando etiã comeduntur post cibum sine muri: ⁊ maxime que sunt ponticae cũ aceto cõfortant stomachũ ⁊ deprimunt cibũ: ⁊ hac de causa comedũtur. hec ipse. quare ⁊c.

Cap. cciiij. ostendit naturã proprietates iuuamenta persicorum ⁊ nocumenta.

Persica: vt inquit Auerrois in. v. colliget sunt frigida ⁊ hũida: habent generare humores corruptos ⁊ putridos: ⁊ aliquando cholericos: et habent mirabilẽ ꝓprietatẽ resistẽdi fetori: qui prouenit a stomacho ⁊ odor suus valet cõtra cardiacã passionem. Sed ante persica que nusinus dicuntur: sunt eiusdeз nature cum persicis: sed nõ habent illam proprietatẽ ⁊c. Auenzoar etiam in suo theisir. c. j. dixit de eis: ⁊ cognitum est etiam quod comedere persica: quamuis multorum sint nocumentorum: habent oris fetorem remouere vitio stomachi procedentem ⁊ nullum aliud scitur in eis iuuamentum. et Haliabas in quinto. Theorice. capitu. xix. similiter scripsit. Persicũ frigidũ est ⁊ humidũ phlegma

generãs ⁊ explicando duas species eius inqt. Qđ tenerꝫ est ⁊ ossibus facile mundatur: citius ẽt digeritur ⁊ a stomacho dimittitur. quod autẽ ossibus cõglutinatur. ⁊ substantiã hꝫ duram tanꝙ immaturũ grossus est ⁊ tarde digestionis. Et post aliqua subiũxit. Persicũ si frigide domini comedãt cõplexionis: accipiãt post illũ zinziber conditũ: aut mel apũ ⁊ hmõi. A quibus accepisse vr̃ Auicen. scribens de ipsis diffusius in .ij. canõ. c. cccccclxvj. ⁊ dicens. Persica sunt frigida in fine secundi: humida in primo infra tamẽ finem eius. Que cũ sint humida veloci sunt putrefactionis: lenitiua: lꝫ in ipsis sit stipticitas aliquãtula: ⁊ precipue illis q̃ sunt exiccata aut immatura. Matura sunt bona stomacho: ⁊ in eis est virtus faciẽdi appetitũ cibi. Et oportet qđem vt nõ comedatur post alium cibũ: qm̃ corrumpuntur post euz ⁊ corrumpũt ipm: sed p̃cedãt anꝙ cibum accipiantur. Et que sicca sunt tarde digestionis: ⁊ non sunt boni nutrimẽti ꝙuis sint plurimi nutrimẽti: ⁊ illa: q̃ matura sũt leniũt vẽtrẽ: ⁊ q̃ imatura ta strigũt. ⁊ dixerũt qđã ꝙ ipa addãt i coitu: ⁊ vr̃ ꝙ illđ sit i corꝑib⁹ siccis ⁊ calidis. Et in .xxij. tertij. tract. ij. c. xxj. sic quoqꝫ de eis scripsit. Ego autem abhorreo ea q̃ sunt sicut persica ⁊ chrysomila: ⁊ similia q̃ replent sanguinem aquositate. Et in prima. iiij. tra. ij. c. lxv. ait. Persica p̃parata sunt ad permiscẽdũ putredinẽ. Quod ꝯfirmat Isaac in particularib⁹ dietis cuz inqt. Persica frigida sunt ⁊ humida in scđo gradu plurimũ similia chrysomilis: sed saporiora stomacho conuenientia non em̃ conuertuntur vt chrysomila: lꝫ chrisomilis sint similia: qꝛ eodem modo phlegma generãt persica ieiuno stomacho nocua sunt edenda. ⁊ post vetus vinuz odoriferꝫ est bibendum. Persica em̃ in duo diuiduntur: est em̃ quoddã albũ grande pilosum ruboris quiddã habens est. Et aliud paruum leue ruffum: vel citrinũ grande saporisqꝫ dulcis acriorisqꝫ cuiusdam humiditatis: humidius ac viscosius est. quare cõuertibile in phlegma grossum atqꝫ putredinẽ. manifestatur aũt hoc qm̃ si persicũ fixum ferro post paululum naribus apponas: odorez quasi putredinis senties: paruum aũt odoratiuũ a conuersione lõginquius existit. Dixit ẽt Rasis in .iij. Almãsoris. c. xx. Persica frigida sunt ⁊ grossa: que lꝫ ardenti ꝯferãt stomacho: dure tñ descendũt atqꝫ in sanguinem dure ꝯuertuntur. Qui aũt corꝫ esu vsus fuerit: febriũ flegmaticarꝫ incurret gñationem. Et in libr. iiij. suorum aphorismorum inqt. Persica febrib⁹ vrentibus cõferunt in principio ⁊ succus eorum in fine facit febres putridas si materiã habilẽ ad exeundum non inuenerit. In libr. xx. continentis c. cclxxvj. dixit autoritate Diascoridis. Persica sunt bona stomacho: laxant ventrẽ: ⁊ amara cõstringũt ⁊ sicca magis. Deinde subdit autoritate Gal. in li. ciborꝫ. humiditas ⁊ substãtia persicorꝫ sunt facilis corruptiõis: ⁊ male in omnib⁹ suis dispositionib⁹. Et ob hoc nõ debẽt comedi post aliũ cibum qꝛ supernatãt ⁊ tunc corrũpuntur. sed debẽt comedi ieiuno stomacho. idẽ quoqꝫ dixit autoritate Ruffi ⁊ filij mesue: superaddens ꝙ sumpta añ cibũ sunt facilis digestionis: sicca vero tarde dicens in fine capituli: ꝙ persica ꝯdita cũ melle cõferũt pulmoni: qꝛ mel remouet corꝫ grossitiem. Et inueni in libris medicinalib⁹ antiqs: ꝙ persica excitãt appetitũ: ⁊ sint bona stomacho calido: ⁊ valeãt contra sitim: ⁊ inflationem stomachi ⁊ extingunt caliditatẽ extraneã: hec ipse in xxj. preallegato. Sed in .xxv. lib. eiusdem sic ait. Post comestionẽ persicorum debes bibere de aqua mellis cocta. Concludamus ergo hoc capitu

lum dicentes cum Gal.in.ij.alimēto rum.c.xviij.Caro persici valde facile corruptibilis est ꝛ omni quaqꝫ paruū quare nō oportet.sicut qdā:post aliō alimentum auferre:corrumpit enim supernatans ꝛc. Hec igitur que dicta sunt obseruari debēt ab his qui volunt persica manducare:lꝫ tutius pro salute forent relinquenda.

Capi.ccv.ostendit naturā proprietates ꝛ iuuamenta pirorū simul:cum nocumentis eorum.

Pira non vnius sunt nature:teste Gal.in vi.de simplicib⁹ medicinis.c.xlix. dicente.partes hui⁹ fructus nō sunt equalis cōplexionis: qm̄ quedā illarum sunt terre.ꝛ quedā aquose. Sꝫ si tu vis dicere per alium modū.dicas ꝙ quedā illarū sunt frigide:ꝛ quedā sunt equalis complexiōis:ideoqꝫ qñqꝫ comedimus pira: ꝛ confortatꝰ stomachus ab eis.ꝛ sedant sitiꝫ ꝛc.hec ipse.Pira autem cruda:vt inqt Auerrois in.v.colliget.sunt frigida ꝛ sicca:sed matura temperata sunt.aut declināt ad paucam frigiditatē.Et hoc est qꝛ cōposita sunt ex acetositate dulcedine ꝛ pōticitate:ꝓpterea est eoꝝ virtus vētrē constipare:ꝛ eoꝝ proprietas est remouere sitim.Auicē.vo in.ij.cano.c.dxl. sic scripsit.in piris sunt terreitas ꝛ eqitas:ꝛ in nostra quidem terra est species que dicitꝰ senabruthi:ꝛ hꝫ magnā capacitatē:ꝛ est vehementis rotūditatis ꝛ subtilis corticis boni caloris valde quasi peruiū ꝛ quasi aqua zuccari coagulata congelata plurimum sed non ꝓpter spissitudinē substantie boni odoris valde.Quod cū ab arbore sua cadit super terram destruitur: ꝛ ista sunt in quibus non est nocumētum de speciebꝰ pirorum:quorum cōplexio tēperate est humida. Alia vo sunt frigida in primo ꝛ sicca in scdo.ꝛ omnes species eius sunt stiptice.Et eorum humor est plurimus ꝛ laudabilior humore pomorum ꝰm qđ dixit Ruffus.ꝛ illa que diximus sunt lenitiua nature ꝛ boni chimi valde:sunt ꝑparantia stomachum: ꝛ abscindunt tussim cholericā:constringūt ventreꝫ ꝛ proprie que sunt exiccata. Et in piris quidem est ꝓprietas faciendi euenire colicā:quare opꝫ vt bibatur post ipsa hydromel cū speciebꝰ:que sunt vt piper:cinamomū:ꝛ his similia: et qñ coquuntur cū fungis minoratꝰ nocumentū ipsorū.Isaac vero in particularibus dietis sic de eis ait. Pirorū stipticitas cū aquosa dulcedine commixta est:ꝛ pira diuiduntꝰ in duo:in domesticū ꝛ siluestre. Siluestre qdeꝫ est crudū:ponticū:duꝝ:grossum: nec ꝓdest:nec boni est saporis.Maturuꝫ vero pirū in primo gradu frigiduꝫ:in secundo siccuꝫ:generat in stomacho humoreꝫ laudabiliorē qꝫ mala coctana ꝓpter tēperamentū suū:ꝛ tñ diuersum ꝰm saporē ꝛ ꝰm cōplexiōes suas qđ ergo ponticum est terrestre ꝛ grossum et est stipticum compositum ex aerea substantia ꝛ terrestri parua: et est dulce temperatum ad calorē quēdam pertinens:ꝛ est aquosum ꝛ insaporosum ponticum autem minus nutrit.Sed plus egestioneꝫ facit:vomitumqꝫ cholericum stringit magis stomachum ꝛ intestina cōfortat:pro sua tamen asperitate ꝛ grossitudine:vel duritie nocet neruis stomachi.Unde oportet nos ingeniari:vt mollescat ꝛ amittat asperitatem:vt videlicet aut elixetur: aut secundum aque qualis de fumum suspendatur.aut opertum pasta assetur:aut cū melle condiatur in frustra concisum scdm complexionem accipiētis.Diascorides ait.Diximus pira ieiunis nociua esse ꝛ ipse vt

superauit pira ieiunis accepta cũ secundũ medicinã nõ accipiunt: sed secundũ gule appetitũ: ⁊ si usqꝫ ad saturitatẽ sumant precipue si põtica sint: quorũ proprietas si multũ de eis accipiatur a ieiunis: coliricã generãt passionẽ duram et incurabilẽ: maxime si crebro assuescãt: sed scd̃m medicinã ieiunis meliꝰ ꝙ̃ saturis comedunt. Saturis enim solubiliora sunt: ⁊ stomachum debilitãt propter superiorũ stomachi cõpressionẽ: ⁊ cõtẽtiue virtutis inferiorũ debilitatẽ. Stiptica vero q: ex aquosa ⁊ aerea substãtia cõposita sunt subtiliora ⁊ tẽperatiora sunt magisqꝫ nutriũt: ideoqꝫ stomacho minꝰ nocent: neqꝫ huiꝰ ingeniari necesse est sicut ponticũ. Et post multa dixit. Pira dulcia tẽperate sunt ꝯplexionis: q: minꝰ ceteris sunt frigida: quapropter calefaciũt ⁊ augẽt digestionẽ: valẽtqꝫ in his q̇ stomacho sunt frigidi ⁊ sicci. Insapora aũt pira pessima sunt: ⁊ abhorrẽtur a natura. Idcirco laboriosa ⁊ confusiua sunt stomacho ⁊c. Et ista fuit etiã sentẽtia Rasis in. iij. Almãsoris. c. xx. dicẽtis. Pira que multũ sunt dulcia non infrigidãt: oĩa tñ vẽtrem stringũt. Si aũt post cibũ comedant stercus cito expellũt: post cuius expulsionẽ eorũ finis est ventrẽ stringere: ⁊ in. iij. li. suorũ aphorismorũ sic quoqꝫ scripsit. Pira appetitũ nõ verũ remouent ⁊ intestinis nocẽt: ⁊ maxime longaoni: ⁊ tẽnasmon efficiũt. Cõsimiliter dixit idẽ in. xxiij. ꝯtinẽtis. c. dcxlix. autoritate Diascoridis: Galieni: Ruffi: Bimmasui: ⁊ reliquorũ sapiẽtũ. In xxv. vero eiusdẽ. c. j. sic quoqꝫ de eis inquit. Comestio superabũdans pirorꝫ generat colicã: vñ vti debes post comestionẽ ipsorũ aqua mellis cocti et laxatiua. Patet igitur ex his ꝙ solũ dulcia via cibi quãdoqꝫ possunt cõuenire: ⁊ propterea muscatella inter cetera que nos habemꝰ sunt meliora: ⁊ post ipsa iaccola iuniola sancti Nicolai de pola saracena ⁊ hmõi apd̃ nos inuẽta. Que a Michaele nostro: bartholomeo mõ. ⁊ a reliquis modernis suis in operibus cõmendantur ad sanitatemqꝫ approbantur.

¶ Capitulum. ccvj. ostendit naturam pinearum seu granorũ eius declarando vtilitates ⁊ proprietates eorum.

Pinee: vt dixit Auerrois in v. colliget: calide sunt ⁊ sicce in tertio gradu. Aui. vero in. ij. cañ. c. cccviij. sic inquit. Granum pini minus est fistico corticẽ habẽs minutũ frangibilẽ rubeũ scinditur a medulla alba vnctuosa suaui: et hec sunt grana magna paruũ autem granũ est triangulatũ ⁊ durioris corticis ⁊ acutioris medulle. qđ est meliꝰ ad medicinã ꝙ̃ ad cibum: magnũ est sicut equale ad caliditatẽ declinãs: ⁊ augmẽtatur humiditas ipsius in ipso est maturatio ⁊ lenificatio ⁊ resolutio et mordicatio ⁊ proprie in recenti: sed eius mordicatio deletur si infundat in aqua: ⁊ tunc cõpletur eiꝰ applanatio ⁊ glutinatio: ⁊ eius substantia est terrea aquea in qua est paruũ aeritatis: ⁊ granũ pini magnũ confert mollificationi ⁊ debilitati corporis comestũ: ⁊ exiccat humiditatẽ corruptã que est in eo: conferunt ambo humiditatibꝰ pulmonis ⁊ magnũ est difficilis digestiõis leniẽs cibũ: ⁊ virtꝰ eius mordicat stomachũ: nisi infundatur in aqua calida: comedant ergo ipsum calefacti cum tabarzet: idest cum zuccaro albissimo: ⁊ infrigidati cum melle: ⁊ tũc digeritur et fit bonũ etiam stomacho: ⁊ augmentum facit in coitu plurimũ quãdo comedit cũ tabarzet ⁊ melle ⁊ penidijs. ⁊ saturati ex eo paruũ sentiũt dolorẽ ventris pungitiuũ ⁊ ipsum vehementer abstergit humiditates renũ ⁊ vesice: ⁊

sice: ⁊ confortat eos ⁊c. Isaac quoq; in particularib⁹ dietis ait. Pinee sunt calide in fine secundi gradus ⁊ sicce in eius initio: quarũ due sunt spẽs: scz masculine que parue sunt: ⁊ feminine quarum forma est magna. Et mascu line sunt calidiores ⁊ sicciores que si in aqua calida fundãt laudabile dãt nutrimentũ ⁊ collectionẽ habentibus in pulmone ⁊ pectore subueniũt atq; tussientibus ex putrido mitigationẽ. Feminine vero sunt masculinis nutri biliores grossum ac laudabile faciũt ad dissoluendũ nutrimẽtuz. Sz tñ vti les sunt ẽm medicinã. sunt eñ leniti ne membrorũ asperitatis ⁊c. hoc etiã sensit Rasis in. iij. Almãs. c. xx. dicẽs. Pini fructus multũ calefacit corp⁹ q̃ in aliquib⁹ membris tremorẽ patiẽti bus: atq; asmaticis confert: sperma quoq; auget. Et in. iiij. li. suorũ apho rismorum sic ẽt ait. Grana pinee cali da ⁊ humida sunt: oppilatiões vena rum aperiunt in pectore vesica ⁊ reni bus: ⁊ hñt virtutez mirabilẽ. inq̃t Cra tim. ⁊ concessit Aristo. q͛ grana pinee humiditatem antiquã expellũt. ⁊ pro mouent humiditatẽ naturalem: ⁊ hic est virtus mirabilis. Idẽ quoq; dixit in. xxij. continentis. c. cccclxvij. autori tate Diascoridis Gal. Archigenesei: Pauli: filij Bimmasui: ⁊ ceterorũ anti quorum. quorũ dicta eadẽ sunt cũ eis que supra diximus de mẽte principis quare ea dimittemus: ne legẽti tediũ afferamus. Illud tñ Gal. in. ij. alimẽ torum. c. xvij. non postponamus dicẽ tis. Fruct⁹ pini nutritiuus est sz gros si chimi ⁊ non bene digestibilis. Et iõ qui debilez stomachũ habent: eis vti frequenter non debẽt. Nobis aũt vr̃ q͛ sani res hmõi non nisi raro debeãt mãducare: ne forte eis accidat q͛ vni famosissimo medico nostri temporis contingit: qui cũ senex esset ⁊ iuuenẽ cõsortẽ haberet vt potẽs fieret in coi tu q̃z sepissime rebus hmõi vtebatur percipiens inde q͛ pluris seminis po tentiorq; in venere efficeret: nec ani maduertebat q͛ cũ cholericus natu raliter esset ex pineis ⁊ reliquis tali bus ↄfectionib⁹ humores calidi mul tum ⁊ in multa q̃titate gñabantur. Qui in breui ipsum ad febrem acutis simam perduxerũt ex qua sue virtuti ⁊ etati disproportionata vitã cũ mor te commutauit. quare ⁊c.

¶ Capitu. ccvij. ostendit naturaz proprietates pomorũ ⁊ nocumen ta ꝓuenientia ex comestione corũ.

[D]Omũ dulce: vt inq̃t ha liabas in. v. theorice. et Auerrois in. v. colliget est temperate humidi tatis. Et acetosum est frigidum ⁊ siccuz: ⁊ hz proprietatẽ confortandi mẽbra prin cipalia si sint distemperata in calore: maxime cor. Et cõfortat cerebrũ odo rando ꝓpter suã aromaticitatẽ: ⁊ ge nerant grossam ventositatem in scđa digestione ⁊ tertia. Ita q͛ dictũ est a sapientibus q͛ possit gñare ptisim et ethicam eo q͛ venti q̃ generant ex eo habent malã proprietatẽ ad exarden das arterias pulmonis: ⁊ sic testifica tus est mirabilis Auenzoar. hec ipse Auerrois. Princeps aũt in. ij. canon. c. dlxiiij. dixit. Poma eligibiliora sunt que magis temperata existũt sicut al cemia: ⁊ illa q̃ sunt insipida sunt ma la. ⁊ parui nutrimenti: ⁊ non agũt ali quid. ⁊ similiter immatura. Illa autẽ que sunt contracta sunt frigidiora et humidiora ꝓpter illđ qđ est i eis de aq̃tate: ⁊ põtica: ⁊ stiptica ⁊ acetosa sũt frigida: grossa ⁊ dulcia sunt aq̃a ⁊ sunt decliuiora ad caliditatez q̃z alia q̃uis magis dominans in eis sit fri gus ⁊ sunt diuersa: ⁊ omnino illud, qđ in eorũz substantia dñatur est humi ditas supflua frigida. Et fortasse illa

que sunt vehemētis dulcedinis in caliditate sunt tēperata aut declināt ad cā. vt in eis quidē est inflatio ꝛ ꝓprie in eis que nō sunt dulcia. Et generat quidē ex pōticis ꝛ ex eis q̄ sunt stiptica humor terreus: ꝛ acetosa ꝛ immatura generāt phlegma ꝛ putredines: vt febres ꝓprietate sui humoris ꝛ sue cruditatis: ꝛ qꝛ recipiūt putrefactionē confortāt cor: ꝛ ꝓprie odorifera et dulcia ꝛ acetosa: ꝛ si sit illic angustia ex caliditate sunt magni iuuamēti et cōfortāt debilitatē stomachi: ꝛ q̄ stiptica sunt conferūt stomacho si est cū caliditate aut humiditate: ꝛ assant quidē in pasta ꝛ conferūt paucitati appetit⁹ dulcia ꝛ acetosa qn̄ in stomacho inueniūt humorē grossum: qn̄qꝫ deponunt ipm in egestione: ꝛ si est vacuus retinet ꝛc. Isaac aūt in particularib⁹ dietis sic ait. Pomū crudū immaturū durum ꝛ ligneū male nutrit: ꝛ stomacho nocet dolorē generat: laboremqꝫ stomacho efficit: ex quo ciectū venas vt opꝫ non penetrat: assuefactio eorū causa fit febris diuturne ꝛ dure dissolui: qđ de ceteris intelligendū est fructib⁹ qui nō sunt in suis arborib⁹ perfecte maturati. Et subdit. Pomi pōtici substantia frigida est ꝛ sicca terrestris cōueniēs eis quorū stomacho calor ꝛ humiditas dn̄at: ꝛ lꝫ stomachū cōfortet ꝛ intestina: in se tamen grossum est durū digeri ꝛ tarde penetrationis in venas: ꝛ ideo inflationē facit ꝛ neruis nocet. qđ ꝛ stiptica faciūt: sed nō tantū que cocta ꝛ ante cibū ꝛ post bona sunt edi scđm intētionē cōstringendi vel expellēdi vt de citonijs diximus. ꝛ post multa subiūxit. Et dulciū pomorū substantie natura ꝛ cōplexio aquosa est ac tēperata caloris aliqđ obtinēt. ꝛ ideo parū refrigerat et stomachū cōfortat ex igne parū: quare ꝛ stomacho calido aut molli conuenit. nociua tn̄ eis qui cholericā egestionē habēt ꝛ vomitū. Non sapora aūt poma pessima sunt in oībus qualitatib⁹ qꝛ nature sunt frigide ꝛ humide: propterea nec scđm cibum nec scđm medicinā valent cum dulcedinē non habeāt vt nutriāt: nec ponticitatē vt stomachū confortēt: sed humores phlegmaticos crudos gignūt ꝛc. Et ista fuit sentētia Rasis in. iij. Almāsoris. c. xx. dicētis. Poma frigidiora sunt acetosiora ꝛ magis stringētia: q̄ licet ori cōgruant stomachi: ipsum tn̄ viscositatibus replēt. Et in. iiij. lib. suorū aphorismorū dixit. Usus malorū nocet stomacho ꝛ maxime vsus recētiū que cito nascūtur: ꝛ ea que in estate nascuntur ꝛ in autūno: orificium cōfortāt stomachi ꝛ ipm vigorāt: ꝛ acetosa ꝛ acria obliuionē efficiūt. Que quoqꝫ ipse dixit in. xxj. cōtinētis. c. clxvj. autoritate Galieni in. vij. ꝛ filij Mesue. Que aūt poma sanis ꝛ infirmis cōueniāt ꝛ quo modo: docuit Gal'. in. ij. de alimētis. c. xx. dicēs. Cauere opꝫ pulcherrima genere poma anteq̄ sup arborē sint maturata: indigestibilia em̄ sunt ꝛ frigida ꝛ tardi secessus ꝛ mali chimi cum hoc q̄ frigidū ꝛ grossum infallibiliter chimū habēt Quecūqꝫ aūt bene maturata seruātur ad hyemen ꝛ ad ver ꝛ post ipsum proficuissima fiunt. Talia aūt sunt apiola calamanica ꝛ illa q̄ turpia bona dicunt ꝛ similia. ꝛ subdit. Dare qn̄qꝫ opꝫ poma post cibum statum: quādoqꝫ aūt cum pane roboris ventris gratia ꝛ stomachi his qui sine appetitu ꝛ tarde digerentib⁹ vomitiuisqꝫ ꝛ diaricis idonea sunt ꝛ presertim pontica. De quibus etiā in libro de euchimia dixit. Pomis et piris ꝛ nespilis nō vt cibis: sed vt pharmacijs indigemus ad robur stomachi et ventris: his itaqꝫ pro medicinis: dulcib⁹ aūt dictis pro cibis vtamur ꝛ nō in multa q̄ntitate: qm̄ vt dixit Haliab. in. v. theorice. c. xix. Poma omnia neruis sunt nocētia acerbumqꝫ amplius malū: ꝛ si qs pomorū comederit plu-

rimū grauiter ledet stomachū ⁊c. Et ipsa potius cocta q̄ȝ cruda māducabimus dicēte eodem in lib. de subtiliatiua dieta. c. ij. Pomorū ⁊ pirorū minus nocēt que cocta. Et eoꝝ que cruda comedūtur: illa que ad repositionē sunt idonea: minꝰ sunt mala ceteris ⁊c.

Capitulum. ccviij. ostendit naturā ꝓprietates ⁊ nocumenta prunorum in via cibi.

PRunorū due sunt species: videlicet albū ⁊ nigrum: et ambo quādo sunt maturata sunt frigida ⁊ humida: ⁊ ideo mitigāt calorem. ⁊ laxant ventrē: sed debilitāt parū os stomachi. Inqt Auerrois in. v. colliget. ⁊ halia. in. v. theorice. c. xix. Princeps vero in. ij. canonis. c. dxxxvj. sic de eis scripsit. Illa que habent colorē palee sunt fortiora nigris. ⁊ citrina fortiora rubeis: et alba sunt magis grauia: et parue solutionis: ⁊ armena sunt meliora omnibꝰ ⁊ vehemētius soluētia: ⁊ meliora sunt magna: ⁊ pinguia frigida sunt in pricipio secūdi: humida vero in fine tertij. Eorum nutrimentū est paucū: ⁊ comedātur ante cibū: ⁊ bibat qui humectatus est postea aquā mellis ⁊ vinuȝ de passis. Muza ex eis sedant inflammationē cordis. Et que dulcia sunt ex eis mollificant stomachū humiditate: ⁊ infrigidāt eū: ⁊ penitus non sunt ei conueniētia. Et que ex eis sunt dulcia vehemētius soluūt ⁊ educunt cholerā ⁊ humida sunt vehemētioris solutionis q̄ȝ sicca: ⁊ eorū solutio fit propter viscositatē eorum. Damascena autē stringunt ventrem secundū quosdā. Galie. autem dixit. Errauit Diascorides in verbis suis cum dixit. Damascena constringunt: imo soluūt. Hoc etiam sensit Isaac in particularibꝰ dietis cum inquit. Pruna parum nutriunt. ⁊ eorū duplex est modus: sunt enim alba ⁊ nigra. Alba dura sūt digeri nociua stomacho exiguum solutiua: que qr grossa sunt comedi non debent nisi grandia ⁊ bene maturata fuerint. Nigra aūt que perfecte maturata ⁊ dulcia sunt: minus sunt frigida: stomachū humectant et molliūt ventrē ⁊ cholerā rubeam eijciunt: si tamen sepe eis vtātur stomacho nocent. Ea aūt que sunt cruda et dura ⁊ pontica ⁊ viridia pessima sunt in cibo ⁊ medicina dura in stomacho ipsum fatigantia ⁊ minime nutriētia. Ruffa vero frigidiora sunt et magis humida nigris. Optima sunt carnosa ⁊ corticis subtilis in sapore acriorem quandam cum ponticitate habentia: ante cibum sumpta non nocent ⁊c. et hec fuit Rasis sententia in. iij. Almāsoris. capitulo. xx. dicentis. Pruna frigida sunt: que licet ventrē moueant: choleram tamen rubeam reprimunt atq̄ȝ appetitum auferūt. ⁊ in libro. iiij. suorum aphorismoruȝ inquit. Pruna choleram remouēt ⁊ eam expellunt: maxime pruna pallida. Et in. xxj. continentis capitulo. cix. autoritate Gali. in. vij. dixit. ꝙ fructus huius arboris laxant ventrem: ⁊ proprie cum pruna recentia fuerint. Et sicca sunt minoris virtutis. et damascena minus laxant ventrē armenicis. ⁊ ignoro quare Diascorides iudicauerit ꝙ damascena stringant ventrem cum nos videamus manifeste ꝙ laxent: et in libro dietarum ait. Quādo hic fructus bene digestus: non est ponticus: nec stipticus nisi aliquando: ⁊ eius nutrimentum est paruum ⁊ bonum: ⁊ confert volenti infrigidari vel humectari: causa sue humiditatis et viscositatis laxant ventrem.

¶ Idē etiam dixit deinde autoritate filij Mesue. ⁊ in. xxv. cōtinētis capitu

lo prio dixit de prunis. Si fueris phlegmaticus post comestionẽ ipsorũ debes bibere de aqua mellis aut de vino vetusto aut de mastice: aut de xiloaloe modice: ⁊ qđ diximus supra expresse voluit Gal. in .ij. alimentorũ. c. xxix. dicens. ex prunis alimentũ paucissimũ habemus: corruptionez vero non modicaz: vtiles aũt sunt fructus hi infrigidare ⁊ corpꝰ humectare volentibꝰ. hac igitur de causa ipsis vtẽdum est: id ẽt obseruando qđ ipse subiunxit dicens. Post pruna mox prãdere non oportet ⁊ hoc sit cõe omnium quecunqꝫ laxant ventrẽ. ex prunis autem exiccatis accidit vtiles esse sicut ficubus: ⁊ operationem habent multam bonam ⁊ inter alia damascena optima sunt que apđ Sitiã in damasco nascunt̃. hec ipse. quare ⁊c.

¶ Capitulũ. ccix. ostendit naturam ⁊ proprietates siliquarũ. i. carubiarum declarando ꝙ minime faciant ad nutrimentũ.

Cum in principio generi animantiũ omni sit a natura tributum vt se vitam corpusqꝫ tueat̃: declinetqꝫ ea que nocitura vident̃ oĩaqꝫ que sunt ad nutriẽduz necessaria acquirat ⁊ paret vt pastum ⁊c. vt in lib. de officijs Marcus Cicero inqt. Propterea silique cũ minime nutriant: vt videbitur ⁊ nocine sint non modicum fugiende declinãdeqꝫ iure merito dicẽtur: qbus nequaq̃ꝫ vtendum erit cũ stultũ sit admitere qđ tu cauere potes vt Terentiꝰ ait in eunucho. Dicamus ergo ꝙ illđ qđ siliquã antiq: nos ꝟo carubiã appellamus: fructus quidem omnibꝰ manifestus ⁊ cognitus. Qui lꝫ in magna q̃titate ad nos perueniat: plurimũqꝫ de ipso vendatur quotidie ⁊ manducetur tñ a sapientibus reprobatur: vt pꝫ ex his q̃ scripsit Jsaac in particularibꝰ dietis ⁊ parte illa. exilocorata modicũ hꝫ dulcedinis: multũqꝫ stipticitatis: quorum substantia grossa ⁊ lignea digestioniqꝫ inobediẽs. Sed viridia meliora sũt atqꝫ salubriora: stomacho tñ nociua. Sicca vero sunt stiptica ⁊ minus nocentia hac de re: qꝛ liquores eaꝝ parũ hñt acuminis: vñ viridia sunt ventris solutiua. Cũ autem desiccant̃ ⁊ liquorẽ cum acumine amittunt: fitqꝫ eoꝝ substantia terrestris ⁊ lignea. ꝑinde fit constipatiõis causa: ⁊ vrine ꝓuocationis. Est tñ earum pessimitas: qꝛ tardissime descendunt a stomacho: ꝓpterea sunt cã generãde indigestionis ⁊ colice ñ assuete comedantur. Vñ Gal. ait. Utinã xilocorata non venisset in partes nostras ⁊c. De ipsis Almansor inquit. Silique que in terra nascunt̃ hierosolimitana tẽperatum hñt calorem: vẽtremqꝫ constringunt. Que ꝟo in alijs nascuntur terris: in vẽtris cõstrictiõe fortiores existunt: neqꝫ est in eis caliditas. Gal. ꝟo inter oẽs eas maxime vituperauit. dixit eñ in .ij. libr. de alimentis. c. de siliquis. hoc modo. De siliquis pessime sentio: q̃ꝫuis digerant̃ ⁊ ventrẽ stringant ⁊ humores noxios nutriant. Et in li. de euchimia ait. Est cachochimũ eduliũ pauci nutrimenti ⁊ ligneũ ex necessitate ⁊ indigestibile est: sed non egeri celeriter: nõ parum ipsis existit malũ: quare melius esset ipsa: neqꝫ deferri ad nos ex oriẽtalibus locis in quibꝰ nascunt̃: est eñ cibus mulierum ⁊ pueroꝝ effrenatoꝝ nihil vtilis ad sanitatis conseruationem: neqꝫ stomachus est alimentum aut palã: qđ ⁊ ipse dat paucum corpori. Et idem etiam in lib. de simplicibꝰ medicinis. ca. de xilocorata dixit. Arbor xilocorate que vocat̃ cẽtenicez est siccatiue ⁊ stiptice virtutis sicut ⁊ fru-

ctus eius qui vocat xilocorata partici pās.s.de dulcedine quadā:patiunt aūt ⁊ hec simile cerasis:humide enim magis subducūt ventrē. Sicce aūt si stunt magis expirata quidē humiditate terrestri aūt sub stātia remanēte. hec ipse. Que fuit etiā sententia Diascoridis.c.de siliquis dicētis. Silique recētes stomachū euertūt:eedem vero exiccate in ɔtrariū possunt ⁊c. Et licet ita sit vt pretacti sapiētes voluere: ꝗ̄plures masculos ⁊ feminas padue cognoui qui cū stiptici ventris essent ipsis carubijs ante cibū vtebant: ⁊ ex eis venter ipsorū leniebatur:qđ sepiꝰ sum admiratus ꝓpterea que ab autoribus dicunt:dicere tñ possumus ꝙ lꝫ per se xilocorate stiptice sint:p accidens tñ aliquo modo possunt esse lenitiue rōne particulariū corpis dispositionū ⁊ humorū in stomacho repertorū qui per viā cōpressionis descendunt ⁊c.vt de myrobalanis dicitur.

¶De sorbis aūt nō inuenietes nisi a Rasi ir.iij.Almāsoris.c.xx.dicemꝰ cū eo sic ibi scribēte. Sorbe frigide sunt: que ventrē stringunt:⁊ cholerā reprimunt rubeam ⁊c. Qui non debemus vti rebus istis:nisi tantummodo gratia medicine:quare ⁊c.

¶Capi.ccx. ostendit naturā vuarum cum suis laudibus proprietatibus ⁊ iuuamentis.

Dixit princeps in.ij.canon. ca.d.cclxxxj. Uua alba laudabilior est ꝗ̄ nigra cum equātur in reliquis ꝓprietatibꝰ suis. Et dimissa post collectionē duobus diebꝰ aut tribus melior est collecta in eadē hora: cuiꝰ cortex frigidꝰ est ⁊ siccus:⁊ collecta in eadē hora est inflatiua ⁊ suspensa do nec detumescat:cortex est boni nutrimēti:⁊ est cōfortans corpꝰ:⁊ eiꝰ nutrimentū est simile nutrimēto ficuum:⁊ matura minoris est nocumenti ꝗ̄ nō matura. Et qñ nō digeritur vua eius nutrimentū est crudū. Et nutrimentū quidē vue cū sua dispositione plus est nutrimēto succi eius:sed succus eiꝰ est velocioris penetratiōis ⁊ descēsionis. Et vuā stipticā sperat vt resoluat appēsio. Acetosa vero non est ita ⁊c. Et in tertia primi doc.ij.c.vij.sic ait. Fructus nutrimēto magis similes sunt ficus ⁊ vue valde mature. Et post aliqua subiūxit. Quidā putāt vuas post capita assata vtiles existere. Sed nō est quēadmodū existimant.imo vehemēter sunt male.⁊ in.xiiij.iij.c.xxj.sic quoqꝫ inquit. Non est malū pro epate calido sumere vuas:in quibꝰ est durities carnis ⁊ paruitas dulcedinis:et illas que sunt muze ex vuis proprie:⁊ iterum in.xx.eiusdem tertij.c.xviij.dixit. Uua dulcis est bona ad coitū ⁊ ꝓprie que recēs est:qm̄ replet sanguinem humiditate ⁊ vētositate cū caliditate ⁊ spissitudine cibi. Isaac quoqꝫ eas plurimū cōmendauit cum dixit in vniuersalibꝰ dietis.c.xxvj. Uue sunt ficubus secūde:⁊ ꝑcipue si bene mature sint:⁊ in dietis particularibus.c.de vuis sine carne inquit. Uue sine carne humores laudabiliores faciūt:minꝰ tñ ꝗ̄ he cū carne nutriūt ⁊cito digerūtur. Idcirco vue q̄ carnis pluris sunt ꝗ̄ humoris:nutribiliores durioresqꝫ existentes eis que humoris ꝗ̄ carnis plus habent. Differūt etiā sapore:nā grossus ac dulcis vue sapor calidior est:ac sitim generat:et grossioris est nutrimēti:⁊ ad digerendū durius inflationē faciens ac rugitū ⁊ oppilationem splenis ⁊ epatis. Subtilis autē aquosusqꝫ vue sapor frigidior est ⁊ digerit leuior.cōfortatiuus stomachi et mundificatiuus a cholericis humoribus sitis mitigatiuus:⁊ conueniēs cōplexionibus tēperatis. Differunt etiā colore:vna enim alba leuiter nutrit: facile digeritur:venas cito perforat ⁊

vrinã prouocat. Nigra dura est digeri: sed confortatiua stomachi: vrinam nõ prouocat: tñ si bene digeritur nutrimentũ multum prestat: ruffa vero ⁊ citrina melior est. vnde Aristo. Alba vua subtiliter nutrit ⁊ cito digerit quamobrẽ vini eius ebrietas nõ cito discedit. Ruffa vero vel citrina haruʒ media est potestatũ ⁊c. Que fuit etiã sententia Rasis in. iij. Almãsoris capitulo. xx. dicẽtis. Uue multũ dulces calide sunt: minorus tñ sunt caliditatis ꝙ dactyli neqꝫ oppilationem vt ipsi faciũt. Inflatiue vero sunt ⁊ ventrem mouent atqꝫ corpus velociter impinguãt virge quoqꝫ inflationem augmẽtãt. Que autẽ ex eis corticem habẽt subtilẽ: citius descẽdunt minusqꝫ inflãt: his aũt cõtraria operant: sʒ ille in qbus existit acetositas nõ calefaciũt: immo cũ aqua frigida ablute: atqꝫ ante cibum comeste calorẽ quasi extingunt. Acerbe vero sunt frigidꝫ ⁊ ventrẽ strigũt: ⁊ cholerã rubeã reprimunt ⁊ sanguinis acuitatẽ. Et l. xxij. cõtinentis. c. cccccvij. dixit autoritate Bimmasui: ꝙ vua impinguat cito tamẽ cum carne grossaleni ⁊ alba laudabilior est nigra qñ equalis sit dulcedo ipsarum. Et in. xxv. eiusdẽ libri. ⁊ c. j. ait. De vua euitare debes cortices ⁊ nucleos ipsius: ⁊ si sequeris exinde inflationem: bibere debes de mastice ⁊ ʒinʒibere: ⁊ si dolorẽ capitis de sirupo acetoso. Haliabas ꝗqꝫ i. v. Theorice. c. xix. dixit. Uua ficui proxima est in suis virtutib⁹ magis ꝙ reliqui fructus ⁊ in cibi tẽperantia: ac in sanguinis bonitate a se generati cũ a stomacho citius fuerit digesta. Si eñ nõ digeratur: inflationem generat ⁊ ventositatẽ. Laudabilior vero est vua que multã habet aquã subtilẽqꝫ pelliculam. Et post pauca subiũxit. Et vua quando cũ corticibus suis ⁊ granis comeditur: digestionem tardat ⁊ descensum: quare expuendi sunt. Et nõ solũ hi viri sed sapiẽtissimus quoqꝫ Gal. vuas plurimũ cõmẽdauit cũ inquit in. ij. de alimẽtis. c. vij. Ficus et vue opere quasi capitales sunt. etem̃ nutriũt magis oibus horarijs hic: ⁊ minime sunt Cachochima: ⁊ maxime quãdo fuerint bene maturata ⁊c. Et dat signũ de custodiẽtib⁹ vineas qui impinguãtur. vt in. c. de ficub⁹ supra annotauim⁹. Et infra in. c. viij. sic etiã de eis ait. Minus ficubus vue nutriunt: ⁊ maxime bonuʒ inest ipsis celeriter sedere: propter qd ⁊ si retineantur aliquando ledunt satis: nõ habentibus hoc maturis ficub⁹. Si eñ ⁊ nõ secedãt notabiliter: digerantur autẽ bene in ventre: nõ nocuũ dãt alimentũ corpori. Uuis autẽ neutrũ existit horũ nec enim digerunt bene: neqꝫ si retineãt ⁊ scdm ea que ad epar ⁊ venas distributiones crudũ generant chimum nõ facile cõuertibilẽ in sanguinẽ. Deinde dixit. Uuarũ ille nutriunt magis que succũ paruũ habent: ⁊ vue dulces calidiorẽ habent succuʒ propter quod ⁊ sitibũde sunt postea cõcludit dicens. Omniũ vuarũ securissimus vsus est cũ carnose sunt vue natura maturatisqꝫ ipsis si quis commensurate comedit: siue igitur in vitibus ad plurimum maturentur: siue ⁊ quod deficit ex suspẽsione assumant: cõsequenter humidas sine qualitate acetosa vel austera gratia subductionis ventris: licet copiose comedere. Et in libro de euchi. ca. v. sic etiã scripsit. Prope inocuos fructus sunt mature ficus: ⁊ preter has matura vua suspensa ex hoc ꝙ iã inflatiuũ deposuit ⁊ fit perfecte inculpata. Usqꝫquo autem suspẽsa sit laudabilis: expressit ipse in. ij. alimẽtorũ. c. viij. cũ dixit. Uue supense quando desiccate fuerit inutiles fiunt mox secundum ver: in estate vero omnino. Et sic pʒ ꝙ p totã hyemẽ comedi possint. Eligant itaqꝫ meliores ⁊ cortices expuãt: vt dicũt ẽ.

¶ Capitulū.ccxj. ostendit naturā vue passe cū proprietatibus eius & iuuamentis.

Ua passa vtilis ē ad cibū & vtilior ad mdicinā: dicēte Principe in scdo canonis.c.d.ccxxxj. Uua passa est amica epati & stomacho: & est bona doloribus intestinorum & cōfert renibus & vesice. Et in .xiij. tertij.c.xxj. dixit. Passe & auellane nō plurimum calefaciunt: & sunt aperitiue oppilationū: & sunt boni nutrimenti. Et in eadem .c.xx. supra dixerat quod sunt amice epati & vltimi iuuamenti. Isaac aūt i particularib⁹ dietis inqt. Uua passa dulcis calidior ē & hūidior acerba: ideo media ē iter ɔstipatiuuz & mollificatiuū: que si malos inuenerit humores: temperat: & mitigat morsionē stomachi pēsertim si carnosa et corticis tenuis & exiguorum ossium: & hec valet ad dolorē pectoris & pulmonis: & tussim mitigat: & renes mundificat & vesicaz: incommoda epati & spleni duriciem & grossitudinē habentib⁹. Uua autē passa acerbitatē habēs minus nutrit: & dulcis frigidior est humida etiā minus: maxime si alba sit ideo stomachum cōfortat calorez extinguit & vētrē constipat. Et vua passa que sine ossibus accipit: commoda est tussientib⁹: & ad pectoris dolorem pulmonis renū & vesice: vētrem dissoluit. sed epati nocet & spleni si duriciē habeant. Cum ossibus vero accepta stomachum cōfortant splem & epar: maxime si acumē habeāt & carnē paruam & ossa magna. Sed Rasis in .iij. Almāsoris.c.xx. sic de eis ait. Uue autem passe in calore sunt temperate: q bene nutrientes oppillationē vt dactyli nō faciunt: licet ipsi fortius & pl⁹ nutriāt. Et in libro diuisionū.c.lxiij. dixit. Si passule bene masticentur ipse confortant epar & impinguant ipsuz. In libro quoqz qrto suorū aphorismorum inquit. Uue passe habēt virtutē cognitam secundū doctores naturales quia prosunt egritudinib⁹ intestinorum cū comeste fuerint: & intestina impinguāt & epar debile. Similiter haliabas i quinto Theorice.c.xiv. sic de ipsa scripsit. Uua passa talem habet complexionem secundum quod vua est ex qua fit eiusqz nutrimentū illius sequitur in multitudine & paucitate. Cuius autem caro perfecti est dulcoris. calide est cōplexionis: plurimum nutrit. prodest pectori & pulmoni si humiditas sit in eis grossa. Que autē pōtica est & minime carnosa: paruz habet calorem: stomachum confortat: & stringit naturam. Et propterea si voluerit homo naturam suam emollire vuam comedat passam. carnosam: et dulcem: ac ab acinis purgatam. Que fuit Galieni sententia in secundo alimentorum.c.ix. dicentis Uuarum passarum austere sunt frigidiores secundum complexionem: sicut dulces calidiores: & stomachum quidem confortant: & ventrē stringunt que austere. Et infra subdit. Uue passe meliores sunt stomacho ficub⁹ siccis: & ille laudabiliores existunt que sunt vnctuosiores & habentes corticē subtilem. Ipsis ergo secure vti poterimus in tempore ieiunij simul cū amygdalis vt cōiter fit: & inde bonuz & laudabile recipiemus nutrimentū.

¶ Cap.ccxij. docet cognoscere naturam. virtutes & ꝓprietates cōpositorum ciborum.

Ostq̄ɜ d simplicib⁹ cibis determinauim⁹: d cōpositis modo videret esse dicēdū: de quib⁹ tñ nihil hoc in loco scribere dcreuim⁹: quēadmodū in.c.cxxxviij. etiā supra diximus: eo qz

de ipsis platina diffusissime pertra-
ctauit. ⁊ etiā qr cibi cōpositi infiniti fe
re inueniunt̄ scđm regionū ciuitatum
⁊ domorum seu familiarum diuersita
tem adeo q̄ fatemur nedū oēs: sed nec
quippe millesimam eorum partē intel
ligere. Quos etiā si meli⁹ q̄ coci ipsi
cognoscerem⁹: ⁊ ipsos scribere vellem⁹
preter hoc q̄ tedium molestiāq₃ intol
lerabilē legētib⁹ afferrerem⁹: vitā no
strā prius q̄ illorum sigillationē pro-
culdubio finirem⁹. Et ppterea de ip-
sis ⁊ virtutib⁹ ipsorum omnium dice
mus vniuersaliter: q̄ cum q̄s cibi cō-
positi virtutē vel operatiōem intelli-
gere voluerit quodcūq₃ cōpositum id
fuerit. debet singula eius simplicia cō
siderare: ⁊ vniuscuiusq₃ ipsorum qua-
litatem ⁊ quātitatē: virtutē: operatio-
nem ⁊ gradum: iuuamētaq₃ atq₃ no-
cumēta ipsorum: vt in suis capitulis
prediximus: exquisitissime prenotare
demum q̄ finaliter ex eorum admixtio
ne resultet cōplexio: diligēter animad
uertere: quemadmodū ex tyriaca ⁊ si
milib⁹ medicinalib⁹ fieri solet. Si enī
cōpositus cibus cōstitueret̄ ex tribus
partibus rerum frigidarū stomocho
nocētium: ⁊ vna calidarū eidē cōferen
tium in eiusdē gradus existētium: si-
ne dubio totū cōpositum frigidū erit
⁊ stomacho nocuū vt patet. Si autē
res calide intensioris essent in gradu
q̄ frigide: ⁊ plurimū eas superarent:
certissime totū cōpositum calidū esset
pronunciandū: vt dato q̄ res frigide
forētales in primo: calide vero in ter
tio aut quarto: ⁊ si in minori mole et
quantitate existerent q̄ frigide: oino
totū calidū esset appellandū. Et sicut
de calidis ⁊ frigidis expressim⁹: ita de
hūidis ⁊ siccis itelligēdū est. Et simili
ter de ledentibus membrum aliquod
aut ei conferentib⁹ est putandū. Et
hac via taliq₃ modo quilibet: aliquid
etiā modicū habens intelligētie: sciet
que sit vniuscuiusq₃ salatutij: ferculi:
saporis: mixture: condimenti: moreti:
pastilis ⁊ huiuscemodi: cōplexio: natu
ra: pprietas: ⁊ operatio. Que etiā sint
ipsius iuuamenta: ⁊ que nocumēta si
omnia bene perpōderauit. Et sic co-
gnoscet qui cibi cōpositi sint ei sani: ⁊
qui egritudinem afferentes: ⁊ quomo
do rectificandi corrigendi ⁊ refrangē
di apponendo eis contraria que su-
perfluam eorum qualitatē reprimere ha
beāt sicut antiqui sapiētes facere do
cuerunt: vt in. c. lxxij. libri huius ma-
nifestissime apparuit. Que autē sint
huiuscemodi corrigentia ⁊ refrangen
tia dicemus in sequentibus: ⁊ nō de oī
bus: sed solummodo de magis vsita
tis ⁊ quotidie ad manus nostras per
uenientibus domesticis ⁊ familiari-
bus: cum quibus peritissimi coci solēt
cibaria dn̄orum cōdire preparare ⁊ re
ctificare: ⁊ inde huiusmodi cōdimēta
sunt a pluribus nūcupata. Quorū q̄-
dam sunt sicca: quedā vero humida
siue liquida: quedā calida: alia frigi-
da. aliqua exiccantia: ⁊ nō nulla aperi
tiua aut stiptica vel incisiua ⁊ hmōi.
Similiter alia sunt stomachalia: alia
epatica: ⁊ aliqua concordialia vt infra
videbit̄. Primo igitur de humidis vel
liquidis sermonē faciamus: deinde de
reliquis scribemus.

¶ Cap. ccxiij ostendit naturā adi
pis ⁊ pinguedinis dādo modum
quo ipsis debeam⁹ vti.

Condimenta ciborū di-
uersa existūt vt dixim⁹
quorum aliqua sunt li
quores: ⁊ q̄dā sunt spe-
cies ⁊ aromatica. Et qr
liquoribus oēs fere ⁊ di
uites ⁊ pauperes magis ⁊ frequenti⁹
vtuntur q̄ aromatibus: de ipsis pri-
mo dicere statuimus. Postea vero de
alijs sermocinabimur: obseruātes in
his ⁊ illis proposse ordinē alphabe

ti. Incipiamus ergo ab adipe ⁊ pin-
guedine: cū quibus fercula ⁊ plurima
alia cōdiri solent: dicentes cū Isaac in
dietis vniuersalibus. c. xl. sic scribente.
Pinguedinis proprietas stomacho ⁊
digestioni est nociua. Primo q2 inna-
tat cibis ⁊ facit eos inflantes ⁊ cito sa
turantes: ⁊ cū alteri cibo admiscetur
sua viscositate: ille alter ingrossatur:
⁊ digeri incipiēs villos stomachi emo
lit ⁊ viscositatē ⁊ lubricitatē eis tribuit.
vnde virtus contentiua deficit ⁊ ex-
pulsat vigoratur: vnde plurimū lien-
teria generat: ⁊ hoc proprie in stoma
cho frigido operantur. In calido ve-
ro in fumositatē ⁊ in choleram cōuer
titur vt manifeste. in. iij. declarauimus.
⁊ ideo impresentiarū de ipsa perpau-
ca dicemus: eo ꝙ omnino volumus vt
ad preallegatum capitulū perueniat
in quo fere omnia per pulchra de pin
guedine. Dicta sunt collecta hoc aūt
in loco tantummodo dicamus ꝙ pin
guedo proportionata sit carni anima
lis ex quo sumitur. Unde si ex calido
accipiatur calida existit: ⁊ si ex humi
do humida ⁊c. Et quanto animal ex
cesserit in aliqua qualitatum tanto et
pinguedo temperamentū excedit. Et
ꝙ ita sit apparet per Isaac in vniersa
libus dietis. c. xxxix. dicētem. Pingue-
do porcina magis ceteris humectat
corpora calefactione nulla apparen-
te: sicut pinguedo leonina calefacit
plus ceteris ⁊ minus humectat. Pin-
guedo autem bouina mediocris est
inter porcinam ⁊ leoninam: ⁊ bouina
siccior est caprina. Caprina vero sic-
cior porcina: ⁊ porcina siluastica cali-
dior est ⁊ siccior domestica: ⁊ pin-
guedo lactentis aut vicina lactenti
temperata erit in calore in humidita
te vero multa: ⁊ pinguedo iunioris ca
lidior ē ⁊ siccior ꝙ lactētis ⁊ recēs est
minus calida ⁊ magis hūida. Uetus vo
calidior ⁊ minus hūida. Et ista vide
tur fuisse sententia Gal. in quarto de
simplici medicina distinctione. ij. c. iij.
dicētis. Pinguedo feminarū caprarū
⁊ feminarū vaccarū est minoris acui-
tatis ꝙ pinguedo bouū ⁊ hyrcorum
⁊ adeps anatis ⁊ gallorū est vehemē
tioris siccitatis ⁊ vehementioris cali-
ditatis ꝙ adeps porci: sed cū hoc est
opoztet:ꝛ quantum natura valebit sufferre:confortat em̄ virtutē nō so lum in stomacho: verūetiā secūdā que est in epate. Quare ꝑculdubio phisici cōcordati sunt:ꝙ impossibi le sit actionē virtutis digestiue cō fortari absq̄ caloris naturalis for titudine:neq̄ vllus cibus inueni tur aut potus qui adeo sit natura lis caloris cōfortatiuus ꝛ augmen tatiuus prout vinuꝫ propter fami liaritatis cōsortiū qḋ cū natura ha bet:ꝛ q: humanis est conueniens corporibus:eiꝰ calor similis est ca lori naturali:atq̄ cito conuertit in naturalē ꝛ mundissimū sanguinē. vnde Ruffus ait. Uinum nō solum cōfortat calorē naturalē:verū ꝛ tur bidū clarificat sanguinē:et additꝰ totius corporis:ꝛ maxime venaruꝫ aperit tenebrosam fumositatē tri sticie generatiuam a corde expellit totiusq̄ corporis membra corrobo rat. Et circa finē sic ait. Uinum vni uersaliter ꝛ tēperate bibitū secūdū etatē tēpus regionē cōsuetudinem atq̄ naturā. ꝛ quantū natura ferre valebit. sanguinē laudabilē aug mentabit:ꝓpter sui naturā liquo rē calorē sanguini assimilantē:bo num saporē cibis ꝛ potibus p̄stat: cibiq̄ desideriū excitat:libidinem ꝛ coitū irritat:q: vitalis et anima lis virtus p illud cōfortatur:ꝛ na turalis que est in tēpore toto tēpe ratur:vigorem et fortitudinem su scipit:stomachū adiuuat ad cibū re tinēdum ꝛ ad feces excludēdas. cō positiōes etiā ꝛ cōplexiōes anime ꝛ corporis cū sui odore ꝛ mundifi catiōe regit ꝛ corroborat. qḋ testat eiꝰ actio:q: palā ē:nā ↄspicimꝰ illḋ tollere tristiciā et aīe ꝓuocare leti ciā:ꝛ mutat vitiū nature aīe in vir tutē:vertit em̄ ab impietate ad pie tatē:ab auaricia in largitatē:a sup bia in hūiditatē:a pigricia i solici tudinē:de timore ad audaciā:mē tis etiā desidiā ꝛ taciturnitatem ꝛ ignauiā in astutiā:facūdiā ꝛ i in geniū mutat. Rursus testat persos ꝛ elenos semꝑ vino vti volētes di sputare:vel cū alio ratiocinari:seu cōsiliū dare ad regendā rempubli cā:ꝛ cognoscebāt q: vinū est mētis cōfortatiuū ꝛ rectitudinis ꝛ verita tis demonstratiuū. Eleni quoq̄ eo vtebant cū volebāt versus cōpone re seu ludere cū instrumētis musi cis arti ꝑtinentibꝰ. ꝙ experimento inueniebāt mētē eoꝝ acui vino et rōnē augmētari:ꝛ eā in esse deꝑtā te. i actū ꝑuehi:hoc vō fit cū prout opꝫ bibit ꝛc. Et per hoc postremū nulla pōt inter hec ꝛ dicta Plato nis superius oriri cōtradictio:ille em̄ timebat quātitatē sup̄fluā:hic vero moderatā itelligit. Ecce igit quot ꝛ quāta sint laudabilis vini iuuamenta. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxxxix. ostendit ꝙ ma gnū siue ꝙ plurimū esse vini nu trimentum cum quibusdā aliis eius vtilitatibus.

Licet ex superiori capi. sufficienter intelligi possit quātū sit in cor pus nr̄ꝫ vini laudabi lis nutrimētū:ad ple niorē tm̄ itelligētiā:et ad grādiorē vini cōmēdationē:su periorūq̄ dictoꝝ ꝑfectionē dicemꝰ in presenti:ꝙ inter oīa nutrientia et cito restaurantia vinum bonum obtineat principatum:quēadmo dum ex dictis antiquorum colli git. Dixit em̄ Auerrois i septimo colliget capitulo de cibatiōe ꝛ fri catiōe ꝛ balneatiōe febricitātiū. Ui nuꝫ ꝛ carnes porcine sunt plurimi nutrimēti. ꝛ ifra i capitulo de sinco pi ꝛ suis ꝑticulis:ꝛ de oibꝰ accidē tibꝰ impedietibus curationem se

bris inquit. Uinũ digestioni citi⁹ preparat̃ oĩbus alijs cibis ꝛ medicinis: ita ꝙ dicitur ꝙ in stomacho nõ morat̃ ad digerendũ: nisi ĩ epate solũ. qḋ sensisse vr̃ Gal. in secundo aphorismoꝝ cõmento decimooctauo dicens in fine. Oĩm velociter ꝛ subito nutrientiũ est vinũ. et in tertio libro de alimentis capitulo antepenultimo sic ait. ꝙ ex nutriẽtib⁹ sit vinũ oẽs ꝯfitent̃. ꝛ si nutriẽs oẽ alimẽtũ esse dicẽdũ ẽ: dicẽdũ esse ꝛ alimẽtoꝝ vinũ. ꝛ in tertio libro de cõplexionib⁹. capitulo secũdo dixit. Hec q̃dẽ res oĩ cibo cõmunis est: vino aũt ꝑpriũ existit et corpore permutari velociter: quẽadmodũ ꝑprium est pingui ligno tede pini ꝛ coto ꝛ stupe ꝛ pici velociter ab igne resolui. ꝛ in cap. sequẽti inq̃t. Uinũ nõ est calidũ potẽtia nisi q: in sanguinẽ cito permutat̃ ꝛ facile. Et ꝙ ita sit scꝫ ꝙ vinũ plurimũ nutriat: dedit nobis signũ Aristoteles in. xxvij. ꝓblematum ꝓblemate q̃rto dicẽs. Amici vini vt freq̃ntes fortes fiũt. ꝛ ĩ tertio eorũdẽ particula problemate primo dixit. Uinũ venereos facit: et recte dicit̃ Bacchũ ꝛ venerẽ simul esse: qḋ ꝑfecto nõ esset si plurimũ ex vino nutrimẽtũ nõ reciperem⁹. Habemus ergo inter ceteras hãc potissimam ꝛ nobis necessariã ipsi⁹ vini vtilitatẽ: ꝛ p̃ter hãc alias quoqꝫ q̃plures: tẽperat eñi nostri corporis humores: queadmodũ voluit Gal. in vij. aphorismorũ cõmẽto. lvj. dicẽs. Uinum tẽperatũ totũ corpus calefacit mẽbra perforãs: humores tẽperans: ꝛ calorẽ naturalẽ excitãs. ꝛ in. iiij. de regimine sanitatis. c. j. dixit. Uinũ supꝛ oẽ illud digerit semicrudos hũores ꝛ sudores: ꝛ vrinã ꝓuocat ꝛ somno cõfert. ꝛ j in lib. ij. de accidẽti ꝛ morbo. c. iij. inquit. Si vinũ sumat̃ tẽperate calorẽ naturalẽ augmẽtat q̃m cõsimile ꝛ cõueniẽs est ei. Et propterea scripsit Isaac in p̃ticularib⁹ dietis. Antiq̃ assimilauerũt vinũ tyriace magne q: inuenerũt ip̃m duarũ cõtrariaꝝ rerũ esse iuuatiuũ: calefacit eñ frigida ꝛ infrigidat calida: humectat sicca: ꝛ extenuat humida: ei⁹ tamẽ calefactio ꝛ desiccatio est naturaliter: humectatio aũt ꝛ infrigidatio accidẽtaliter: q: cũ sui subtilitate ꝛ perforatione portat aquã ad membra que necesse est refrigerari ꝛ humectari ꝛc. Habet p̃terea vinũ nõ solũ humores tẽperare: sꝫ etiã malos expellere: ꝛ bonos cõsequenter puricaficare. Q̃m, vt dixit Auicẽ. in iij. p̃mi doctri. ij. c. viij. Uinũ cholera abũdãtib⁹ rubea ꝯfert: ꝑpterea ꝙ cholerã rubeã vrinã ꝓuocando expellit: ꝛ humidis etiã cõfert: propterea q: humiditates maturat: ꝛ quãtomagis ei⁹ odor fuerit meli⁹ ꝛ bonus ꝛ ip̃m fuerit malus saporis melioris: erit magis cõferẽs. Que fuit Gal. sña in p̃mo de regimine sanitatis dicẽtis. Uinũ iuuenib⁹ q̃dẽ aptũ est ad euacuationẽ cholericarũ superfluitatũ ꝛc. A quo similiter sumpsit Auer. i. vj. colliget. c. de regimine corporis tẽperati dicẽs. Uinũ ꝛ ceruisia duab⁹ resistũt choleris: ꝛ eas a corpore expellũt: melãcholie vero a tota specie resistũt: sed cholerã rubeã per vrinam educũt: ꝛ mẽbra humectãt: in q̃b⁹ siccitas superuenit ꝛc. Ex quibus ergo ꝯcludere possum⁹ vini bonitates ꝛ iuuamẽta: dicẽtes cũ Isaac particularib⁹ dietis sic scribente. Patet ergo iuuamẽtũ vini animã ꝛ corp⁹ vna cõprehẽdere: qḋ cũ ita sit: necesse est vt sit cõueniens oĩb⁹ etatib⁹: tẽporibus: ꝛ regionib⁹: cũ sumptũ fuerit scḋm vim ꝛ cõsuetudinẽ bibẽtis ꝛc. Et post aliqua subiunxit. Palam est ergo vinum esse

bonū omnibus si scd̄m q̄ opꝫ acci-
piatur: qđ nullus physicus aliqui-
bus hominibus seu tēporibꝰ lau-
dat: nec vituperat nisi scd̄m quātita
tez quā bibūt vel cōmixtionē aque
cū eo: quia si multū ⁊ purum fuerit
conuenit hyemali tempore ⁊ in fri
gida regione. In estate vero cali-
daqꝫ regione vini paucitas mul-
tumqꝫ cōmixti necessario cōgruit.

¶ Cap. ccxl. ostendit nocumēta
vini aquati: ⁊ proprie per cōmix
tionē aque in mensa cum vino
puro: vt veneti pluresqꝫ alij face
re consueuerunt.

QUia in calce supe
rioris capituli mē
tionē fecimus de
vino cū aqua cō-
mixto: qđ in estate
precipue videtur
cōuenire eo q̄ re-
frigerat ⁊ hume-
ctat ꝑpter aquā cum eo ꝯmixtā: tū
etiā quia repugnat aereo calori ne
pre nimia cōtinētis caliditate sic-
centur corpora: ⁊ hoc q: vinū por-
tat aquā cū sui subtilitate ad totiꝰ
corporis mēbra ⁊ valde velocit᷑: vt
Isaac inquit in libro particulariū.
Sup quo dicto se fundatus q̄spiā
facile posset opinari q̄ q̄libet semꝑ
⁊ vniqꝫ secure hoc facere posset: quē
admodū quosdā viros fortissimos
multe carnis ⁊ magni laboris ro-
bustorūqꝫ interiorꝫ id in estate sine
aliquo penitus nocumento facere
videmꝰ. Qui sic existimans pluri-
mū deciperet: cū ita nō sit quemad
modū crederet: nec id Isaac voluis
se putādū est: imo plerisqꝫ tale per-
mixtū vinū exhibitū ꝑmaxime no
ceret. Et propterea in hoc capitulo
decreuimꝰ duo precipua declarare:
quorꝫ primum est: qui sint ad hmōi
potu ꝓhibiti: ⁊ scd̄m que nocumē-
ta proueniāt ex ipso si oīno bibere
voluerint. Dicamꝰ ergo q̄ qui im-
becillis stomachi fuerit vel cerebri
talē vini commixtionē pre ceteris
dꝫ cauere: qm̄ vt dixit Auicē. in. iij.
j. doc. ij. c. vinū mixtū velocius ine-
briat propterea q̄ aqueitas pene-
trat: ⁊ facit ipm vinū velociꝰ pene-
trare: atqꝫ fortiꝰ. que fuit etiā snia
Aristo. in. iij. problematū particu-
la ꝓblemate. iij. dicētis. Vinū cum
aqua tēperātū ꝑpter eiꝰ subtilita-
tē magis inebriat: ⁊ ꝑpterea q̄ de-
bile caput habēt in primis debent
hmōi ptermittere. Similiter q̄ de-
biliū viscerū extiterint: qm̄ intesti-
nis ⁊ stomacho talis potus q̄plu
rimū nocet: vt pꝫ ꝑ Auic. in. xvj. iij.
trac. ij. c. vj. dicentē. Vinū plurime
commixtionis ꝑparat intestina ad
colicā vētosaꝫ ꝓprie. Apparet etiā
per Gal. in. ij. regiminis acutorum
cōmēto. xxviij. dicentē. Vinū aq̄tuꝫ
ꝯmixtū debilitat stomachū: verꝫ bi
bere quantitatē paruā ex eo est cō-
ueniens stomacho q̄ exiccatus est.
Et in cōmēto. xxxiij. eiusdē inquit.
Vinū aquatum cōmixtū mollificat
stomachū: humectat eum: debilitat
ipm: ⁊ generat in intestinis vento
sitatē. Sicut vinū purū facit saltuꝫ
in tēporibꝰ: ⁊ grauitatē in capite: ⁊
sitim ꝑpter sui caliditatē: sic aqua-
tū facit cōtrariū earū ꝑpter humi-
ditatē suā ⁊ frigiditatē. Et ꝑpterea
cōcludēdū est q̄ qui debilē stoma-
chū aut frigiduꝫ habuerit oīno: si-
cut ⁊ debilia habētes viscera: dꝫ vi
nū cōmixtū nō accipere: sed illđ for
tioribus medicine grā derelinque-
re qui secure ipo q̄nqꝫ dicta ratiōe
possunt vti: ⁊ ꝑcipue in estate et re
gione calida: teste Isaac vbi supra.
Ipsis enim has facit operationes.
Primo nāqꝫ facit eos melius dor-
mire: dicēte Auicē. in. j. iij. trac. iiij.
c. xviij. Vinū plurimū cōmixtū hu-

mectat: et dormire facit. Et in .xiij. tertij tracta. j. c. xvj. inquit. Uinum mixtū scdm mediū mūdificat: abluit & cōfortat: facit pterea sudare vehemēter psertim si fuerit album subtile multa cōmixtiōe pmixtuz: vt idē etiā dixit in pma qrti trac. ij. c. xxxix. Cōfert etiā ad sedandū sitim plus q̄ vinū aut aqua simplex vt voluit Gal. in primo de simplici medicina distinctiōe. iij. c. vj. cum ait. Si bibat aqua cū vino sedabit sitim plus q̄ si bibat sola: qm̄ vinū adiuuat aquā ad penetrādū: & facit ipsam pvenire ad loca ad q̄ sola non pvenit. His itaq; de causis vino pmixto possūt vti q̄ stomachū vel interiora imbecilla nō habuerint: & qui colicā pati vel aliā hmōi passionē ex facili cā nō cōsueuerint hr̄e. Quare cōcludam⁹ q̄ qui cum pdictis conditionib⁹ iuuenis fuerit: carnosus. in media estate cōstitut⁹ arte laboriosus & potui pmixto cōsuet⁹: vt phabita cōsequatur iuuamēta: securissime vinū cuz aq̄ pmixtū poterit accipere: q̄ vero diuersus fuerit minime. Quēadmodū ex pma quarti & ex pluribus Gal. voluminib⁹ colligi pōt. Ideo &c.

¶ Cap. ccxlj. ondit vtilitates et iuuamēta vini aquosi et subtilis naturaliter: & q̄ ipm quibusdā sanis & febricitātibus plus conueniat q̄ aqua sola.

Quia in superiori. c. de vino aquoso artificialiter & ex tpe facto diximus: nūc de naturaliter aquoso & subtili verba facere intendimus: & declarare q̄ ipm plus q̄ aq̄ calidis corporib⁹ & febricitātibus cōueniat: & ppterea qdā ignari medici pecunijs tantūmodo intēti: et nūq̄ bonū aliquē librorū aperientes: loco aque hmōi vino vti debe rēt: cū tn̄ oppositū faciant plerūq; pducētes infirmos nō solū ad stomachi: sz ad toti⁹ corporis debilitatē & virtutis ei⁹ pstrationē. Qui si vnq̄ psens legerint capitulū: facile poterūt simul & errorē suū & damnum egrotātiū intelligere. Uerum ne & ipsi nos reprehēdāt: dicamus aperte q̄ sit vinū illud qd plus q̄ aquā cōmēdam⁹ febriētib⁹: nō em̄ quodlibet vinū sic absolute ad id approbam⁹: sed id tm̄ de quo loquitur Gal. in lib. de vicinis cū ait. Uinū aquosum nomināt hoies id qd assimilāt scdm colorē & cōsistētiam aq̄: diaphanū em̄ est & lucidū & purū & psistētia subtile: & gustāti videbit nullū fortē saporē hr̄e: & cū commiscet cū aqua nō tolerat aq̄ multe mixtionē: vn̄ ab antiqs pauciferū vocatū ē. Et istud etiā ē de numero illorū de qb⁹ infra dixit. Aquosa vina ineterascūt: qm̄ faciliter acescūt. Cui⁹ vini pprietates & operatiōes ipse in. ij. aphorismorū cōmento. xj. manifestauit cū inqt. Uinum aquosum & subtile atq; albū naturaliter est aq̄ vicinū: & illi⁹ virtuti vicinat ad nutrimētum: vn̄ vrinā puocat: nec corp⁹ ide nutrit nisi pauissimū. Et in. v. Terapētice. c. ix. dixit. Uinū aq̄sum bibitū vniuersas mouet execratiōes. Et i libro de euchimia. c. viij. sic tetigit iuuamētū ei⁹ de vrine puocatiōe cū ait. Quecūq; vinorū sūt aquosa & subtilia scdz cōsistentiā vrinā mouentia paucissimū nutrimentū dāt corpori. Et infra subiunxit. Meliora vina ad vrinationē sunt q̄ subtilia existūt: & caput minime tāgūt &c. Et ppter oēs hac causas calefactis corporib⁹ et febriētib⁹ sunt pueniētia. & eo magis q̄ vt Princeps scripsit j. x. tertij trac. v. c. j. Uinū aq̄sum ē pfortans virtutē plus q̄ aq̄: & in potu ei⁹ sunt

incisio ꝛ subtiliatio. Et in.xiij.tertij trac.j.c.xxix. Uinū subtile declinans ad stipticitatē parū tolerans cōmixtionē ꝓpter aquositatē suam facit penetrare cibū:ꝛ viuificat virtutē:ꝛ excusat a potu aque frigide faciētis tristari ꝛ irasci suo frigore. Et in prima quarti tract.j.c.xxxix. expressius sic dixit. Uinū albū subtile cōmixtū est melius febricitantibus ꝙ̄ aqua ꝓpter illud qđ est in eo de sudatione ꝛ ꝓuocatione. Et infra ait. Uinū fractū ꝑcōmixtionē cōfert febricitātib⁹ cholerice in declinatione presertim: qm̄ infrigidat ꝛ humectat vehementer. Hoc quoqꝫ sensit Isaac in particularib⁹ dietis dicēs. Uinū albū ꝛ aquosuꝫ securius datur febricitātib⁹ cū facile fumo ꝛ sudore egrediatur. Et post aliqua subdit. Uinum subtile aquosum semꝑ inuenitur cuꝫ albedine ꝛ claritate: vnde facile est stomacho: cito em̄ digerit̄ ꝛ venas ꝑforat vrināqꝫ ꝓuocat: ideoqꝫ vtile est febricitantibus: qꝛ non fortiter calefacit: neqꝫ mētē ꝑcutit: nullum etiā cerebro vel neruis infert nocumentum. Si vero fuerit mixtū: erit melius maxime ad extinguēdū sitim. Et iterum infra subiunxit. Uinum qđ est subtile debile insipidū ꝛ nullā sustinēs cōmixtionē: min⁹ ceteris calidum est faciliorisqꝫ digestionis: ꝛ cito venas omnesqꝫ corporis penetrat poros ꝛ velociter expellit̄: ꝓinde minus est ceteris nutribile: ꝛ plus alijs infrigidat: ꝛ calorē ꝛ sitim extinguit: ꝛ vrinā ꝓuocat ꝛc. Istud etiā voluit Auerrois .vij. colliget.c. de febre ephimera i speciali dicens. Uina aquosa alba oibus istis.s. febricitantib⁹ vtilia sunt si bibere assueti fuerint: ita ꝙ post digestionē bibant̄. nā plura habēt iuuamēta ꝙ̄ aqua: nā vinuꝫ natationē cibi in stomacho vetat: ventositatē resoluit vrinā ꝓuocat ꝛ sudorē aīam letificat: ꝛ adiuuat naturā ad expellēdū sup̄fluitates ꝛc. Et fuit snīa Gal. i. iij. regiminis acutorū cōmento.x. dicētis. Cōuenienti⁹ ex vinis oibus ei q̇ hꝫ egritudinē acutā est vinum aquosum: ꝛ hoc vinū est cui⁹ color est albus ꝛ eius substātia est subtilis: ꝛ nō osten dit̄ in eo stipticitas: neqꝫ pōticitas neqꝫ asperitas: neqꝫ dulcedo: neqꝫ amaritudo: neqꝫ vētositas est ei: qđ est qꝛ hoc vinū solū inuenit̄ priuatū nocumētis q̄ ꝓueniunt ex potu aque ꝛ omni malitia. qđ reperi in multis locis italie ꝛ asie. hec ipse. Et in.ij. Terapētice.c.iij. dixit. Uinū qđ aquosum est visu ꝛ ꝟtute melius em̄ est ꝙ̄ aqua ꝑ bia digestioni auxilians ꝛ sudores ꝓuocās. Et in quarto de regimiue sanitatis. Uinū suꝑ omne aliud digerit semicrudos humores ꝛ sudores: ꝛ vrinā ꝓuocat: ꝛ somno cōfert. Et in libro de euchimia.c. vbi supra in q̇t. Uinū aquosum est bonū ad eductionē q̄ est ex pulmone virtutē roborās: ꝛ humores humectās ꝛ incidēs moderate: ꝛ febricitantib⁹ im periculosius dat̄ alijs vinis: et cū malicias aque ꝛ vini effugit: multotiēs capitis dolores sedat ꝓpter fientes in vētrē humores. Pertrāseo ꝙ vinū purū subtile nedū aquosum quartanarijs sit cōueniēs. testib⁹ Auicē. in.j. iiij. tract. iiij.c.xij. ꝛ Rasi in.x. Almāsoris. ꝛ Auerr. i. vij. colliget. Et igit̄ ꝙ̄tū febrientib⁹ sit vinum cōueniens ꝛ p̄cipue corpore purgato ꝛ febre iam declinante: qm̄ in principio nequaꝙ̄. Cōsiderata tamen consuetudine bibendi vinum. ꝛ hac nostra frigida regione viniqꝫ aquosi: superius etiā in acutis laudati multitudine: deberent hi nostri medici equiuoce patientibus nō acute vinum tale po

tius q̄ aquā coctā ut faciūt cōcedere: et tāto magis q̄ veteres prealle gati in calidis regionib⁹ existētes et vinū bibere nō assueti id poti⁹ q̄ aquam calidarum hominibus complexionum et acute laborantibus condonauerint. quare etc.

¶ Cap. ccxlij. ostēdit naturā et operationes vini albi planensis clari et subtilis in cōsistētia

Ut narrationem de vino subtili cōpleam⁹ de albo et planēsi vino sermonem faciam⁹: et naturā eius et virtutes ostēdam⁹: vt eo libēter vtentes: et ipm preceteris sanius existimātes: intelligāt quantū a via deuiēt veritatis: cū ipm nō solū bibāt. sed oib⁹ aliis tanq̄ melius preciosiusq̄ cōmendet. q̄ pfecto nō cognoscūt q̄ hmōi minime faciat ad sanitatē cōseruationē: cū parū admodū ab aqua differat: vt sensit Haliabas in. v. Theorice. c. xxx. cū ait. Uinū albū est aq̄ simile. qd minus reliquis oib⁹ calidū est et fuit Gal. sentētia in scdo aphorismoꝝ cū cōmento. xi. dicētis. vinum aquosum et subtile atq̄ albū naturaliter est aq̄ vicinū et illius virtuti vicinatur ad nutrimētū: vnde vrina puocatur: nec corp⁹ inde nutritur nisi paruissimū. Et in tertio regiminis acutoꝝ cōmento. viij. Uinū albū est minoris calefactionis oibus vinis. Quod etiam ipse voluit in tertio alimētoꝝ. c. antepenultimo di. Omnib⁹ vinis minime nutriūt q̄ alba q̄dē colore: subtilia autē: cōsistētia cōsimilia aliq̄liter entia aq̄s. Et ppterea dicebat princeps in tertia primi doctrina. ij. c. viij. Uinum album et subtile calefactis est melius: non eñ capitis efficit dolorē: sed fortassis humectabit: et dolorem capitis alleuiabit q̄ ex stomachi ardore puenit. Et in doct. iij. einsdē. c. iij. sic etiam inq̄t. Uinū albū et subtilie est pauci nutrimenti: et datur loco aque. Similiter Auerrois in parte secūda canticoꝝ cōmenti. xxxv. dixit. Uinum album est melius cui accidit ex potu vini dolor capitis necnō supcalefactio: est eñ propinquius ex ei⁹ nature aque. Et ideo princeps Anicen. in textu cōmenti. xxxvij. eiusdē concludit. Tempore estiuo sumendū est vinū albū et aquosum: eo q̄ sit subtilitati et simplicitati ppinquius etc. Huius quoq̄ snīe fuit Isaac in particularibus dietis cū scripsit. Palam ergo intelligimus vinū albū et nigrum esse minus ceteris calidū: sed album magis q̄ nigrū humiditati ptinet p sui subtilitate et aquositate sibi domināte: et grossitate atq̄ terrestreitate nigro dñantibus etc. Et post aliqua subiūxit. Nō inuenimus vinū subtile et aq̄sum: nisi albū et albedini vicinū: ppter hoc albū est subtili⁹ minusq̄ comixtionē suscipit: est et sensu facile cito digestiuū: et velociter venarū pforatiuū: et vrine puocatiuū. parū tñ nutrit ppter suam leuitatē: vñ cito in caput ascendit et facit ebrietatē cito dissoluendā. Nigrū vero ꝯriū facit. Et infra sic etiā inquit. Albo vino pertinet defectio odoris et saporis: nullā suffert cōmixtionē: et raro inuenire possumus: vt sit dulce vel ponticū etc. Et q̄ subtile est debile et insipidū et nullā sustinens commixtionē: minus ceteris calidū est faciliorisq̄ digestionis: et cito venas oēsq̄ corporis poros penetrat et velociter expellit: pinde minus est ceteris nutribile: et plus aliis infrigidat: et calorem et sitim extinguit: et vrinā prouocat. Ex quibus patet q̄ tale vinū sit magis febricitantibus: aut

valde supcalefactis utile q̃ sanis nutrimento indigentibus & nõ caliditatis extinctione. Et ideo concludere possumus q vinũ album planẽse & subtile ,pprius via medicine q̃ via nutrimenti vel roboris sit propinandũ: licet oppositũ sentiant aliqui delirantes. vt diximus quare &c.

¶ Cap. ccxliij. ostẽdit naturã & proprietates vini citrini & potentis: quibusq personis ipsuz conueniat.

Vulgares vinũ citrinum cõi quodã noie albũ appellant: vinũ ab altero nõ distinguẽtes: nisi in potẽtia. & de noibus parum curare vident. Nos autẽ proprius vinũ albũ esse dicimus qd superius descriptum est scz subtile pallidũ & nature aq̃ vicinũ: nullã aut modicissimã sustinẽs cõmixtione: qualia sunt vina planensia facta ex vuis albis apud nos patauos q̃ nullius sunt potẽtie: sed vt plurimũ sunt velũt aqua. Citrinũ vero dicimus vinũ lõge predicto potentius. qd in rei veritate citrinũ existit in calore odoriferuz atq potẽs sicuti est vinũ montaneũ ex vuarũ albarũ bene maturarũ expressione factũ cuius naturã & proprietates hoc in capitulo intẽdimus declarare: vt q̃ eo delectant intelligant q nõ ita ad sanitatis cõseruationẽ faciat sicut ad gule voracis voluptate. Dicã ergo de ipso inprimis cũ Haliabate in. v. theorice. c. xxx. sic scribẽte. Vinũ qd est croceũ: fortioris est caloris & robustioris acuminis: citiusq ad mẽbra transmittit: & rubeam parit cholerã et cephaleã. qd in sanis etiã est verũ & nõ in febricitãtibus solũ. De q̃bus locutus est Gal. in. j. regiminis acutorũ dicẽs. Vinũ citrinũ est malũ in eo quo indiget ille q̃ hz febrem qm̃ est calidũ vehementis caliditatis. Et Galie. etiã in. iij. eiusdem cõmẽto. ix. cũ dixit vinũ citrinũ vehemẽtius ledit caput & mentẽ: qm̃ est calidius nigro: & ,ppter hãc cãm fit addẽs in febribus: qd est qm̃ cõuenientiora in febribus sunt vina aquosa tm̃. A quo sumpsit Isaac in particularibus dietis cũ inq̃t. Citrinũ ergo & glaucũ vinũ: qr sunt ab extremitatibus. s. albo q̃ nigro: q̃stũ opz remota: ceteris sunt calidiora & leniora faciliusq caput ascendẽtia: & magis ipsa pcutientia. Implent eñ caput pungitiuo fumo: sacietateq cõmonẽt ad ebrietatẽ: sz tñ leuissime dissoluit: & talia vina subtilia dicunt ,ppter sue actionis velocitatẽ & fortitudinẽ sue penetrationis: sicut piper: cinamomũ: zinziber: & similia q̃ in suis actionibus sunt fortissima: nã subtiliãt humores eorũq feces mũdificãt &c. Et q vinũ citrinũ sit iã dictis sile ptz p Gal. in lib. iij. de simplici medicina distin. iiij. c. ij. dicentẽ. Vinũ cuius substãtia est minuta subtilis luminosa: cuius color ptinet citrinitati & rubedini clarũ: cuius odor est bonus: tolerat ea aqua q̃titatẽ multã. & in etate sua antiquũ & purum est: & tunc ipsum sanat corpora q̃ infrigidata sunt etiã pter naturã: & ab opio & hmõi: & cõfert vltimo iuuamento. Ex q̃bus apparet q cõplexio & virtus talis vini sit calida multum. & ideo de ipso dicere possumus cũ Isaac vbi supra sic scribẽte. Vinũ qd fortissimũ est: ceteris est calidius & fortioris actionis: citoq caput ascẽdit ac bullire ac feruere facit corporis humores: vnde fumus caput ascendẽs nocet cerebro mẽtẽq pcutit. Necesse est ergo vt caueãt illud q̃bus dñat cõplexio

calida: nisi multum fuerit commixtum quia si commixtum fuerit quantum oportet: et vt decet accipiatur: et secundum quod conuenit etatibus: temporibus: regionibus: et consuetudini est laudabile. quia grossos dissoluit humores: vias venarum de putredine mundificat: atque putredinem et sanguinem clarificat. Senibus autem et qui eorum etati vicinantur propter coadunationem superfluitatis in eorum corporibus fit huiusmodi optimum vinum: maxime si puritati fuerit vicinum: quia eorum calorem confortat: crudorumque abundantiam dissoluit humorum. proinde conuenit quibus collecti fuerint grossi et crudi humores etc. Hec ipse. Ex quibus manifestum redditur quod maluaticum: vinum grecum: et omne vinum montanum magne potentie et caliditatis quomodocumque dicatur calidas habentibus complexiones bibere non liceat: nisi forsitan gratia medicine: vt grossos dissoluat humores in stomacho existentes etc. Et propterea in principio cibi et precipue in hyeme eo possunt in modica vti quantitate: in estate vero minime: quoniam calido calidum non est addendum: vt vnusquisque satis intelligit. quare etc.

Cap. ccxliiij. ostendit naturam proprietates et iuuamenta vini rubei et nigri simul declarando nocumenta vinorum grossorum et turbidorum.

Compleamus vinorum consideratione ex parte substantie et coloris ipsorum acceptam dicentes prius de vino rubeo cum Haliabate in v. theorice. c. xxx. sic scribente. Vinum quod est rubeum et clarum: fortis est caloris et siccitatis: cito transiens ex stomacho: et in corpore sanguinem generat qui ad acumen declinat naturalem confortat calorem si conueniens de eo mensura porrigatur. Est quoque vinum subrubeum: quod etiam fortis est caloris et plurimi nutrimenti bonum generans sanguinem si in moderata sumatur quantitate. Et post pauca subiunxit. Est etiam aliud vinum: cuius color est niger: quod amplius nutrit eiusque calor est sub croceo: et in corpus transmissio tardior. Que videtur fuisse Gal. sententia in ij. aphorismorum commento. xj. dicentis. Grossum vero vinum et rubeum nutribilius est ceteris: implens cito corpora obnoxia inanitioni. Et in commento. xviij. eiusdem inquit. Vina grossa et rubea nutribiliora sunt quam aquosa: sed tamen minus quam vina nigra sunt nutrientia. Et in lib. iij. de alimentis capitulo antepenultimo similiter ait. Omnium vinorum que rubea sunt similiter et grossa ad generationem sanguinis idoneissima. In libro quoque de vinis dixit Vina rubea ad nutricationem sunt conuenientia: et maxime si dulcia: que quibus nutricatione indigent: conuenientia sunt si aliquod aliud non impediat Et ideo in libro de dissolutione continua talem de eis ordinem posuit cum scripsit. Et nutribilius est vinum rubeum: grossum dulce: et post hoc nigrum grossum dulce: et post hoc album grossum dulce. et post hoc grossum rubeum asperum: et postea nigrum grossum asperum: et post hoc vinum subtile etc. A quo Isaac accepit cum in particularibus dietis inquit. Vinum rufum quod est de vnis nigris. et aureum quod est de albis sunt calidiora quia calor eorum est in. iij. gradu: atque sunt ab vtrisque extremitatibus satis remota stantque in media mediocritate. Rubeum vero est in grossitie et grossitie et vicinum: idcirco nutribilius est omnibus exceptio nigro parum tamen prouocat vrinam. et tarde caput ascendit. et duram facit ebrietatem dissolutionem difficillimam etc. De nigro vero et grosso et turbido dicamus cum Auer. in iiij. metheororum commento. xlviij dicente. Omne vinum in quo est nigredo spissa et turbiditas vincit in eo terre=

streitas ꝛ aqueitas aut alterū eoꝝ. Et ppterea nō modo nō laudatur verū etiā plurimū detestatur ab oībus. Dixit enī de ipso Isaac in loco preallegato. Uinum terrestre et grossū oppositū est subtili ꝛ aquoso: vñ qꝛ grossum ē plꝰ ceteris grauat stomachū: durū ē ad digestionē faciendā: ꝛ difficile ad pforandas venas: vrinā nō puocat tarde qꝫ ad caput ascēdit ppter sui fumi grauitatem atqꝫ grossitiē. Idcirco nō facit ebrietatē: qꝺ tñ si fecerit nō cito dissoluetur. Silr Auicē. in prima tertij trac. qnto. c. x. inqt ꝺ ipso. Uinū feculētū ꝛ antiquū ꝛ nonnū etiā qꝺ nō est clarificatū gñat sanguinē vaporosum feculētuꝫ ꝛ tenebrosuꝫ. Et in. iij. tertij trac. qrto. ca. iiij. ait. Uinū grossum turbatū nocet visui: ꝛ ppterea est oīno fugiēdū. Uinū aūt nigrū grossuꝫ ꝛ non turbidū nō est vituperandū: immo ad nutricationē pmarie extollēdū De quo princeps in tertia primi doctrina scda. c. viij. dixit: Uinum grossum qꝺ est dulce est melius illi q̄ pinguis vult esse ꝛ fortis: ab oppilationibꝰ tñ eius sibi caueat: vetus aūt rubeū est meliꝰ oppilationē habēti frigidā ꝛc. Et in. xi. tertij trac. scdo. c. viij. Uinū nigrū grossū ē nutribilius ꝛ magis faciēs declinare humores ad cōtrariū eiꝰ quo fit resolutio. ꝛ reducēs spiritū essentia sua ꝛc. est tamē ex medicinis inflatiuis vinū grossum ꝛ dulce propter grossitiē: vt idē ait. i. xiij. tertij trac. v. c. j. Isaac quoqꝫ vbi supra sic de eo scripsit. Uinū nigrū grossius est ꝛ durius ad digerēdū: ꝛ difficile ad penetrandū viā venarū. ꝛ ad vrinā puocādū: grossumqꝫ dat nutrimētū: pinde tarde caput ascēdit ꝛ cū ascendit facit fortē ebrietateꝫ ad dissoluēdū tardū. Et post multa subiūxit. vino nigro ptinet grossities liquoris. grauitas odoris vnde difficile est ad digerendū: tarde ad caput ascēdit: multū nutrit: ꝛ venas de grosso sanguine implet: ad dissoluēdū tardū. vnde Gal. Uidi homines palestribꝰ Indis vtētes hoc vinū freqnēter ꝛ cōsuete bibere: vt ingrossarēt ꝛ fortitudinē acciperēt. qꝺ eos ingrossauit: ꝛ magnā vim eis tribuit ꝛ dedit eis nutrimētū carni vicinū porcine: proide bonū est si iuuenibꝰ añ cibū datū fuerit. Senioribꝰ vero ē incōueniēs ꝛ hoc añ cibū: ꝛ post cibum qꝛ ppter defectionē caloꝛ naturalis eoꝝ generat oppilationē ꝛ in renibꝰ lapides si illo assuescāt. ꝛ postea subdit Uinū nigrū solā habēs dulcedinē calidiꝰ ꝛ nutribiliꝰ ꝛ plꝰ ceteris vētrē humectat: ꝛ vrinā nō puocat: vētositatē ꝛ inflationē creat: et ex eo nō sit adeo nocumētū capiti ꝛ neruis ppter sue fumositatꝫ grossitiē ꝛ grauitatē: vnde tardiꝰ ad caput ascēdit: ꝛ ppter hoc ab eo tardissime inebriaẜ ꝛc. vnde Gal. Uinū inqt nigredini ptinēs nō hꝫ tātū caloris quātū glaucū ꝛ citrinū: neqꝫ tātā facit ebrietatē. Uinū vero qꝺ dulce est ꝛ pōticum grossius duriusqꝫ digestiōi existit: ꝛ magis vētositatē ꝛ inflationē generat: lapidē etiā in renibꝰ et oppilationē in splene ꝛ epate magis q̄ ceteris ꝛ vomitū puocat: ꝛ dolorē i capite ꝛ neruis facit. ꝛ post aliq̄ iterū ait. Uinū nigrū dulcē hñs saporē cōuertiẜ i sanguinē. sꝫ tñ sāguis quē generat turbidꝰ est ꝛ grossus melācholico ptinēs hūori. ꝛ ppterea ꝯcldere possumꝰ cū Gal. i. iiij. ꝺ regimine sanitatꝫ dicēte fugiēda sūt grossa ꝛ nigra vina vt cachochimia ꝛ tarde icedētia ꝛ i quito eiusdē vinū sui grū grossū nō ē vtile senibꝰ neqꝫ añ cibū neqꝫ multo magꝭ alio tpe: qꝛ nullū grossū vtile ē senibꝰ: q̄m oppilā-

tur ex eis epar renes ꝛ splen. Et in tertio alimẽtorũ.c.superius adducto. Grossa vina sunt magis nutritiua subtilibꝰ vt natura ipsoꝝ insinuat ꝛ experiẽtia testatur. Et ifra. Grossa vina digerũtur q̄dẽ tardiꝰ ꝛ distribuũt. Et postea. Amplius nutrimentũ dãt corpori: ꝛ sicut ad nutrire sunt meliora subtilioribus sic advrinationẽ deteriora:ꝛ in lib. de euchimia.c.viij.sic ipse cõclusit. Fugere oportet a grossis simul ꝛ fetidis vinis ꝛ indelectabilibꝰ ꝛ austeris. Que aũt delectabilia fuerit grossa ꝛ nigra ꝛ non turbida:non ita fugiẽda sunt:nisi a senibus ꝛ a timẽtibꝰ oppilatiões:vt dictũ est.

¶Cap.ccxlv.ostendit naturã ꝛ ꝓprietates vini dulcis simul cũ nocumentis eius ꝛ iuuamẽtis.

Quantũ est ex pte substãtie ꝛ coloris de vino superius determinatũ est. Nũc aũt de ipo q̄tũ est ex pte sapoꝝ dicẽdũ est. ꝛ prio de dulci:quo maior ps hominũ delectatur q̄ sensualẽ gustꝰ appetitũ insequũtur nõ tamẽ intelligentes ꝙ licet res dulces hũanis corporibꝰ cõueniẽtissime ex se ꝛ ꝓportionatissime sintvt i.c.xlix.libri huiꝰ declarauimꝰ: ꝑ accidẽs tamẽ nociuissime existãt ꝛ ꝑmaxime vinũ dulce. Qḋ nõ tantũ ratione dulcedinis:sed ratione dulcis ꝛ grossi liquoris simul. quẽadmodũ innuit Gal. in tertio regiminis acutoꝝ cõmẽto scḋo cũ inq̄t. Dico ergo ꝙ cũ omne vinum dulce calefaciat:ꝛ sit grossũ in substãtia sua: oportet vt virtutes particulares q̄ apparent ab eo q̄ñ bibit nõ sint nisi ab istis duabꝰ qualitatibꝰ.s.dulcedine et grossitie:qḋ est q꞉ colori in se nõ est virtꝰ in nocumẽto aut iuuamẽto: ergo quãtitas grossitudinis vini huiꝰ est illa ꝛ tarditas penetrationis eiꝰ. Oportet ergo vt nõ solũ nõ aperiat oppilationes alicuiꝰ membrorũ:sed faciat i eis oppilatiões. Et ꝓpter hãc causaꝫ fit nocumẽtũ eius epati q̄ñ in ipo est infirmitas nocumentũ magnũ: ꝛ ꝓprie cũ in eo est apostema aut duricies:ꝛ nocet etiã huic mẽbro nocumẽto non pauca quãdo oppilationes q̄ sunt in eo accidũt ab hũoribꝰ grossis. ꝛ subdit. Deinde mẽbrũ scḋꝫ cui aduenit nocumẽtũ post epar de vino dulci est splẽ. Qḋ etiã voluit ipe in li. de vinis cũ ait. Dulce vinũ neqꝫ subtile certitudinaliter neqꝫ lucidũ inuenies. ꝛ ꝓpterea si dulce est ꝛ grossũ est cõsistẽtia ꝛ tardi trãsitus:vnde nõ solũ obstruit aliquaꝫ obstructarũ particularũ: sed etiaꝫ alliciet obstructionẽ:ꝛ ꝓpterea nocinum fit epati patienti ꝛ maxime phlegmatizanti ꝛ nõ solum epar: sed etiã splẽ nocetur a dulcibꝰ vinis:nõ tamẽ pulmo quãdo grossuꝫ aggregauit humoreꝫ. Cuiꝰ interpres Auicẽ. sentẽtiã magistri secutus inq̄t in.x.tertij tractatu prio.c. vj. Uinũ dulce vehementer aperit oppilationẽ pulmonis:sicut ipsuꝫ vehemẽter generat oppilationem epatis. Et in tractatu quito eiusdẽ c.j. dixit. Uinũ dulce est meliꝰ vinũ habentibꝰ in pectore egritudinẽ ꝛ proprie illud qḋ est albũ. nam illud est magis adiuuans ad expuẽdũ:verũ non oportet vt bibatur in pleuresi:ꝛ i periplemonia nisi post maturationẽ: neqꝫ sumat in potu ab illo cuiꝰ epar aut splẽ est infirmũ:ꝛ in.xiiij.tertij.c.xix.sic ait. Uinũ dulce facit accidere i epate oppilationẽ:ꝛ ipꝫ abstergit illã q̄ est i pectore: ꝛ causa i illo est ꝙ vinuꝫ dulce attrahit ad epar nõ gradati ꝓpterea ꝙ epar diligit ipꝫ ex hoc ꝙ dulce: ꝛ ꝓpter suã penetrationẽ ex

hoc ꝙ est

hoc q est potus. In pulmone vero nō sic: qm̄ superuenit ei vinū dulce cū iā colatū est. Isaac vero de eo in particularibus dietis sic scripsit. Uinū dulce calidum est in scdo gradu. ꝛ siccuꝫ in primo: aliquātulum tn̄ humiditati pertinet ppterea est grossum. ꝛ illaubile in sua actione: nisi qꝛ ventrē soluit: qꝛ in omni re dulci vis laxatiua ꝛ colatiua inuenit: qd vinum si aliquid inuenerit in corpore qd ipsius ꝫtium sit actioni ꝛ cohibet ad exeundū calefacit ꝛ bullit ascenditqꝫ ad superiorē partem stomachi ꝛ conuertit in chol ericos humores: sitimqꝫ generat et ventositatē in superiori parte ꝛ lateri nociuam: oppilationē in epate ꝛ splene generat: lapidē in renib⁹ creat maxime si inuenerit hec mēbra talibus passionibus pparata: aut digestiuaꝫ virtutem debilē. ppter hoc caueat illud qbus grossa ꝛ humida donat dietaꝛ: qꝛ si assuescerint eo pfecto hydropicam incidēt passionē ꝛc. Et postea dixit autoritate Gal. q oppilat epar: qꝛ peruenit ad ipsuꝫ per largas vias pulmonē aūt minime qꝛ p angustas. Illud tn̄ caueāt. qbus generatur sitis eorum em̄ calorē augmentat ꝛ humiditatem saliue desiccat ꝛ ingrossat: fitqꝫ quasi creata ꝛ annectit canalibus pulmonis: ꝛ qꝛ ēt cōuertitur ad cholerā: cauendū est dicente Ga. in. iij. regiminis acutorū cōmēto. iij. Post mel vinum dulce inter ceteras res dulces est facili⁹ i cholerā ꝯuertibile. Et li. de vinis. Dulce vinū in acutis egritudinibus ad expuitionē est vtile: inqꝫtuꝫ aūt deficiunt a vehementi caliditate vina dulcia intm̄ minus capitis grauedinem faciūt ꝛ nocumentū prudentie. Non aūt sunt idonea cholericis: materia em̄ sunt oīa dulcia rōne cholere: neqꝫ febrientib⁹ conferūt eo qd sunt grossa. Bona tn̄ sunt dulcia vina ad nutriendum si sana fuerint: epar: splen. renes: ꝛ hmōi mēbra: vt idē refert in. c. viij. Hec igitur sunt iuuamenta ꝛ nocumenta vini dulcis. a cui⁹ potu tutius esse credimus abstinendū. Et si gustui delectabilissimū sit iuxta illud Solonis philosophi dicētis. Cōsule q̄ suauissima: sed que optima animū ac rōnem ducē sequere. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxlvi. ostendit naturaꝫ et operationes vini acerrimi austeri stiptici ꝛ pontici ꝛ similium.

In vno. c. de his oībus breuitatis gratia determinabimus ꝛ ēt qꝛ vnā sapiunt ꝛ eandē naturā lꝫ fm plus ꝛ minus de illa participēt. Dicam⁹ ergo cū Gal. in tertio regiminis acutorum ꝯmento. v. sic scribente. vinum stipticū est pauce caliditatis qn̄ ꝯparatur alijs vinis ꝛ ppter hoc fit q potus eius confert diarie: verūtn̄ nō prouocat vrinā: ꝛ tale est ꝯueniens calidas habentibus complexiōes ꝛ epar inflammatū vt placuit Auic. in. iij. primi doc. ij. c. viij. dicenti. Quib⁹ vinum calefacit ꝛ inflāmat epar: vtātur tali quale est succus vue acerbe: hmōi autem est vinū acrestiuuꝫ: iō conuenit. Similr stomacho ꝯpetit inflāmato ꝛ exiccato: qꝛ sitim remouet ipmqꝫ refrigerat ꝛc. dicente eodē. in. xiij. tertij trac. primo. c. xxiij. vinū subtile declinans ad stipticitatē paꝝ tolerans cō mixtionem ppter aquositatē suā facit penetrare cibū: ꝛ viuificat virtuteꝫ ꝛ excusat a potu aque frigide facientis tristari ꝛ irasci suo frigore Isaac vero de ipso in particularibus dietis inqt. Ponticum vinum ꝛ acerbum durius est ꝛ grauius: tardiusqꝫ digerit: venasqꝫ difficilius dulci perforat quia dulce calidius est ꝛ acceptabiliorē saporem hꝫ. Ponticum cutē videtur esse terrestre aut paꝝ habens saporem vn̄ difficile est ad perforandū venas et

neqꝫ vrinã neqꝫ egestionẽ aut sudorẽ prouocat: nõ ergo bonũ sanguinẽ generat: ventrẽ tamen ⁊ intestina cõfortat: stringit ergo egestionẽ de stomacho defectiõe maxime si solutio cã caloris fiat: cuius signa sunt rasura intestinorũ ⁊c. vnde Diascorides. vinũ inquit acerbũ diureticũ est: sed nescim⁹ qua intentione hoc dixerit ⁊c.

¶ De pontico etiã dicamus cũ eodẽ vbi supra sic scribẽte. Si vinum fuerit ponticũ: necesse est vt sit grossum impossibile est equidẽ vt vini pontici liquor sit subtilis: imo vinũ taliter existens illaudabile dat nutrimẽtũ durũ ad digerendũ: vrinã nõ prouocat: vẽtrẽ constipat: tarde ad caput ascẽdit: stomachũ ⁊ cerebrũ cõfortat: ⁊ ꝓdest malas habẽtib⁹ aquas figurã corporis disturbãtes: eos etiã iuuat qui frigidissimã potauerunt aquam vel niuem: qꝛ si corruptibilis aqua bibatur in malos conuertitur humores ⁊c.

¶ De vino aũt austero dicam⁹ postremo cũ Gal. in li. de euchimia. ⁊ cachochimia. c. viij. sic cõsulẽte. Fugere autem opꝫ a grossis simul ⁊ fetidis vinis ⁊ ab indelectabilib⁹ ⁊ austeris. Et infra: vinum austerum non similiter euchimũ: sed robur imprimit debili stomacho ⁊ ventri. ⁊ maxime secundũ discrasiam calidã patientib⁹. Et in lib. de vinis sic quoqꝫ de eo scripsit. Austerum vinũ neqꝫ ipsum est diureticũ: sed sicut grossum tardat circa hypocũdriũ ⁊c. Et postea dixit. Austeris vinis gratia roborandi stomachũ vtimur: album aũt ⁊ austerũ est inutile: quia infrigidat sensibiliter. Ex quib⁹ patet ꝙ talia vina non faciãt ad sanitatis conseruationẽ: sed potius quandoqꝫ ad medelam vt visum est quare pretermittantur.

¶ Cap. ccxlvij. ostẽdit naturã laudes virtutes ⁊ iuuamẽta vini odoriferi. ⁊ simul nocumẽta oppositi.

Onsiderauim⁹ in superiorib⁹ vinũ ex pte substãtie ⁊ coloris ⁊ saporis: nũc aũt de ipo ꝗtũ est ex parte odoris nõ inutilis fiat a nobis cõsideratio: qm̃ vt medici sentiũt sapiẽtes: vna potiorũ reqsitarũ in vino cõditionũ est odor: dicẽte Aui. i. iij. p. d. ij. c. vij. Sanitatis cõseruator dꝫ vinũ bonũ odorẽ bonũ habẽs bibere. ⁊ i. c. viij. eiusdẽ. ꝗto magis odor vini fuerit bon⁹: ⁊ ipm fuerit meli⁹ ⁊ saporis melioris erit magis ꝯferẽs. ⁊. xiij. iij. tra. j. c. xx. sic etiã ait de eo. vinũ odoriferũ velocis est penetrationis: ⁊ pluribus epatib⁹ conueniẽs in quib⁹ nõ est caliditas vehemẽs. Similiter Isaac in particularib⁹ dietis ipm plurimuꝫ cõmendauit cũ dixit. vinũ odoriferuꝫ suũ liquorẽ significat esse subtilẽ tẽperatum: ⁊ ex omni sorditie mũdificatũ penitusqꝫ digestũ: vnde clarũ sanguinem generat ⁊ laudabilẽ ⁊ mũdũ: cordis ergo est cõfortatiuũ: animãqꝫ letificat: ⁊ angustiã expellit: qm̃ mũdificat sanguinẽ a sorditie in corpore existente: qua expulsa sanguinis fumus grossus turbid⁹ ⁊ obscurus solit⁹ naturalis caloris lumẽ offuscare: expellitur: vnde fit cã letitie: ꝑpter hoc ergo hmõi vinũ cibus etatibus ⁊ cõplexionibus cõueniẽs est si accipiatᷓ vt opꝫ ⁊ qd̃ a natura sustinetᷓ. vnde Hippo. Vinũ inqt odoriferũ subtilius leuius digestibilius ceteris est ac nutribili⁹: qꝛ significat naturã suã cõpleuisse actionẽ: ⁊ omne cõtrariũ ab eo esse ablatũ: proinde vrinã prouocat citoqꝫ ad caput ascẽdit: ⁊ facillime ab eo inebriatᷓ: sed tñ cito ab ea liberatᷓ. Vinum vero qd̃ nulli⁹ est odoris: innuit sue fumositatis grossitiẽ: grauitatẽ: ⁊ indigestibilitatẽ: idcirco illaudabilis est nutrimenti: propter hoc nec mũdificat: nec sanguinẽ clarificat: neqꝫ cõfortat cor: nec creat letitiã: grossos etiã augmen

tat humores: et fumũ turbidũ generat et obscurũ: quare fit cã tristicie: sed tñ ꝓpter suã grauitatẽ et grossitatẽ nõ cito in caput ascẽdit vt ebrietatẽ generet: qđ si fecerit dure tardeqꝫ dissoluitur. Et subdit. Uinũ iter subtile et grossum est mediocre: cuiꝰ odoris mediocris sit actio et passio eius scđm ꝙ est ꝓpiquũ vel remotũ ab eoꝝ extremitatibꝰ. Si em̃ remotũ fuerit a bonitate: malũ erit. Si vero a malignitate bonũ erit: qđ si steterit in medio eoꝝ erit mediocre. Uinũ vero qđ grauẽ et horribilẽ hꝫ odorem: est pessimũ scđꝫ sui odoris horribilitatẽ et grauitatẽ nocet cerebro: et grauat et ꝑcutit mentẽ pelliculisqꝫ cerebri infert lesionẽ: et pessimũ generat sanguinẽ maxime si est põticũ. vnde Gal. Oportet inquit caueri a vino horribilẽ naturã et grauitatẽ habente maxime si põticũ sit: qꝛ durũ est digestioni: et digestũ etiã generat sanguinẽ malũ. Gal. aũt in lib. de euchimia et cachochimia. ca. viij. sic dicit. vt in nr̃a habemus trãslatione. Meliora ad euchimiã sunt odorifera: sꝫ caput percutiũt. Meliora vero ad vrinationẽ sunt q̃ subtilia: caput vero minime tangũt. Fugere aũt oportet a grossis simul et fetidis et indelectabilibꝰ et austeris. Et in libro de vinis cõcludit: et nos cum eo presens capitulum dicentes. Melius vinum ad euchimiam est quod est odoriferum: et in ceteris laudabile magis. Hoc igitur pro nostre sanitatis conseruatione debemus eligere: sicut oppositum ob eius nocumenta que dicta sunt pretermittere: quare etc.

¶ Capitulum. ccxlviij. ostendit naturam et operationes vini noui quod mustum dicitur: et ipsius nocumenta cum purificatum bullitũ et sufficienter clarum non fuerit.

Cum vinuꝫ ex parte etatis nõ minꝰ recipiat diuersitatẽ q̃ꝫ ex parte suprascriptorũ: rõnabile mihi vr̃ de ipso vt sic cõsideratur aliqua non inutilia consequẽter perscrutari. Et qꝛ istud duobꝰ modis principaliter cõtingit: cum aliquod nouũ sit et aliqđ vetus. Ideo de primo scꝫ de vino nouo qđ mustũ appellatur: primitus dicemꝰ cũ Aui. in. j. iij. trac. v. c. x. sic scribẽte. Uinũ feculẽtum et antiquũ et nouũ etiã qđ nõ est clarificatũ generat sanguinẽ vaporosum feculentũ et tenebrosum. Si tamẽ clarificatũ esset secus cõtingeret: dicẽte eodẽ in. xj. iij. tract. ij. c. viij. In vino qđ recẽs est: fortis existit virtꝰ ad aggregandũ spiritũ et cõfortandũ ipm: et propterea vinũ nouũ cõmouet coitũ: vt idẽ inq̃t. in. xx. iij. trac. j. c. xviij. et in. ca. xxxvij. eiusdẽ ait. Illud cui inest proprietas generãdi sperma est vinũ nouũ etc. Cũ tñ putrificatũ non fuerit quale est id de quo hoc i loco pricipaliter intẽdimus ad plura ꝑducit nocumẽta cũ dicat Priceps ipse in. xiiij. iij. trac. iiij. c. j. Scias ꝙ potꝰ plurimi vini passi recẽtis facit cadere in solutionẽ vẽtris epaticã: cuiꝰ quidẽ rõ est: qꝛ vt Isaac refert in ꝑticularibꝰ dietis. Uino recẽti inest calor in primo gradu: vñ ꝑtinet frigiditati et humiditati: idcirco ceteris ẽ nutribiliꝰ: malos gñat hũores et iordiata somnia et vẽtositatẽ stomachi et intestinorũ. vñ Gal. Uinũ qđcũqꝫ recẽs fuerit: nõ hꝫ vim ducẽdi cibũ per corpꝰ: neqꝫ vrinã ꝓuocãdi: ideo opꝫ frigidas et hũidas habẽtes naturas illud cauere: vẽtositatẽ em̃ et inflationẽ fastidiũqꝫ generat. ideoqꝫ si necessitas fuerit vinum eligatur clarissimum: aquosum: subtile diu a torculari exp̃ssum. et post aliqua subiũrit. Uinũ similiter qđ vicine a tortulari expre-

rit:qꝛ adhuc est indigestum ꝛ a bullitione non quieuit :neqꝫ terrestria ad suum locū descenderunt naturalem: neqꝫ etiā aereum ad suū locū saliuit: scilicet ad superiora:neqꝫ liquor eius clarissimus:mediocriter aūt stās mūdificatur ꝛ lucidissimus apparet. Deinde subdit. Recens vinū pro sue humiditatis abundantia ꝛ caloris paruitate:ꝓpter ebullitionē suiqꝫ turbiditatem malos generat humores terribilia somnia inducit ventositatē ꝛ inflationē stomacho nociuā ꝛ oppilationem in vrinalibus creat vijs. Vñ Gal. Decet inquit vini diuersitates intelligere qꝛ recens qđ vicinū est torculari calidū est in primo gradu. Uetus vero septem annos transiens in tertio calidum existit. Mediocre aūt quod est a duob⁹ annis vsqꝫ ad quatuor calidū est in secūdo. Quāto em̄ vinum hꝫ caloris paucitatē:tanto humidius approbat. Et q̄to calidius tāto siccius ꝛc. Quātū quoqꝫ vinū nouiter factum vituperat a Gal. patet per ea que ipse scripsit in li. de euchimia ꝛ cachochimia. c. viij. cum ait. Uētris dulcis vina ꝛ grossa sunt lenitiua:vt nullus ignorat sicut est mustū qđ est inflatiuum ꝛ indigestibile ꝛ pachichimum. ꝛ vnā solā bonitatē hꝫ subducere ventrē. Et si de hoc infortunetur nociuissimum fit. Et post aliqua subdit. Fugere oportet ab antiquoꝝ vinorum potu sicut a valde iuuenū fortibitiōe. Jlla em̄ superflue calefaciunt. Jsta ꝟo oīno nō calefaciūt. Maxime aūt a grossis natura vinis abstinere cōgruit q̄diu fuerint in iuuenescētia tanto em̄ deficiūt cōferre digestionibus ciboꝝ: ꝙ ꝛ ipsa vix digerunt ꝛc. Ex quibus apparet ꝙ nisi mustū bñ purgatum sit ꝛ clarissimum sufficienterqꝫ bullitū:multoꝝ nocumentorum pōt esse ꝓductū:ꝛ ꝓpterea non est bibendum:ꝛ maxime si dulce fuerit propter maiorē que exinde sequeret oppillationem:lꝫ q̄plures hoc minime credāt bestiales:qui postq̄ illo se ad libitum repleuerint:paucos post admodum dies egrotāt multiqꝫ moriūtur:ꝛ bene profecto iacent extincti ne suis cū voluptatibus malū ꝓximis p̄bentes exemplum:illos corrumpant. quare ꝛc.

¶ Cap. ccxlix. ostendit naturā ꝛ ꝓprietates vini veteris declarando iuuamenta ꝛ operationes eius quibusqꝫ ꝛ qñ cōueniens sit ratione medicine.

Quia posset quispiā opinari:imo credere ꝙ vinū antiquū sanis humorib⁹ esset vtile sicuti vinū nouū est ab eis fugiendū: vt dixim⁹ qui nō parum ꝑfecto deciperet. Jdeo mihi vr̄ inpresentiarum dicendum esse de ipso ꝛ operationibus ei⁹ magis ad medicinā q̄ ad cibū facientib⁹ ne q̄s eo vtens pro meliori forsitan egrotet: qm̄ vt dixit Princeps in. iij. primi doc. ij. c. viij. Uinū vetus est quasi medicina ꝛ pauci existit nutrimenti: sicuti nouū vinum impedit epar:ꝛ ad epaticā perducit dissinteriam ꝓpter inflāmationē suā ꝛc. ꝛ in. ij. tertij. c. iiij. Uinum antiquū parū valde cōfert egritudinibus neruorum omnib⁹ sicuti plurimum ex eo sumptū est res nocibilior neruis. Cuius quidē rō ab eo assignat in. xij. tertij. trac. ij. c. ix. cū ait. Uinū vetus odoriferum est ꝯfortatiuū virtutis expulsiue:ꝛ resolutiuum materie male. Et in. xx. tertij. trac. j. c. xviij. inq̄t. Uinum antiquū subtiliat vaporem ꝛ resoluit eum:ꝛ nocet coitui ꝓpter illud ꝛc. Et hoc iō:qꝛ calefacit plurimū ꝛ desiccat intm̄ ꝙ si multum bibat occidit:teste eodē Principe in. xiij. tertij. tract. ij. c.

xx.dicente. Multotiēs moritur homo
ex potu vini veteris inflāmatus ⁊ con
turbatus: ⁊ sitiēs. ⁊ Ga.in.ij.interio⁊.
Seruus grāmatici bibēs vinū vetus
inuigil deinceps factus a febre ac de=
sipiētia captus expirauit. Et ratio qui
dē huius est: q̄ vt Isaac inq̄t in parti
cularib⁹ dietis. Uetus vinū quod trā=
sit vsq̄ ad septē annos vel plus: cali=
dū est ⁊ siccū in tertio gradu: ⁊ habet
quiddā amaritudinis: ⁊ hm̄oi vinum
parū nutrit: citoq̄ caput ascēdit: ⁊ mē
tē percutit propter sue pūctionis acu=
men: maxime si multū ex eo bibatur:
⁊ parū aque ibi misceatur: ꝑpter hoc
caueāt illud neruos debiles habētes:
⁊ q̄ sensus acutos habuerint: magnū
nāq̄ eis prestat nocumentū: nisi tan=
tam in suis corporib⁹ habeant humi=
ditatē que bene resistat vini acumini.
vnde Gal. Multū inq̄t vinū vetus cō=
ueniens est his in quorū vasis multi=
tudo humorū crudorū est accumula=
ta. Et postea subiunxit. Uetustissimū
vero vinū quod propriū perdit sapo=
rem: ⁊ amaritudinē habet spernatur.
Unde debemus intelligere q̄ vinum
vetustissimū augmētat calorē vltra tē
peramentū: nocetq̄ pelliculis cerebri
⁊ mentē percutit: ⁊ nōnunq̄ extinguit
naturalē calorē cū acumine suiq̄ sicci
tate. Et q̄ vina magis vetera calidio
ra sunt: p̄z ex serie haliabatis in.v.
theorice sic scribētis. Et quāto ampli⁹
vinū vetustū fuerit: maioris erit calo=
ris. Que fuit sn̄ia Gali.in.iiij.de sim=
plici medicina dist.iij.c.j.circa finem
dicētis. Omnia vina quāto plus anti=
quātur calidiora sunt: ⁊ accidit vinis
stipticis quādo antiquātur: vt acqui=
rāt dulcedinē ⁊ acuitatē ⁊ acredinē. et
recedat ab eis qđ est in eis de stiptici
tate. Unde cōcludere possum⁹ cū Ga.
in lib.de euchimia ⁊ cacochimia.c.
viij.dicēte. Fugere op̄z ab antiquorū
vinorū potu: sicut ⁊ a valde iuuenū.
q̄m superflue calefaciūt: ⁊ hoc intelli=
gendū est via nutrimēti: q̄m loco me
dicine q̄nq̄ ⁊ in quibusdā cōuenientissi
ma sunt: vt dictū est supra: ⁊ precipue
his qui frigidi sunt ⁊ humidi supflue:
dicente Gal.in lib.de vinis. Frigidis
⁊ aceruatis in venis humorib⁹ q̄ cali=
da ⁊ antiqua vina sunt cōueniunt. Ex
his igitur ⁊ ex oībus precedentib⁹ ca=
pitulis de vino pertractātib⁹: apparet
q̄ vinū inter oīa bonū ⁊ laudabile ad
sanitatē dici mereaꝛ: ⁊ est illud de quo
scripsit Gal. in.iij.microtechni textu
cōmēti.ccv.dicēs. Potus quidē aptus
vinū est etate mediū: forma vero pu=
rum lucidū: in colore vero albū: aut
subrubeū: odore vero suaue: in gustu
vero nec aquosum oīno: nec aliquā ve
hementē qualitatē ostēdens: nec sti=
pticā nec amarā: neq̄ dulcē. Tale igi
tur vnusquisq̄ potēs sibi vinū eligat
si temperate vel quasi fuerit cōplexio
nis. Si vero distēperate valde qđ me
dico electo videbiꝛ bibat. Si vero nō
adeo potens fuerit: vt hec omnia ha=
bere possit: ⁊ vinū sibi eligere omnem
laudabilem habens conditionē: illud
saltem quod plures de dictis habue=
rit assumat: quare ⁊c.

¶ Cap.ccl. ostēdit q̄d sit aqua: ⁊ q̄
sit eius cōplexio: quomodoq̄ non
nutriat: neq̄ nutrire possit.

CUm q̄plures hoīz a na
tiuitate: ⁊ multi etiā ex
tpe vinū bibere nō pos
sint. sed tātū loco eius
aquā: iure merito pos=
ritate Ruffi hic subiūxit. Ambulatio moderata laudabilior est q̄ fit post cibum: q2 cōfortat sup digestionē: puocat vrinā et egestionē et facit hoīes penes cenā in cero fieri boni appetitus cibi: et sumptiōis ipsius ēt bonā digestionem cibi cene facit: sed mot⁹ post cibū vituperabilior est: ecōuerso .hoc quoqꝫ Auic. pcepit in .iij. primi. doc. ij. c. vij. cū ait. Paru⁹ motus post comestionem cibuꝫ in stomacho quiescere facit: et pprie cū dormiendi post ipsuꝫ voluntas affuerit. Et infra dixit. Inquit Ruffus incessus hic mihi plꝫ: et proprie post prādium: qm̄ bonitatem operationis cene pparat. Qđ etiā innuit Almansor in libr. iiij. c. ij. dicens. Post comestionē vero a forti motu ac longi tēporis oīno est cauendū: sicut em̄ motus an̄ comestionē factus sanitatis est cōseruatiuus: ita post comestionem egritudinis inuenit̄ generatiuus. Non est igit̄ laborandū: neqꝫ forti motu corporis aut aīe mouendum vt inde corp⁹ nō habeat calefieri: qm̄ dixit Gal. in lib. vj. de accidenti et morbo. c. j. Nullus est cibus q̄ non putrescat si fortem patiat̄ calefactionem. et Auicē. in loco et c. preallegatis similiter inquit. Accidentia aīe horribilia. et motus corporei fortes digestionē fieri phibent. Paulatim itaqꝫ incedēdū est donec cibus descēderit: postea vero quiescendū omnino: vt calor naturalis in exterioribus mēbris nō occupatus interiora ingrediatur: et cibum potūqꝫ nō distractus decoquat. Et iō scribebat Auerro. in. iiij. Metheoroꝝ cōmento. xj. Effectus augent̄ ex operante in quiete: et iō ea que fiunt indigent quiete q̄ꝫdiu fuerint in locis proprijs: et iō vituperāt et redarguūt medici motū post cibum. Similiter dixit Rasis in. xxv. continentis. ca. j. Debes sequi somnū et quietē cessantib⁹ omnibus motibus post cibū: vt cōdominetur natura cū bonitate digestiōis. Et Auic. in. xiij. tertij. tract. iij. c. j. inquit. Cib⁹ indiget quiete et somno vsqꝫquo bona fiat digestio. Isaac quoqꝫ in vniuersalibus dietis. c. iij. idē voluit cum ait. Digerunt̄ cibi descendo melt⁹ q̄ꝫ si ambulauerit: et p̄sertim cibi dulces aquosi sicut sunt persica: mora: vinuꝫ dulce. et similia. Nō aūt hui⁹ ponitur a Rasi in lib. vj. suoꝝ aphorismoꝝ sic scribēte. Quēadmodū res crude absqꝫ ignis caliditate et humiditate non pn̄t decoq̄: sic nec digestio celebratur absqꝫ humiditate innato calore. In quiete aūt et somno calor nō occupatus in viscerib⁹ fortior reddit̄. et ideo quiescendū est post illam modicaꝫ et suauē deambulationē qm̄ ex forti motu: vt diximus in. c. xxviij. libri huius: corrumperent̄ cibi et potus in stomacho. Corruptio v̄o digestiōis est mater egritudinū et origo chronicaꝝ infirmitatum. teste Auicē. in. xiij. tertij. tra. tertio. c. ij. Et ppterea cōcludam⁹ pn̄s capitulū dicētes cū Gal. in. v. Terapētice. c. xiiij. sic scribēte. Opꝫ multam facere pruidentiaꝫ in oībus digestionibus cibariorum. ppterea q̄ siue s̄m epar: siue s̄m ventrē infortunium patiantur febres faciūt: et maiorē operantur cachochimiā. Et in libr. de euchimia. c. vlti. sic etiam dicente. Maxima est ad cachochimiam et ad egritudines indigestio frequens: siue in euchimis: siue in cachochi. cibis fiat et c. Quare quiete somno et omni quo possumus ingenio: digestio semper procuranda est.

Capitu. cclxij. ostendit quid sit somnus aque: et que sit eius necessitas: et que ipsius cause: quomodoqꝫ faciat ad bonitateꝫ digestionis.

Cum dictū sit in superiori capitulo q̄ omni ingenio de digestiōis reficientium p̄ceptorū bonitate sit pcurandū et somn⁹ vna de causis

bene digerere facientib⁹ existat: teste Auer. i. ij. colliget dicēte. Operatio digestionis est fortior cū homo dormit: eo q calor naturalis cū quo operatur natura in vigilādo in exterioribus: vt det sensum et motū: reuertitur dormiēdo ad partes intrinsecas corporis etc. Consequēter inquā de somno dicēdū est: et primo declarādo qd ipse sit: que cause eius: et que vtilitas ipsius.

¶ Quantū vero ad primū: dicimus q si ad poetas accesserim⁹ querētes quid somnus sit respōdebit Verg. dicēs in. vj. Eneidos. Est cōsanguineus leti sopor. Similiter Ouidi⁹ scribens. Stulte qd est somnus gelide nisi mortis imago. Tullius quoqꝫ in lib. de senectute idē sentiens dicet. Jam vero videtis nihil esse tam morti simile q somnū etc. Sed si a sapientib⁹ nostris id petierimus: audiemus peripateticorū principē Arist. in libello de somno et vigilia respōdentē. Somnus est conuētus et reciprocatio naturalis caloris ad interiora. s. ad cor: cū qua est vinculū siue in potentia sensitiui primi id est sensus cōis. Similiter Auic. in. j. iij. trac. iiij. c. j. dicens. Somn⁹ vniuersaliter est reditus spūs aīalis ab instrumētis sensuū et motuū ad principium cū quo priuant ipsorū instrumēta ab exitu operatiōis in ipsis: nisi que necessaria sunt ad hoc vt vita pmaneat: et illa sunt sicut instrumenta spūs. Et subdit. Sōnus quidē naturalis absolute est cuius reditus est cum pfundatione spiritus vitalis ad interiora vt digeratur cibus etc. Et in cāticis textu cōmenti. xxxvij. dixit. Sōnus est quies virtutū animaliū motiuarū et sensitiuarū. Gal. vero ab Aristotele accipiens in. iij. lib. de accidenti et morbo. c. iiij. dicēs. Sōnus est passio primi sensus: qui cōis est ceteris sensib⁹. et in iiij. lib. eiusdē. c. viij. necnō inqt. Dicamus virtutē animatā in somno quiescere et naturalē cōfortari: qd sic possumus cognoscere. Virtus eñ animata si fuerit fatigata animali dormiēte cōfortatur: maxime si ante somnū cibū moderate accipiat. Ab his aūt oibus Auerrois in. ij. colliget videtur accepisse cum ait. Dormire est ligamentū et quies sensuū: et reuersio ipsorū ab instrumētis eorum ad partem intrinsecā corporis: et iste res per se note sunt: et propterea trāseunt res sensate super dormiētes et non sentiūt eas: et etiam videmus dormientē oculos habētem apertos et nō videbit: et si esset virtus visibilis in suo instrumēto tūc videret etc. ¶ Que aūt sit somni necessitas: ipse declarauit infra dicēs. Et somnus nō aduenit multus animalib⁹ post laborē nisi propterea qr animalia qñ mouētur et laborāt spargitur calor suus naturalis: et diminuitur qtitas sua et refrigerat: ppter quod reuertitur de necessitate ad locū sui principij etc. Et post aliqua subdit. Somnus est vna operatio nature que regit corpus animalis: et ppterea fuit somnus necessarius in animalib⁹ pfectis: qr nisi esset somnus periret sensus propter nimiū exercitiū: et pereuntibus sensibus periret vita: et inde est q citrinatur facies dormire non potētibus: et ledunt eorū operationes etc. De necessitate etiā somni dicamus cū Aui. in. ij. j. doc. et c. iij. sic scribente. Jn vita et sanitate nō est necessitas absoluta: immo propterea vt spiritus ab impediētibus separetur propter illud quod ei accidit ex lassitudine: aut propterea q est ei necessarium incūbere propter digestionem cibi: et propterea q non potest duas res. Somni igitur necessitas nō est nisi ex parte alicuius impotētie: et est exitus a necessitate naturali. Et in j. iij. c. vij. dixit. Somnus semp sequitur maliciam cōplexionis humide laxe aut frigide congelātis motum virtutum sensibiliū: aut vehementē spiritus animalis resolutionem propter

superfluitatem motus: aut propter impulsionem virtutum ad interiora vt materia digeratur & impellatur cū eis spiritus animalis propter consecutionē quēadmodū fit post cibū. Necessitas ergo somni est virtutis resolute restauratio: & cibi preassumpti digestio: & defatigati corporis & sensuū eius requies & refocillatio. Que autē sint cause somni ex his que dicimus apparent. Finalis enim est: que iam pretacta fuit. Formalis aūt reditio spiritus &c. Efficiens autem virt9 regitiua que ē in corde: vt inqt Auerrois vbi supra. Et causa materialis ē vapor qui ascendit a membris inferiorib9 ad cerebrum propter aliquam causam generatus. propter cibum scilicet & humores in corpore existentes qui quando erit in fine ascensus igrossat a frigiditate cerebri: & recipit grauitatem ab alijs humiditatibus &c. Hec ipse vbi supra. Et sic apparet qd sit somnus: que eius necessitas: & que sint cause ipsius: qualiterq3 faciat ad digestionem vt rubrica capituli promittebat. Que autē sint alie ipsius vtilitates deinceps dicemus.

¶ Cap. cclxiij. ostēdit que sint vtilitates & iuuamēta somni tēperati prouenientia in virtutes aīales et naturales corporis fatigati.

Quamuis i pcedēti capitulo aliqualiter de vtilitatib9 & iuuamētis somni locuti fuerim9: tamē vt ea melius ac distinctius intelligātur: in p̄senti etiam de ipsis particulariorum faciemus sermonez: dicētes primo cū Haliabate in. v. Theorice. capit. xxxv. sic scribente. In sommo digestionis sit bonitas & humorum decoctio calor nāq3 naturalis somni tempore ad profunda secedit corporis quo cibū digerat: humores bonos disponat: vnde & digestio ciborum melior fit hyeme ex noctiū longitudine & somni copia. Et post aliqua subiūxit. Moderata somni quantitas cibos digerit: corp9 spissat: laborē soluit animam confortat naturalem: calorq3 augetur naturalis. humores boni fiunt: membra recreat extensa: mentē clarificat. cogitationem emendat ac visum: cui conuenit &c. Similiter Auicē. i scda. j. do. ij. c. xiij. dixit. Somnus naturales omnes operationes fortes efficit propterea q2 calorē cōtinet in natum & virtutez laxat animalem. ideoq3 cordis vias humectat & eas laxat: & quia spirit9 substantiam turbidam efficit: id est spissam: & prohibet illud quod resoluitur. Laxitudinis quoq3 modos omnes remouet: & fortes retinet euacuationes materie: tamen que ad partez cutis existūt somnus quandoq3 ad expellendum eas iuuat: propterea q2 calorem interius continet & nutrimentum in corpore partit: & expellitur id quod est iuxta cutē & sic apparet qd sudorē nō retinet. Et subdit. Cūq3 sōnus materiam inuenit aptam ad digerendū & maturandum, ad sanguinis naturā eā cōuertit: & calefacit ipam: & trāsit calor p corpus & calefacit corp9 calore naturali &c. Et in doct. iij. summa. d pulsib9. c. xij. dixit. In hora somni calor naturalis cōstringitur: & submergitur: & totus hora illa tendit ad occultū propterea q2 ipm aīa mouet ad nutriens digerendū & maturādū supfluitates. Et in. iij. primi doct. ij. c. ix. similiter inquit. Sōnus temperatus naturalē virtutē potentē efficit perficiendi suas operationes: & aīalem virtutē quiescere facit: & in eius substātia augmentū pbet: ppterea q2 laxat ad prohibendā spiritus: qualiscūq3 fuerit resolutione: & propter hoc digeri cibū. Et infra subiunxit. Sōnus tēperatus est humectās & calefaciēs: et

est res magis proficiẽs senibus: qm̃
in eis humiditatẽ cõseruat. ⁊ propter
hoc Gal. cum senex esset comedebat
lactucas cũ aromatibus. ⁊c. Que fuit
Gal. sñia in. v. Terapẽtice. c. ij. sic scri
bentis. Digerit quidẽ somnus: resol-
uunt autẽ vigilie. Et in. iiij. de regimi
ne sanitatis. c. j. dixit Bene scientes sũ
mus ꝙ nihil ita digerit eorũque dige
ri possunt: neqꝫ malos resoluunt hũo-
res: sicuti balneũ ⁊ somnus. Et ĩ libro
iiij. de accidenti ⁊ morbo cap. viij. in-
quit. In somno cibus digeritur meliꝰ
⁊ nõ solũ in stomacho verũ etiã in to
to corpore: ꝓpter hoc mõstratꝛ nobis
qđ mẽbrum in quo rationalis est ani
ma quiescit in somno. In libro quoqꝫ
de dissolutione cõtinua dixit. Et quã
do somnus sequitur cibũ: reuocatꝛ ca-
lor naturalis ĩ ipso: ⁊ aggregatꝛ in in
terioribus corporis ⁊ digerit cibũ ⁊c.
Rasis similiter. in. iiij. Almansoris. c.
iij. scripsit. Somni aũt vtilitas anime
aufert laborem eãqꝫ reddit subtilio-
rem atqꝫ cogitationem ⁊ rõnem q̃ ebe
tes erãt ⁊ quasi fesse subtiliat ⁊ acuit
corporisqꝫ fatigationẽ mitigat: ⁊ dige
stiuã meliorẽ efficit ac corpus impin-
guat. Et in. xxv. continentis. capit. j.
sic etiam ait. Somnus humectat in
omnibus: nõ tamẽ in omnibus: dispo
sitionibus calefacit neqꝫ infrigidat:
veruꝫ tamẽ si sequitur in corpore hũo
res crudos poterit digerere ⁊ abun-
dãs fiet sanguis augendo caliditatẽ
inatã. Et subdit autoritate Pauli. Sõ
nus prebet quietẽ virtuti spirituali:
subuenit ad digerẽdũ ⁊ coquẽdũ hu
mores semicrudos. mitigat dolorẽ q̃
accidit in mẽbris: emollit mẽbra que
extenta sunt per siccitatem: sanat vi-
tia spiritalia: restituit mentem deui-
antem: ⁊ humectat corpus semper. et
postea subiunxit. Verũtamen somni
noctis spacium cõpetens est ad cõplẽ
dam digestionem. ⁊ similiter obscu-
ritas noctis inducit ad exequendum
somnũ profundum ⁊ inducendũ cali-
ditatem. Et hi duo modi conferunt
in digestione: ⁊ habetur significatio
ꝙ nox cõpetat in digestione ꝙ homĩ
nes sequũtur superfluitates nutrimẽ
ti semꝑ post somnũ noctis ⁊ summa-
rie somnus dꝫ fieri ad modũ digestio
nis ⁊c. Recte igitꝛ dicebat Auerrois in
ij. colliget. Opatio digestiõis est for-
tior cũ homo dormit: eo ꝙ calor natu
ralis cũ quo operatur natura in vigi-
lando in exterioribus vt det sensum ⁊
motũ reuertitur dormiendo ad par-
tes intrinsecas corpis. Et ꝓpterea cõ
cludamus ꝙ dormiendũ est post cibi
⁊ potus assumptionẽ: ⁊ ipsorũ ad fun-
dum stomachi descensum: vt melior
⁊ perfectior celebretur digestio: qua
mediante spiritus ⁊ virtutes corporis
aïales restaurantur: ⁊ naturales cor-
roborentꝛ: vt cibi ⁊ potus pãssumpti in
sanguinẽ cõuertantꝛ ⁊ minime corrum
pantur in ipso: qđ si cõseq̃mur nõ par
uã quidẽ: verũetiam maximã pro no
stre sanitatis conseruatione recipie-
mus vtilitatem. quare ⁊c.

¶ Capi. cclxxiiij. ostendit nocumẽ
ta somni superflui ꝓuenientia in
totum corpus ⁊ eius mẽbra.

POsset quispiã ex his q̃
dicta sunt facile sibi ꝑ-
suadere: ꝙ cũ somnus
tot ⁊ tantas afferat cor
pori vtilitates: ꝙ nõ mo
do foret vtile dormire:
verũetiã optimũ plirius in somno re
quiescere: qui ꝑfecto non parum de-
ciperetur: cũ defectus ⁊ abundantia
ad easdem perducant differentias: vt
dixit Gal. in. iij. techni. Immo sicut
temparatus somnus iuuat vt scripsi-
mus: sic superfluus valde nocet diuer
sa ac plurima corpori nocumenta in-
ferẽdo: queãdmodũ voluit haliabas
in. v. theorice. c. xxxv. dicẽs. Sõnꝰ exce-

dẽs i tpis quãtitate multũ nocet: qm̃ virtutes plurimas enervat aiales somnus ac debilitat: corpus refrigerat ꝛ hũectat: atq͡ꝫ in eo phlegma augmẽtat: ꝛ naturalẽ debilitat calorẽ ipsumq͡ꝫ resoluit. ꝛ precipue si super inanitionẽ fiat: dicente eodẽ vbi supra. Si sit autẽ omnino corpus vacuũ: nec in eo aliquid sit ciborũ naturalis conuertit ad corporis humiditatẽ calor exuritq͡ꝫ ꝛ cõsumit illã: dehinc ipse debilitatur deficiente materia ꝛ refrigeratur corpus ꝛc. Idẽ quoq͡ꝫ ꝛ clarius sensit Auicen. in. ij. pmi doc. ij. ca. xij. cum inquit. Cũ somnus materiã inuenit aptam ad digerẽdũ: vertit eã ad naturã sanguis ꝙ si humores inuenit calidos ꝛ cholericos: ꝛ perdurauerit eius tẽpus calefaciet eos ꝛ corpus calore extraneo. Et si inuenerit vacuitatẽ infrigidabit ꝓpter hoc ꝙ resoluit: aut humorem qui virtuti digestiue sit inobediens infrigidabit ꝓpter illud quod expãditur de eo. ꝛ subdit. Et sicut vigilie multe cõplexionẽ corrũpunt cerebri aliquo siccitatis modo ꝛ debilitant ipsum: ꝛ cõmiscent rationẽ: ꝛ adurunt humores ꝛ egritudines faciunt acutas: sic somnus multus huius efficit cõtrariũ: operatur enim virtutũ aialiũ obtusionẽ ꝛ capitis grauedinẽ ꝛ egritudines frigidas. ꝛ illđ est propter hoc qđ ipse in resolutiõe prohibet ꝛc. Et i pmo tertij tracta. iiij. c. xiiij. sic etiã ait. Dormitio multa i meridie ꝛ vniuersaliter somn⁹ mult⁹ nocet multuꝫ memorie. Et in. ij. tertij. c. v. dicit Spirit⁹ in lõgo somno fit grauior pigrior: ꝛ nõ fit assiduus in faciendo dilationẽ ꝓpter declinationẽ suaꝫ ad interioreꝫ ptẽ. ꝛ in. xiij. eiusdẽ trac. ij. ca. dixit. Nauseatiua satietas qñq͡ꝫ prouenit ꝓpter multitudinẽ somni et quietis: nã somn⁹ ꝗuis ꝯferat inquã tũ digerit: tñ motus cõfert inquãtum expellit superfluitates expulsione. Et somnus quidẽ nocet vbi egent superfluitates expulsione: sicut vigilie nocent vbi indiget materia digestione. Et in cantica textu commenti. cxxix. iquit. Si somnus multũ prolongabitur replebitur caput humoribus. Et in seqnti textu subdit. Somnus humectat corpora ꝛ relaxat: extinguit calorẽ viuificantẽ ipsa. In cuius cõmento dixit Auerrois ꝙ hoc intelligitur de multo somno: quoniã multus somnus extinguit calorẽ quo virtutes viuũt ꝛ existũt: ꝛ hoc qꝛ de natura quietis ꝛ cooperatiõis est extinguere calorẽ. Ignis em̃ extinguit ꝛ suffocatur cũ multũ et perfecte tegitur. Et in parte secundo canticorũ textu cõmenti. xxviij. sic quoq͡ꝫ ꝑcepit Auicẽ. Non prolonget somnus: quoniã hoc obest aie. nec etiã vigilie: quoniã inde debilitabit sensus in cuius etiã commento Auerrois sic scripsit. Nõ prolõgetur somnus quoniã lentescit q̃dem vita ꝛ tenebrosa efficitur: extinguiturq͡ꝫ inde calor ei⁹: sicut extinguitur ignis in cineribus multũ coopertus. Et in libro. vj. sui colliget ait. Quãdo supfluit somnus calorem extinguit naturalẽ: ꝛ corpus inducit ad tumidã dispositionẽ. Que fuit Ari. snia i. ij. ꝓblematũ: ꝓblemate. xxx. dicẽtis. Multo tpe dormiẽtes minus colerati sunt moderato tẽpore dormiẽtib⁹: suffocatur em̃ dormiens. Et i. xj. eorũdẽ problemate. xij. dixit. Ex somnis autem grauiores sumus. qđ ex superfluis debet intelligi. Et ꝙ ita sit apparet p ipsuꝫ in. xxvij. phlegmate eiusdẽ dicentẽ. Somnus superflu⁹ corpora tardiora facit. Rasis quoq͡ꝫ in. iiij. Almansoris. cap. iij. hoc idẽ voluit cũ scripsit. Multum autẽ dormire corpus desiccat ac tenerũ efficit: plegmatis quoq͡ꝫ multitudinem increat ipsumq͡ꝫ infrigidat. ꝙ in corporibus grossis a pinguib⁹ precipue operatur. Et in [illegible] xv. commentis. capit iij. autoritate Gal. Somnus moderatus generat sãguinẽ laudabilẽ: sꝫ ex

cedens modū debitum in equalitate corrumpit humores ⁊ postea subiun-xit. Somnus abundans emollit cor-pus: ponderosum reddit caput: quia corpus replet de humiditate calida: ⁊ emollit virtutez vnde cōgregabun-tur in corpore superfluitates vaporo-se. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxv. ostendit ꝙ nō sit dor-miendū stomacho ex̄istēte vacuo: similiter nec illico post cibū assum-ptum sicut nec in meridie.

SAtis ex precedenti capi-tulo intelligi potest ꝙ nō superflue sed mode-rate dormiendū sit: in qua aūt hora nōdū ex-pressimus: sz ipresentia-rū ostendem⁹. Qm̄ sufficit rē aliquaz bonā esse intelligere: sz quādo cōces-sa sit laudabilis scire oportet. Multa nāq̄ inueniunt̄ in vna hora fore opti-ma que in altera maxime nociua exi-sterent: vt supra diximus de exercitio ꝙ tempore cōplementi primarū dige-stionū laudabit̄: ⁊ tempore replexio-nis erat prohibitū. Sic ⁊ de somno q̄-rere contingit qua scz hora dormien-dū sit cū dicat Auicēna i. iij. primi do-ctrina. ij. c. ix. Sani debēt obseruare vt somn⁹ eis tēperate exhibeat̄ ⁊ in sua hora: ⁊ nō superflue: que aūt sit talis hora ipse nō expressit. Et propterea q̄-rēti quenā hec hora sit: respondebim⁹ dicētes. Primo ꝙ nō hora inanitionis ⁊ ieiunij dormire debeamus: cū dicat princeps in. ij. c. xiiij. Si somnus inue-nit vacuitatē infrigidabit ꝑpter hoc ꝙ resoluit: aut humorē qui virtuti di-gestiue est inobediens infrigidabit propter illud qđ expandit̄ de eo. ⁊ in iij. primi doc. ij. c. ix. inquit amplius su-per vac[illegible] malū ⁊ vir-tutem deijciens. Quod similiter vo-luit Rasis in. c. iij. libri. xxv. cōtinentis dicens auctoritate Ruffi in questioni-bus epidimie. Somnus longus si se-quitur cibum augebit in caliditatem innatā ⁊ impinguat corpus. Sed si se-quitur exercitium aut balneum aut euacuationem ⁊ summarie in disposi-tione ne illa in qua corpus nō sequit̄ nutrimentū: diminuet caliditatem in-natā ⁊ macrefaciet corpus. Et dixit. Joannitius. Et quotiens sequitur so-nus corpus carens nutrimento aut humore crudo aut caliditatem igneā tunc infrigidat corpus extinguendo caliditatem innatā. Cuius quidē ra-tio in promptu est. q: cū calor natura-lis cibū nō habeat quem digerat ⁊ cū sumat: vertit se super sanguinez ⁊ car-nem ipsa resoluendo ⁊ propterea ie-iunantes calidi stomachi nihil in ves-peris accipientes macilenti ⁊ calidi fiunt Non sic autem qui frigide fue-rint cōplexionis ⁊ phlegmatici ⁊c. Ne-q̄ est ilico post cibum assumptuz dor-miendum anteq̄ descenderit cibus ad fundum stomachi: huiusmodi em̄ hora omnino est inconueniēs ad dor-miendum: dicente Auicen. in. iij. primi doctri. ij. c. vij Nō ilico post cōestionē est dormiendū cibo natāte: ⁊ in. c. ix. eiusdē. Melior somnus est ille qui ꝓ-uenit postq̄ cibus a superiori ventre descenderit ⁊ post quietez eius: ꝙ for-sitan sequitur ipsum ex inflationibus ⁊ rugitibus: quoniā dormire sup hoc multis impedit modis ⁊c. Et subdit. Qua propter si descensus tradauerit parūper incedere debet ⁊ postea dor-miat. Et iterum postea subiunxit. Su-per replexionem dormire est malum anteq̄ a superiori vētre fiat descensio Et in. iij. tertij trac. primo. c. v. dixit Somnus super replexionē ⁊ cenā est res nocibilior oculo: immo oportet il-lum qui in visu habet debilitatem ex-pectare donec digestio fiat. i. fieri in-cipiat deinde dormire. Que fuit Ra-sis snia in. iiij almansoris. c. iij. dicētis.

Oportet vt tãdiu post comestionem aliquis se a somno abstineat donec cibus ab ore stomachi descendisse: atq inflatio & grauedo minui atq inferius mergi sentiantur: q si tardetur nõ incongruum est vt parua iuuetur deãbulatione donec descendat. ante vero hos omnes Gal. hoc preceperat in libro de dissolutione continua dicens. aliquando est membrũ debile vt stomachus & natat in ipso cibus: et non iniungas somnũ donec descẽderit cibus de stomacho aliquo descensu: nec donec deueniat in fundũ stomachi: & antepcipias eum moueri parũ sicut memorauimus iam. hec ipse. Obseruandũ est preterea q in meridie: nisi consuetudo cõtradixerit: non dormiatur. Quoniam vt dixit Auicen. vbi supra. In die dormire malũ est: generat enim egritudines humectãtes & reumatismos: & corrumpit colorẽ: & generat splenem. & laxat neruos: & efficit pigritiam: & debilitat desideriũ: & generat apostemata & febres frequenter. Et ex causis suorũ nocumẽtorũ est vt cito interrũpatur: & naturam ab eo in quo erat stupidã reddat. Et in prima tertij tra. iij. c. xiij. ait. Dormitio multa in meridie: & vniuersaliter somnus multus nocet multũ memorie: & proprie super repletionem plurimã. Rasis quoq in. xxv. cõtinentis. c. iij. dixit autoritate Pauli. Somnus diei non est tante vtilitatis: q: nõ põt tantum spaciũ sequi quo possit digestio cõpleri: & quotiẽs inciditur somnus ante perfectã digestionẽ: sequitur oxiremia cum repletione ventris de vnctuositatibus. Et saltẽ longa erit & põderosa dispositio cõdominabilis &c. hec ipse. Ex quibus colligi põt que sit hora cõueniẽs ad dormiẽdũ: scz post cenã: & nõ post prandiũ: & nõ nisi postq cibus ad fundũ stomachi descẽderit: & post suauez deambulationẽ: vt in superioribus ad plenum diximus. quare &c.

Cap. cclxvj. ostẽdit quomodo accubandũ vel dormiẽdum sit: an supine: scilicet vel super latera et super quod &c.

Cum plures decubitus forme in dormitione reperiantur: proclinis: supina: sup vno laterum: equalis & cũ capite eleuato nõ erit inutile ad sanitatis cõseruationẽ: & ad meliorez vero perficiendã digestionem intelligere que harũ manerierum sit laudabilior: & q̃ corpori cõuenientior: & a medicis magis approbata. Et ppterea dicamus cum nostro Conciliatore in differẽtia. cxxij. sic ad hanc petitionẽ respondẽte. Si qs habuerit lubricum ventrẽ: opz eum super sinistruz latus iacere & dormire: si autẽ cõstipatũ: super dextrũ est accubandum. Et si qs habuerit epar calidũ debet cauere ne sup dextrũ latus dormiat. Qui vero stomachuz frigidum: super sinistrum Et demum concludit q super dextrũ parũ est dormiendũ: super sinistrũ vero multũ: vt inde perficiatur stomachi digestio: qua perfecta iterũ sup dextrũ est recumbendũ. Que fuit snia Auic. in. iij. j. doc. ij. c. ix. dicentis. Sed ex figuris somni melior est vt sup dextrũ incipiat latus: & deinde ad sinistrum reuoluatur: qd si eius inceptio sup ventrem fiat. auxiliũ fert sanis magnũ in digerẽdo pptereaq calorẽ retinet naturalem & ipsum cõprehendit. quare augetur &c. Et in. c. regiminis eius qd comeditur & bibitur dixit. Oportet preterea vt post comestionẽ primo sup dextrũ latus dormiat pauco tpe: dein de super sinistrũ reuoluatur: postea reuoluat se supra dextrũ: & debes scire q multis cooperiri pãnis: & ceruical eleuare ex illis existunt que digerendo iuuant. Et ad vltimũ quidẽ vt membrorum situs ad inferiora sint de-

clinantes ⁊ nō ad ſuperiora. ⁊ in. xiiij. tertij trac. iiij. c. v. ſimiliter inquit. Dormire ſuper latus ſiniſtrum eſt maximi iuuamenti ad digeſtionē perficiendaz propter cōpreſſionē epatis ſupra ſtomachū. ſed ſomnus ſupra dextruz eſt cauſa velocitatis deſcēſionis cibi. Eſt etiā obſeruandū vt dixit Almanſor in lib. iiij. c. iiij. ne de vno latere ad aliud ſepe voluatur: tardatur enim inde digeſtio atqꝫ inflatio ⁊ rugitus ſentitur. Oportet itidem vt puluinar ſit altū: ⁊ precipue ſi cibus nondū ab ore ſtomachi deſcēderit: ſufficit enim vt ter fiat reuolutio ⁊ nō pluries: vt dictum eſt. Quod etiā in. xxv. cōtinētis replicauit cum in. c. eius primo dixit. Poſt comeſtionē quilibet dormiat ſuper latus dextrū modice: deinde complendo ſomnū ſuper latus ſiniſtrum. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto eo ꝙ excitat ventoſitates ⁊ occurſum prebet ſuper digeſtionem ⁊c. Et poſtea ſubiūxit. Pars inferior corporis in ſomno debet eſſe declinātior: ⁊ nulla ſuperabundās fiat reuolutio in lecto: ne reuoluat cibū in ventre de vno loco ad aliū corrūpendo digeſtionem. Que fuit ſnia Ariſto. ad Alexādrum ſic ſcribētis. Dormi temperate primo ſup dextrū latus vna hora: deinde ſup ſiniſtrū ⁊ illic pfice dormitionem. Volunt itaqꝫ oēs autores vt ſuper latera dormiendū ſit. ⁊ nō ſup dorſum vel reſupine: vt pleriqꝫ faciūt neſcientes qd̄ Princeps voluerit in. iij. primi doc. ij. c. ix. cū ait. Reſupine aūt dormire eſt malū: ⁊ ad malas preparans egritudines: ſicut apoplexiā freneſim ⁊ incubū: qm̄ ſupfluitates ad poſteriora declinare facit ⁊ retinent: ⁊ per ſuos nō incedūt cānales naturales: qui ſunt ab anterioribꝰ ſicut nares ⁊ palatū: ⁊ talē ſomnū incurrere ſolent infirmi ⁊ debiles ꝑpt illd̄ qd̄ muſculis eoꝝ accidit ex debilitate ⁊c. Qd̄ non minus voluit Gal. vt teſtatus eſt Raſis in. xxv. cōtinentis. c. iij. dicens. Dormitio facta ſupine dorſum ſuum cōſeruat ſuperfluitates cerebri in ventriculis eius ideo nō debēt ſomnum abundantē ſequi dormiēdo ſupine ſuper dorſum laborās apoplexia: aut ſi paratus fuerit eaz pati aut epilepſiā. Et dixit in alio loco. Non dz dormire ſuper dorſum laborās catarro deſcendente de capite: qr tunc leuē ingreſſuz eius facit induci ad cānale pulmonis. Et alibi etiā dixit. Dubitandū eſt ſuper dormientē tota nocte ſupine ſup dorſum ne cito inducatur ad apoplexiam ⁊ epilenſiā qr ſuperfluitates cerebri non manebūt tunc: ſed ventriculi eius replebunt de eis. ⁊ ſubdit. Dico ꝙ eſt forma dormitionis mala valde penes repletionē cerebri ⁊c. Ecce igitur ꝙ̄ grande periculū ſit dormire ſuper dorſum: ⁊ cauſa multarū infirmitatum: ⁊ incubi precipue ſuper numero ex tali decubitu prouenientis vt certiſſima ſcio experiētia: ꝙ mihi puero ex tali cauſa ſicut ⁊ adultis pluribꝰ accidit.

¶ Cap. cclxvij. oſtendit quid ſit vigilia ⁊ ꝙ temperata conueniat ſicut ſuperflua maxime noceat.

QUamquā ea que diximꝰ de ſomni vtilitate: ſufficere deberent ad intelligendū quantū moderate dormire ſit vtile. Tamen pro ampliori noticia ipſius volumus ⁊ de vigilijs que ſomno opponūtur: aliqua breuiter declarare: vt oppoſitum magis intelligatur per ſuuz oppoſitum: teſte philoſopho in. iij. de anima textu cōmenti. xxv. Dicamus ergo cum Auicen. in. j. tertij trac. ⁊. c. iiij. ſic ſcribente. Vigilia eſt diſpoſitio cum affunditur ſpiritus animalis ad inſtrumēta ſenſus et motus vt eis vtatur. Serra autem ſuperfluitas in

vigilia ⁊ egressus a re naturali. et in canticis textu cōmēti.cxlj. Temperata vigilia excitat valde sensꝰ.⁊ disponit vires ad exercendum opationes suas:⁊ cū hoc mundificat corpꝰ a fecibus ⁊ superfluitatibus. Et sic tēperata ⁊ non superfluēs cōmendatur sicut superabundās minime. Et qđ ita sit apparet per Auicē.in.ij.primi doc.ij.c.xiij.dicētem Cum vigilie sunt multe cōplexionem corrūpūt cerebri aliquo siccitatis modo:⁊ debilitāt ipsum: et cōmiscent rationē:⁊ adurunt humores:⁊ egritudines faciunt acutas. Et infra subiunxit. Uigilie desideriū augent:⁊ famē efficiunt ꝑpter illud qđ de materia resoluunt si de digestiua minuunt:⁊ ꝑpter illud qđ de virtute resoluūt. Et in.j.tertij trac.v.c.xj. Superfluitas vigiliarū resoluit spiritū:⁊ debilitat eum:⁊ cū hoc replet cerebrū vaporibus ⁊ in.xj.dixit tertij trac.j.c.v.inquit. Uigilie ⁊ exercitiū scȝ superflua debilitant cor cum resolutione. ⁊ in.xiij.tertij trac.ij.c.xij. Uigilie superflue cōmouent famē ⁊ appetitum vehementē ⁊ in canticis textu cōmenti.cxlij.sic etiā ait.ex longa vigilia contingit expgefactio ⁊ insomnietas generans anxietatē ⁊ angustiā anime: ipsa enim dissoluit spiritus:⁊ corpora sedat:⁊ corrumpit splendorē ⁊ claritatem corporis ⁊ calorē eius: ⁊ profundat oculos:nocetq̧ digestioni: ⁊ mentem tollit: ⁊ infrigidat corpus. Que fuit sniā Almansoris in lib.iiij.c.iij.dicentis. Uigilie vero multe calorē incēdunt:ac formā corrūpunt:corpusq̧ desiccant atq̧ cholerā rubeam in ipso augmētant. Quod precipue operant cū corpora sunt macra. Oportet itaq̧ vt anima vigilare nō cogat cum dissoluta ⁊ stupida fuerit:neq̧ ad dormiēdum incitetur cum excitata atq̧ subtilis.⁊ acuta fuerit motusq̧ leues ⁊ sensus fortes, A quo sumpsit Auerrois in sexto colliget cum ait. Quando vigilie exuberant:corpus desiccant:⁊ calorem dissoluunt naturalem: ⁊ calorē accidentalem incendunt. Que quoq̧ fuit Gal.snia in.j. Terapētice.c.dicentis. Siccant enī totius corporis habitū vigilie ⁊ ꝑpter hoc sunt nocissime his qui scđm siccitatē egrotāt. Et in cōmento.lvj.secūdo regiminis acutorum.sup illo hyppocratis vbo. Multe vigilie faciūt contra cibi potusq̧ digestionē ⁊c. Inquit de aptitudine vigiliarum est vt resoluāt corpus ⁊ exiccent ipsum. Et in.iij. Techni textu cōmenti.xlvj.dixit. Uigilia exiccat corpꝰ eius vero oppositū humectat. Ex quibus oībus clarissime patet quantum superflue humano corpi noceant vigilie. Et ꝑpterea concludamus in vno verbo cū hypocrate in.ij. aphorismorum.aphorismo.iij.dicēte. Somnus ⁊ vigilia vtraq̧ modo magis facta malum. Dormiamꝰ itaq̧ vigilemus temperate:plus tñ ⁊ minus vt etas cōplexio tempus anni:qualitas ⁊ quātitas cibi preaccepti ⁊ talia hmōi requirūt: qđ qui fecerit a nocumētis ex somni ⁊ vigiliaꝝ superfluitate prouenientibꝰ securus erit:vt satis ex dictis est manifestum.

¶ Cap.cclxviij.ostēdit qđ sit somniū:q̄ cause eius:⁊ qđ de ipso hoc in loco cōsiderandū: lȝ somniatis minime sit credēdum.

QUia in somno plurima ⁊ extranea sepenumero somniamꝰ de quibꝰ nunq̄ etiam cogitauimus: quemadmoduȝ nobis euenit plerumq̧ cp volare videmur super terram sicut hyrūdines faciūt. Quod quippe somnium nostre cōplexioni cōnaturalissimum existit: vt ex dicendis apparebit. Solent ex his inquam nonnulli pertimescere adeoq̧

ſibi aliquod malū facientes augurīū dubitare vt firmiter credant infortu-nium ſibi parari: ⁊ inde qñꝫ per multos dies triſtantur. Propterea mihi videtur aliquid de hac materia ſom-niorum dicendū eſſe: tum vt ipſi ſuis huiuſmodi phantaſijs fidē deinceps non adhibeant: tum etiam vt intelli-gant quomodo ſomnij qualitatem ⁊ non rem ipſam ſomniatā debeant cōſiderare: vt ſciant ex hoc qualiter corpus eoꝝ diſpoſitum ſit: ⁊ quibus egritudinibus preparatum: vt ſe valeant ab illis precauere. Sed anteq̄ ad hec deſcendamus: declaramus quid ſit ſomnium: ⁊ que cauſe ipſius: vt dicenda clarius pateſiant. Dicimus ergo cum Petro padubanenſi in. xxx. pro-blematum. cōmēto vltimo ſic ſcribente. Somniū eſt paſſio cauſata ex mo-tu in phantaſia facto. vel melius. Eſt phantaſma factū a motu ſimulacro-rum dormientis in eo quod a multis fit cauſis: ⁊ ſcꝫ hoc diuerſa ſortiūtur nomina. Fit enī quandoqꝫ a ſupabū-dantia aliquorum humorū in corpo-pore exiſtentium per quod quidē medici coniecturant multa ſicut infra dicemus. Cauſatur etiam ſomnuꝫ propter motus ⁊ operationes: de quibus multū fuit anima ſolicita in vigilia ⁊ vehementer eis intenta: ita ꝙ nocet dum dormit quieſcentibus motibus exterioribus non adhuc motus quie-ſcit interior factus in phātaſia. in qua forme apprehenſe retinentur a virtu-te imaginatiua eas diuerſimode cō-ponendo modo quidem ſentitur mi-nus: tunc autem magis eo ꝙ maior motus obſcuret ⁊ diſſoluat minorem ſicut dicitur in libello de ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ in. v. de generatione animaliū. et in de ſomno ⁊ vigilia tertio. Unde in eodem dicitur. Phantaſmata quedā eſſe cau[illegible] vniuſcuiuſqꝫ actuum non eſt irrationabile: et tale ſiquidem ſomnium poteſt animale nominari: cum cauſetur a motu in virtute anime a prioribus actibus rela-to. Cauſatur etiā quādoqꝫ ab impreſ-ſione facta ab animalibus celorū vel intelligentijs ipſoꝝ: que etiā motores dicūtur orbium operantes quandoqꝫ formā in imagine ſcꝫ comparationē ipſarum ⁊ cōparationē animarū no-ſtrarū ⁊ aptitudinem: quia anime noſtre habent maiorē cōparationem ſi-militudinem cū ſubſtantijs angelicis q̄ cum corporibus ſenſibilibus. vt dixit Auicen. in libro. iiij. de anima. vn-de. j. regiminis acutoꝝ dicitur ꝙ quedam ſomnia ſunt a deo benedicto et ſublimi: ⁊ id ſiquidem poteſt ſomniū celeſte appellare cū ab animab⁹ cauſetur celoꝝ ⁊ ſi quod ſomniū verum eſt: dicendū ꝙ ſomniū verius eſt celeſte. Aliud autē nullius aut pauce virtutis exiſtit: ſunt enim magis deluſiones quedaꝫ eoꝝ circa que anima fuit ſolicita in vigilia ⁊ occupata: ſicut fameſcenti repreſentatur alimentū: ⁊ cupienti coitum femella. Somniū autē naturale ⁊ ſi verificetur: vt plurimum non tamen aliquam mirabilē oſten-ſionem importat. Cui autem ſomnia videat celeſtia ſeu a celo reuelata: il-le eſt qui cōſueuit dicere verū. Uſus enim prauarū cognitionū ⁊ conſiderationum inducit imaginationē malo-rum motuum ⁊ inobedientiū virtuti rationali: vnde dictū eſt meliores ſom-nia videre meliora. Quare ſomnia mendacis: deriſoris. loquacis: triſtis: ebrioſi: ac illius in quo preualet cōplexio aliqua vel ſolicitudo nō ſunt vera. Uade. iij. de ſomno ⁊ vigilia quorum loquax eſt natura ⁊ melācholico multimodas viſiones videt: eo ꝙ exiſtūt in multo motu: propter qđ non ſunt vero ſomnia plerumqꝫ niſi videantur circa mane. tunc enī motus humoruꝫ quieſcunt magis ⁊c. Similiter inquit in differentia. clvij. plures de ſomnio adducens diſtinctiōes: inter quas pri

cipalissima est illa quã supra tetigi-
mus scʒ ꝙ aliquod est naturale .aliđ
animale: ꝛ nonnullũ celeste seu diui-
num: ꝛ vocat illud naturale qđ ex do
minio cõplexionis cõtingit ꝛ humoꝝ
sicut dicit Auic. in lib. suo de anima ꝙ
naturalia somnia sunt que veniũt ex
temperantia virtutum humoꝝ cũ spi
ritu gerente virtutẽ formalem ꝛ ima-
ginatiuam ꝛc. Animale vero qđ cau-
satur a multa solicitudine anime cir-
ca aliqđ in vigilia. Diuinũ vero som-
nium qđ a diuinis siue celoꝝ causat̃
animabus de quo ipse post multa sic
ait. Somniũ veruꝰ est celeste seu diui
num. ꝛ maxime cuʒ anima fuerit libe
ra superioribꝰ substantijs applicata
eorũ representationes suscipiẽs. Ani-
male ꝟo nullius aut pauce veritatis
existit: est em̃ magis illusio q̃daʒ eo-
rum circa que anima fuit solicita ꝛ oc
cupata in vigilia: seu famescẽti repre-
sentant̃ cibi: appetẽtiqꝫ mingere cloa
ca ꝛ strepitus agonizanti. De somnio
similiter naturali dixit vbi supra. ꝛ tã
dem de eo sic cõcludit: ꝙ si accidit: et
maxime ꝯtra repletionẽ ꝓprieꝗ va-
porabilium ventosorũ verificatur q̄ꝫ
minime. Et ꝓpterea q̃ timere solẽt ex
suis somnijs: deinceps nõ expauescãt
nec eis aliquã penitus fidẽ adhibeãt
cũ vt plurimũ delusiones sint vt p̃di-
ctum est: q̃bus nõ est credendũ medi
ci philosophi: ꝛ theologi vnanimiter
precipiant. Etiã Ualerius maximus
pluria narret de somnijs Artorij me-
dici. Cesaris Augusti. P. Decij. ꝛ. M.
Torquati. M. Ciceronis. C. Gracchi.
Cassij parmensij. Atterij. Ruffi. Ale-
xandri regis macedonie: aliorũqꝫ in li
bro. j. que quideʒ celestia dici pñt: ra
rissime ꝛ non nisi magnis viris cõtin-
gentia. Non debet tamẽ ex hoc vnuſ-
quisqꝫ tã facile de numero illorũ esse
sibi persuadere: vt somnijs proprijs
naturalibus vel etiam animalibus fi
dem adhibeat.

¶ Ca. cclxix. ostendit quomodo
qualitas somniorum ꝛ nõ ipa som
nia consideranda sit: vt sani domi
nium humorũ sui corporis intelli-
gant.

IN superiori capitulo vi
sum est q̃d sit somniuʒ:
que cause eiꝰ: ꝛ quomõ
rebꝰ somniatis nequa-
q̄ꝫ credendum esset. In
hoc autẽ loco ostenda-
mus ꝙ in pricipio illius ꝓmiseramꝰ:
scʒ vtilitatem que ex qualitatibus in
somnijs apparentibꝰ est eligenda: vt
per eas somnioꝝ qualitates qualiter
dispositi simus in humorũ superabũ-
dantia facillime percipiamus. In pri
mis ergo dicamus cũ Auicẽ. in. ij. pri-
mi. doc. iij. c. vij. sic scribente. Somnia
significãtia dñium sanguinis sunt: si-
cut cum homo in somnis res videt ru
beas: aut sanguinẽ multũ ex suo cor-
pore exire: aut se in sanguine natare:
ꝛ similia. Demoniũ vero phlegmatis
significant somnia in q̃bus videntur
aque ꝛ flumina ꝛ niues ꝛ pluuie ꝛ fri
gus. Dñium vero cholere rubee mon
strant somnia: in q̃bus vident̃ ignes:
ꝛ verilla citrina: ꝛ videre res que non
sunt citrine citrinas. ꝛ videre incẽsio-
nem aut caloreʒ balnei: aut solis: aut
his similia. Et dñium cholere nigre:
scilicet melancholie ostendũt somnia
terrorem facientia ex tenebris ꝛ cru-
ciatu ꝛ rebus nigris ꝛ terroribus. Et
in. j. tertij. c. vj. in fine sic ẽt inq̃t. plu-
rimũ em̃ visionis rerum citrinarũ ca-
lidarũ significant dñium cholere. Et
similiter plurimũ visionis reꝝ cuiqꝫ
cõplexioni ꝓportionalium: quas nu-
merare non est necesse. Et somnia q̃-
dem permutata significãt caliditatẽ
ꝛ siccitates: ꝛ illa quorũ nõ recordat̃
significat frigiditatẽ ꝛ humiditatẽ se
cundũ plurimũ. Qđ ẽt sensit Rasis in
tertio Almanso. c. xxiij. dicẽs. cũ eniʒ

aliqs in somno pluuias multotiēs videt ⁊ mare ⁊ fluuios: multa in ei⁹ corpore humiditas adesse significatur. Ignes vō ac fulgura ⁊ lites cū aliqs in somnis frequenter aspicit cholera rubea in ipso abundare mōstrat. Colores aūt rubeos ⁊ tictos ac nuptias ⁊ cibaria dulcia ⁊ vētosas atq̧ fluxū sanguinis ac phlebotomiam si aliqs somniauerit: q sanguinis multitudo sit declarat. Cūq̧ multa fusco colore tincta atq̧ nigredinē ⁊ timores ac pauores in somno aliqs aspicit: cholere nigre operatio significat. Et cū aliqs in somno videt se manere q̄si in loco niuis vel frigido a quo ledit frigoris significat victoria. his aūt 2ria si visa fuerint: 2ue erunt significatiōes. et si aliqs videt se q̄si in balneo vl' in sole vel quasi canicularib⁹ exponat diebus: vel in igne excessus significat caliditatis. Et cū aliqs somniauerit se quasi volare ⁊ inuadere sicut accipiter ⁊ capere: siccitatis monstrabit excessus: atq̧ humorū leuitas ⁊ subtilitas Si qs ēt se quasi ab aliq̄ aggrauari somnia: repletione laborare ostēditur. Quicūq̧ ēt se p loca q̄si cenosa incedere videt fetidū habentia odorem: putridos in corpore demonstrat habere humores. his vō 2ria contrariam hñt significationē. Qui autē in somnis videt q quasi incedat p hortos bonū habentes odorē suorū significatur equalitas humorum: ⁊ q a putredie valde sunt remoti. Per loca vero quasi augusta ⁊ p foramina si qs se ambulare cōspicit: instrumenta anhelitus graue pati egritudinē demōstrantur: que ipm tantā aeris q̄titatem attrahere vetat: q̄ta ei est necessaria. Gal. quoq̧ in. v. de interioribus c. vj. inq̄t. Multi pter malos humores in stomacho coadunatos viderūt pessima s[illegible]nni disturbati sunt ⁊c. Et in lib. de somnijs ait. Somnū nobis indicat dispositiones corporis. Ignē em̄ accēsum qs vidēs in somno a xanta molestat cholera. si vero fumū vel caliginē vel profundas tenebras: a nigra cholera. Pluuia vero humiditatē abundare indicat. Nix aūt ⁊ glacies: parū phlegma frigidum. ⁊ post aliqua subiunxit. Sōniamus plerūq̧ ea qbus egemus: vt bibere: coire: ⁊ similia ⁊ postremo dixit. Que vident q̄ egrotāt in somnijs coindicabūt plerūq̧ nobis indigentias ⁊ abūdātias ⁊ qualitates humorum. Et ppterea debent ēt sani si frequenter viderint aliqd supradictorū cum medicis cōsulere: ⁊ 2siderata ēt alijs indicantib⁹: poterūt postea purgari: ⁊ a futuris infirmitatib⁹ p̄seruari. Et hec sunt q̄ in somnijs attendere debemus. qm̄ natura plerūq̧ demonstrat qbus indigeat: vt clarissime ptz de his q̄ in cena carnes salitas māducarunt: ⁊ nō multū biberūt in nocte sitientes dū dormiūt se bibere somniāt vinū aut aquam sitim eorū minime remouentē. sicq̧ de alijs somnijs naturalibus. quare ⁊c.

¶ Cap. cclxx. ostēdit q ab accidētibus anime sit abstinendū ⁊ maxime post cibū ⁊ refectionem: digestionē quā corrūpūt fieri p hibeāt.

Diximus supra i. c. scz. cclxi. q post cibi assumptionem quiescendū erat: aut modicum deambulandū donec cibus ad fundum stomachi descēdisset: deinde dormiendū ⁊ hoc vt melior cerebraretur digestio. cū somnus fortificādo virtutes naturales digerere faciebat. Ex qb⁹ omnibus tota intentio nr̄a erat: vt preaccepta reficientia oīno coquerent in stomacho: ⁊ in eo nō putrescerent qd iterum procuramus dicentes qd omne illud quod digestionē corrūpit aut eā impedit: sit fugiendum pro viribus:

τ qr dixit princeps in.iij.j.doctrina.ij.c.vij. Accidentia anime horribilia: et mot⁹ corporei fortes digestionē fieri prohibēt. Cuius dicti secundā partē dū loqremur de exercitio τ coitu post cibū: sufficiēter declarauimus. Primā vero scilicet ꝙ anime accidētia digestionē prohibeāt: hoc in loco intendimus manifestare: vt ab eis caueant q̄ sani desiderāt permanere. Dicam⁹ ergo cum Gal.in.j.de regimine sanitatis sic scribēte. Oportet medicū qui debet custodire sanitatē, studere ne mores animi corrūpantur: non vt philosophus: vt cōseruet ipsius anime sanitatē: τ faciat hoiem virtuosum: sed vt non facile in egritudinē deueniat corpus etenim furor: τ fletus τ ira τ tristitia τ solicitudo amplior q̄ꝫ opꝫ τ vigilie q̄ sup his fiunt febriū τ aliarū egritudinū sunt principia. Sicut econtrario pigritia mentis amētia τ aīa oīfariā deses decolorationē τ denutritionē operatur infirmitate naturalis caloris: quē omnibus custodite opꝫ infra terminos sanitatis τc. Ex qua sententia manifestū est ꝙ medicus cōseruator debeat de accidētib⁹ anime curam habere. de illisq̄ꝫ non modicū cōsiderare: atq̄ꝫ illa in regimine conseruatiuo prohibere. τ precipue post cibi τ pot⁹ assumptionē: ne digestionē impediant vel corrūpant simul: cuꝫ ipsa de sui natura non solū quod dictū est faciāt: sed totū etiam corpus a sua tēperie: τ naturali cōplexione permutēt: τ humiditates sicut τ corpus totū exiccent: dicēte Gal.in.iij.techni textu cōmenti.xxxv. Abstinere manifestū: quoniā ab intēperantia oportet anime passionū: scilicet ire: tristitie: gaudij: furoris: timoris: inuidie: τ solicitudinis: extermināt enim hec τ permutāt corpora ab ea que est secundū naturam cōsistētia. in cuius cōmento dixit Halis. Ira τ furor faciūt accidere caliditatē superfluā. Gaudiū vero et letitia caliditatē equalē. Timor autē τ pauor faciunt accidere frigus: τ totum quod faciūt ista accidētia: nō faciunt: nisi meditatione motus spūs: vnde corpus exiccat: teste eodē Gali. vbi supra et textu cōmēti.xlvj. dicēte. Omnes anime passiones exiccant corpus. Et ꝙ etiam fiāt ex diuerso spirituum motu anime accidētia: vt dixit Hali. apparet per Aui.in.ij.j.doc.ij.c.xiiij. sic scribentē. Omnia anime accidētia sequūtur: aut eis associant motiones spūs interius aut exterius. et istud aut erit subito aut paulatim: et eius motionē ad exteriora sequit̄ frigiditas eius qđ interi⁹ existit. Et forsitan superfluit illud qđ resoluitur subito: ergo infrigidatur exterius τ interius: τ sequitur eā sincopis aut mors: τ motum quidē eius ad interiora sequitur frigiditas eius qđ est exterius τ caliditas interior: τ cū multa coangustatione constringitur τ infrigidat̄ interius τ exterius: τ sincopis magna aut mors sequit̄ ipsum τc. Ex quibus apparet ꝙ oīno vitāda sint anime accidētia propter tale magnū periculū sequens ad subitū τ fortem motū spiritus interius aut exterius. Et precipue illa fugiēda sunt accidētia que tristari faciunt sicut inq̄t Almansoris in lib.iiij.c.ix. Q̄m omnibus sanis nocumentū inferunt exceptis his qui carnis indigent minoratione. Abstinendum est ergo ab ira: tristitia: inuidia: solicitudine: τ huiusmodi: τ licet semper permaxime tamen post cibi τ potus assumptionē: quoniam digestionem fieri perhibent: τ quandoq̄ꝫ corrumpunt diuertendo spiritum τ naturalem calorem a stomacho ad cor vel ad membra exteriora secundū ipsorū accidentium diuersitatē: vt diximus. quare τc.

¶ Capitulum.cclxxj. ostendit que nocumenta in corpus proueniant ex ira:

ex ira:iracūdia:odio furore. ꝛ similibus postꝙ declarauerit qd ipsa sint ꝛc.

Visum est in superiori capitulo generali quoddammodo qualiter aie accidētia digestionē fieri ꝓhibebāt ꝛ plurimū corpori nocebant rōne subiti mot⁹ spūs ad interiora vel exteriora. Nūc aūt in speciali videamus quantū ira odiū ꝛ similia sint sanitati corporis inimica declarantes prius qd horū sit vnūquodꝙ: vt scribēda de ipsis manifesti⁹ intelligantur. Dicam⁹ ergo cum Haliabate in quinto Theorice.capit. xxxviij.sic referente. Ira est sanguinis cordis ebullitio naturalisꝙ motus caloris ꝛ ei⁹ ad exteriora exit⁹ semel subito ad vlciscēda q̄ nocent. Qđ ab Aristot.ipse videt̄ accepisse dicēte in scđa ꝓblematū ꝓblemate xxvi. Ira est accēsio sanguinis circa cor. Et in octauo eorundē ꝓblemate.xx. Ira timiditati cōtrariū est ꝛ iracundia. Est aūt ira quidam ab igne:multū em̄ ignē ꝯtinentis interius tepefiūt:maxime aūtē est in pueris discere:viri antē ledunt ꝛc. In cui⁹ cōmento Padubanēsis nr̄ sic ait. Iracūdia est velox īclinatio ad irā in quib⁹ nō opꝫ ꝛ magis ꝙ̄ oportet ꝛ vbi nō oportet. Gal.antē in primo de differentijs febrium.c. iij.sic eā diffiniuit. Ira est ebullitio q̄dā ꝛ mot⁹ vehemēs irascibilis virtutis q̄ in ipō corpe cordis insidet cū calefit ipā substātia. Et ī secūdo de regimine sanitatis inq̄t. Ira nō ē audacia:sꝫ velut feruor q̄dā ei⁹ q̄ scđm cor sanguinis. ꝛ in secūdo de accidēti ꝛ morbo.c.ij. Ira est feruor caloris ī corde existētis ꝓpter moti aie. Et in.v.de accidēti.c.vj. Ira est magn⁹ ac fortissim⁹ mot⁹ in loca diuersus:ꝛ ꝓpterea valde corp⁹ ꝯturbat ꝛ ꝑmutat a naturali cōsistētia. Quid aūt sit odiū nō a multis expressum inuenit̄:attñ dicere possum⁹ ꝙ sit ira cōfirmata:vt colligit̄ ex dicto Ualerij maximi in lib. ix.c.iij.sic scribente. Ira quoꝙ aut odiū in pectorib⁹ hūanis magnos fluct⁹ excitant ꝓ cursu celerior illa nocēdi cupedine:hoc aūt ꝯtinaci⁹ ac nūꝙ̄ sine tormēto sui violētius ꝛc. Sic em̄ odiū ab ira differt sicut mai⁹ a minori:quēadmodū clarissime beat⁹ inq̄t Hieronym⁹ his verbis. Quātū aūt iter festucā ꝛ trabē: tantū inter irā distat ꝛ odiū. Odiū em̄ ira inueterata est ꝛc. Qđ q̄ his viris sapiētissimis credere voluerit Auicē.saltē philosopho ac medico ꝑcipuo credat:hoc idē volēti in libro de viribus cordis.c.viij.cū ait. Sicut ira est mot⁹ ad vindictā nō valde fortis:sic odiū est ꝯseuerātia forme nocini in imaginatiōe seu phantasia:et perseuerentia simul imaginationis effect⁹ ad vindictam sumendam ex eo. Furor autem est maniaca confidentia:vt ex dictis Gal.in secūdo techni elicit̄ Que oia:vt ꝑdixim⁹: diuersimode nocēt sanitati ad malas et ꝙ̄ plures ꝑducētia lesiones. Dixit nāꝙ Princeps in scđa primi doc.secunda.ca.xiij. Ex motu q̄dē ad exteriora subito facto fit ira:q̄ si cōtinuata fuerit:facit cadere in melancholiā. Qđ similiter asserit Gal.in commento illius aphorismi. Timor et pusillanimitas ꝛc.vbi sic inq̄t Multos in has passiones cecidisse vidi ꝓpter iram odiū ꝛ tristiciā.qm̄ ira ꝛ furor faciūt accidere caliditatem superfluā:vt dixit Hali in cōmēto. xxxv.tertij techni. A quo vr̄ Princeps accepisse in primo canonis.

Consueuerunt vulgares existimare ꝙ reubabarū sit fortissima medicinaꝝ omniū3 infirmis nequaq̄3 ꝓpināda: nisi in eorū vite parte postrema cū nulla spes amplius vel fiducia de ipsoꝝ salute habeať. Nō intelligētes ꝙ si medici tunc medicina reubarbari vtātur:nō id faciūt: qꝛ ipm fortissima sit medicinaꝝ: s3 qꝛ securissima et optima nullā ingerēs molestiā patienti sicut alie medicinaꝝ q̄3plures facere cōsueuerūt. Et ꝙ ita sit apparet ꝑ Mesue dicentē. Reubarbarū ex medicinis bn̄dictis ꝛ solēnib⁹:in q̄ aggregātur multe ex intētionib⁹ q̄ querūtur in re faciēte mūdificationē ꝛc. Et īfra dixit. Nō est in eo nocumētū apparēs:ꝛ datur in omni tpe:ꝛ in oī etate: ita ꝙ etiā pueris ꝛ pregnātib⁹. et de elegantiorib⁹ ꝛ meliorib⁹ q̄ iūcta cū eo magnificāt operationē eius est aqua lactis sūpta ex capris ꝛc. Et eius declarās vtilitates ait. Solutione edurit cholerā ꝛ phlegma:ꝛ maiorꝭ eius ꝓprietas est mūdificare ꝛ cōfortare epar ꝛ stomachū3: ꝛ cōferre dolorib⁹ pungitiuis eoꝝ ꝛ viscerū:ꝛ clarificare sanguinē:et auferre oppilatiōes ꝛ morbos quorū mater est oppilatio sicut hydropisi3 icteritiā ꝛ grossitiē splenis ꝛ febres oppilationū ꝛ sīlia. ¶ Cassia quoq3 fistula gustui satis delectabilis est ꝑ tali corpis mūdificatione multū vtilis ꝛ secura: cū dicant autores de ipa ꝙ sit de medicinis in quib⁹ est fiducia iuuamētoꝝ: ꝛ est sine nocumēto carēs acuitate ꝛ mordicatione ꝛ oī excessu ledente sup cui⁹ exhibitione presumitur oī etate. Ita ꝙ pueris ꝛ pregnātib⁹: eo qꝺ est equalis cōplexiōis hūida in prio:lenitiua:resolutiua:clarificatiua sanguinis:sedatiua acuitatis ei⁹ ꝛ cholere rubee:ꝛ non est in ea nocumētū apparēs p̄ter ꝙ nocet debilia habētib⁹ viscera ꝛ lubrica:q̄ ab ea remoueť nocumētū ī ꝑmixtiōe myrobalanoꝝ ꝛ reubarbari cū ea ꝛc. Cui⁹ posse est: qꝛ mūdificat saguinē:ꝛ cōpescit omnē acuitatē sedat siti ꝛ ꝓprie cū succo endiuie aut solatri depurati ꝛ clarificati s3 artē. Et ipa qdē mūdificat stomacū ꝛ educit cholerā ꝛ phlegma ꝛ operatur illud sine nocumēto et excessu: caret enim mordicatione. Et ipsa quidem lenit pectus ꝛ guttur: et resoluit apostemata acuta in eis:et cōfert calefactioni renum sumpta cum diureticis et infusione liquiricie ꝛ prohibet generationem lapidis in eis ꝛ confert febribus calidis.

bus calidis. hec Mesue. qd et alij medicine doctores voluere: quoꝝ ṽba breuitatis grã relinquamus. ¶ Mãna sir ꝛ thamarindi medicine faciles nõ minusq; delectabiles existũt ꝑ tali purgatiõe huoꝝ ꝛ pͥcipue cholericorum: valde vtiles esse approbant: cũ easdẽ ferme ṽtutes habeãt ꝛ opationes cũ casia ꝛ reliquis antescriptis. Et iõ sanis non min⁹ q̃ egris qbusdã vident cõuenire: ꝛ si thamarindi ledãt stomachũ frigidũ ꝛ debilitẽt: cũ vt iquit Mesue: tñ ꝛ illud facile põt remoueri pmiscẽdo eos cũ spica succo feniculi ꝛ hmõi stomachũ cõfortantibus. His igit ꝛ similibus benedictis euacuãtib⁹ est vtẽdũ: cũ corporis aut mẽbroꝝ repletionẽ ex malis humorib⁹ cõgregatã voluerimus euacuare: postponẽdo scamoneã turbith: coloquintidã: hermodactylos: ꝛ talia laboriose soluẽtia in qb⁹ venenositas existit: ex qua stomachus ꝛ mẽbra principalia in eoꝝ operationibus plurimũ: vt supra visum est: impediuntur ꝛ debilitantur. Et sicut de simplicibus actum est: pariter et de compositis intelligatur. Naz composita pharmaca quecunq; sint illa: siue pilule: siue electuaria: aut confectiones ꝛc. Benedicta et secura dicetur si ex simplicibus laudatis et facilibus fuerint constituta. Si vero cõficiantur ex venenosis: erunt procuidubio laboriosa. Et ideo sani bene debent aduertere cum se purgare voluerint: ne aliquod illorum venenosorum accipiant: cum pro eadez intentione suffecerint bene dicta. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cclxxxij. ostendit quando quomodo: et que laboriose sint accipiende medicine.

Satis qdez appͥuit ex dictis i. c. cclxxx. libri huius quãtũ ex soluẽtes ꝛ laboriose medicine fugiende sint ex numerositate ꝛ suoꝝ magnitudine nocumẽtoꝝ: q̃re id mihi videt minime replicãdũ: sed poti⁹ declarãdũ. q꞉ ꝛ si noceãt: q̃nq; tñ eis vti necesse est: vt cũ oportuerit materias grossas ꝛ difficiles in mẽbris longinqs existẽtes purgare: easq; ab illis eradicare: quod nequaq; bñdictis cũ medicinis fieri posset: eo ꝙ ipse ad loca tã remota sua cũ ṽtute minime possent puenire: vt de podagricis: scabiosis et hmõi est videre: qb⁹ aut nihil aut paꝝ ꝑfecto reubarbaꝝ: casia manna ꝛ his similia cõferẽt: sz hermodactylis: turbit: ꝛ talib⁹ fortiorib⁹ indigẽt: q̃ suis cũ iuuamẽtis nõ habent modicum nocere vt declarauimus: iõ in pñtiaꝝ dicamus ꝙ si ab eis excusari nõ possum⁹: q꞉ nõ solũ in stomacho epate ꝛ similib⁹ sit repletio. Uerũetiã in capite: aut iuncturis ꝛc. hmõi mali chimi fuerint eradicatiõe indigẽtes: tũc eas accipiam⁹ ꝛ nõ nisi postq̃ sufficienter fuerint cõsolate: rectificate ꝛ correcte qm̃ Johãnes Mesue in. c. j. ꝛ canone sic ait. Cõmunis medicinarũ scd̃m plurimũ malitia est facere senescere corp⁹: ꝛ frequẽtib⁹ illas lesionẽ afferre pͥncipalib⁹ mẽbris: et q̃ sunt minere ṽtutũ ꝛ eaꝝ motores debilitare q̃ sunt spũs ꝛ calor naturalis. Indicit ergo nobis necessitas admiscere medicis solutionem facientibus res: quarũ ꝓprietas ẽ cõfortare cor ꝛ mẽbra principalia ꝛ afferre eis dispositiones laudabiles. ꝛ cũ hoc auxilio acquiritur cor pori reiuuenescẽtia ꝛ incolumitas. Res aũt quaꝝ auxilio facim⁹ hoc sunt medicine cordiales ꝛ stomati-

che ꝛ cerebrales. ꝛ alie aliorū prin-
cipiorꝝ cōfortatiue note. Uerū sup
oib⁹ his canō est: vt cōfortet cor in
oi euacuatiōe: ꝛ hec dꝫ esse intētio
prima. Prim⁹ eī occursus oim ac-
cidētiū occurrētiū corpori ē ad cor
tanq̄ ad basim vite. Secūda intē-
tio dꝫ esse cōfortare stomachū tanq̄
susceptorē: aliorꝝ aūt cōfortationē
prosequi debere nō est principalis
intētiōis: nisi ꝓprie qn̄ opꝫ ex ali-
quo eorꝝ materias euacuare. q̄ fuit
etiā principis snīa in quarto pri-
mi plurib⁹ in locis. Et Galien⁹ in
secūdo regiminis acutorꝝ cōmēto
vndecimo dicentis. Oēs medicine
solutiue sunt nociue stomacho ꝛ ꝓ-
prie ori ei⁹ cū sit pluris sensus pro-
pter neruos q̄ oriunt in eo: ꝛ ideo
opꝫ vt ꝑmisceant cū medicina q̄dā
medicine odorifere: vt nō occurrat
virt⁹ medicinarꝝ solutiuarū ori sto
machi nuda simplex ꝛc. Et in li. de
experimētis. cap. vltimo similiter
inq̄t. Medici ingeniati sunt in me
dicinis laxatiuis ponere aliqua q̄
stomachū cōfortant. Et ꝓpterea q̄
purgari voluerint cuꝫ pillulis aut
aliis medicinis: quarū receptas et
descriptiones habēt: etiā a famo-
sis medicātibus traditas: debēt si
medicinalē itelligāt scientiam oia
eas ingredientia cōsiderare: et do-
ses ꝛ quātitas solutiuorū ꝛ corrigē
tium bene perpendere ꝛ videre si
soluentia illa correcta sint sufficiē-
ter ꝛ cōsolata ꝓ corde stomacho et
ceteris cū cordialib⁹ stomatichis ꝛ
similib⁹. Et si oia bn̄ ꝑponderata
cognouerit: studeat deinceps per-
scrutari si sue cōplexioni: ꝛ repletio
ni: ꝛ materie qualitati ꝛ quātitati
atq̄ loco sint cōueniētia ꝛ sufficien
ter directa: sic poterit ea solutiua
sumere: in debita tn̄ dosi ꝛ nō sup-
flua: q̄ si aliq̄d p̄dictorꝝ eis defue-
rit nō accipiat aliqua ratione vel
cā. Sꝫ si hec oia equilibrare nesciē
rit: meli⁹ est ei ne aliquid tale acci-
pere p̄sumat: immo cū sapiēti me-
dico cōsulat: ꝛ ab eius cōsilio nō di
scedat: q̄ si aliter fecerit sciat sua cū
presumptiōe seipm interimere: vel
saltē imprudēter egritudinib⁹ ex-
ponere quare ꝛc.

¶ Cap. cclxxxiiij. ostēdit q̄ reple
tio sit euacuanda ꝑ vomitū: de-
clarando q̄ inde ꝓueniāt vtili-
tates ꝛ corpori iuuaméta: ꝛ qn̄
fieri debet.

Quia nō semꝑ natura nobis demonstrat re
pletionem vniuscu-
iusq̄ humoris per se
cessum esse euacuan-
dā. Similiter etiā q̄
nō semper substātia qualitas loc⁹
humoris ꝛ huiusmodi id nobis in
dicant cum semper nō appareant
in ventre rugit⁹: pūctio. grauitas:
ꝛ talia vētris fluxū denotātia: imo
in stomacho qn̄q̄ nausea cōturba-
tio ꝛ huiusmodi humoris leuitatē
ꝑ vomitū expellendi significantia
percipiuntur. Ideo dicamus q̄ qn̄
in stomacho cholerā adesse cogno
scem⁹: ex suis signis ꝛ tp̄s estatis
fuerit: pectoris quoq̄ amplitudo
cū ꝯsuetudine ꝛ reliquis huiusmo
di cōsentientib⁹: vomitū debemus
tūc per superi⁹ ꝛ nō ꝑ ventrē eua-
cuare. q̄ q̄dē euacuatio a medicis
solet vomit⁹ appellari. ꝛ ab Auicē.
i. xiij. tertij tracta. v. cap. viij. sic dif-
finiri. Uomit⁹ ꝛ subuersio sunt mot⁹
stomachi ad expellēdū ex eo aliq̄d
q̄d est in ip̄o ꝑ viā oris. q̄ fuit Gal.
snīa libro. vj. de accidenti ꝛ morbo.
cap. j. dicentis. Uomitus est motus
per quem res in cōcauitate stoma-
chi manēs expellitur. Qui aūt hu
mor per ipsum sit apt⁹ euacuari ex

p̄ressit princeps in.iiij. primi.ca. iiij.cū ait. Ex humoribꝰ q̄ velociores sunt obedientie vomitui scd̄m plurimū est cholera: rebellis vero melancholia: mediū aūt phlegma. In quo aūt tp̄e cōueniat ipse etiā nobis indicauit i.iij.primi doctri. v.dicēs. Uomitus in hyeme est abhorrendus. In estate vero bonus: qm̄ humores in estate sunt natantes. In hyeme vero ad sustinendū declinātes. Et in.iiij.primi.c.xi.inquit. Estas est tempus in quo magis est dignū: vt in ipso fiat vomitus. Que fuit Hippocratis sententia in.iiij.aphorismoꝝ aphorismo. iiij.dicentis. Purgare quidē estate superiora. Hyeme vero inferiora opꝫ: ꝛ precipue cuꝫ carnositas stomachi: amplitudo pectoris colli et similium vnanimiter cōsenserint. Qm̄ vomitꝰ cū macredine ventris est difficilis ꝛ laboriosus ꝛ timorosus quēadmodū dixit princeps in iiij.primi. ca.iiij. ꝛ.xi. sic em̄ in horū postremo scripsit. Hoies q̄ remotiores sunt ab hoc vt medicus eos vomere faciat: sunt q̄ pectꝰ habent strictuꝫ: ꝛ q̄ ptysi sunt parati ꝛc. In his em̄ oim scd̄ꝫ medicātiū sn̄iam vomitus maxime suspectꝰ habet. Sed si iam p̄dicta nō obstiterit grā dis quippe erit ꝛ cōuenientissima euacuatio ad sanitatis cōseruationē: dūmodo nō superfuerit: vt colligitur ab Auicē.in.iiij. primi.c.xiij. sic dicēte. Hippocrates p̄cepit vomitū fieri debere in vnoquoqꝫ mēse duobus diebꝰ cōtinuis ꝓpterea ꝙ cū eo cōseruatur sanitas: hoc autem plus est malū. Et huiꝰ causaꝫ assignans inq̄t. Uomitꝰ mūdificat stomachū: ꝛ remouet grauitatem q̄ accidit capiti ꝛ clarificat visum et aufert fastidiū ꝛ ꝯfert ꝛ cuiꝰ ad stomachū descendit cholera q̄ ipsius corrūpit cibū ꝛ remouet abominationē que fit ꝓpter vnctuositatē et casum desiderij: ꝛ confert pluribus infirmitatibꝰ. sicut ipse ibidē scripsit dicēs. Postremo ille cui quidē maius iuuamentū affert vomitus est cuius cōplexio prima est cholerica ꝛc. Et in.xiij.tertij tracta.i.ca. xxxv.dixit. Nō opꝫ vt i mēse plusq̄ꝫ bis sani euomant. qm̄ cōsuescit natura eijcere superfluitates ad stomachum. deinde subiunxit. Scias ꝙ vomitꝰ facilis leuis sine labore ꝛ nō frequēs in hora necessitatis ē maximi iuuamenti. Et per hoc facilem vomitum commendauit: difficilem consequenter ꝛ laboriosum ꝓhibuit: vt postmodum in capitulo vltimo eiusdeꝫ tractatus expressit cū ait. Ex rebus magis nociuis stomacho est vomitus laboriosus quamuis sit iuuatiuus ex parte purgationis: nocet tamen plurimum cū debilitatiōe. Et propterea dixit in tractatu.v.eiusdem capitulo.viij. In administratione quidem vomitus cū equalitate est iuuamentū maximū: verum assiduatio eius maxime debilitat virtuteꝫ stomachi ꝛ facit ipsum lacunā sup fluitatū. Qd̄ similiter sensit Rasis in.iiij. Almāsoris capt.xvi.dicens. Uomitus si vt debet tēperate fiat: stomachū purgat. ꝛ digestiuā efficit meliorē: corpusqꝫ renouat ꝛ mūdat: caput quoqꝫ ꝛ sensum alleuiat visumqꝫ acuit. ꝙ si multꝰ fuerit corpus desiccabit et epati ac pectori: necnō oculis ꝛ pulmoni nocebit ꝛc. Et ideo ipse post aliqua sic conclusit. Uomitus pretera non frequenter fieri debet: corrumpitur enim stomachus: et ipsiꝰ virtus destruitur: quare non nisi cum oporteerit fiat. Et sic apparet ꝙ sani secūdum complexionis et repletionis eorum diuersitatem: diuersimode purgari debeant.

¶ Cap.cclxxxv. ostēdit quāta sit vtilitas ⁊ necessitas purgatiōis corpoꝝ in vere qūoqꝫ ex ea sani fiāt ab egritudinibus putridis securi ⁊ cetera.

ETsi ex his q̄ in superiorib⁹ dicta sunt: facile cōprehēdi possit quāta sit purgationis vtilitas: quantaqꝫ ei⁹ necessitas ī sanitatis ɔseruatione: attñ pro ampliori hui⁹ materie noticia decreuim⁹ hoc ī.c. declarare qūo seu ꝓpter q̄d sit ꝙ purgati adeo fiāt ab egritudinib⁹ ⁊ ꝑcipue putridis securi: nō euacuati v̄o minime: vt ex hoc ad corp⁹ mūdificādū ī tpe veris hoies magis accedātur. Dicam⁹ ergo ꝙ necessitatis cā purgationis ꝑ phlebotomiā: secessum: vomitū: vrinā. ⁊ hmōi hec est sc3 vt corpis sup̄fluitates ꝑ viā idigestiōis vel ex malis nutrientib⁹ gñate tpe magni est⁹ futuri in estate nō inueniant̃: eo q2 tales hūoꝝ sup̄fluitates a regimine nature derelicte: ⁊ a calore naturali irregulate ab extranea tūc caliditate alterētur ⁊ ī ebullitiōe reponant̃. ex qua mali ⁊ putridi vapores eleuent̃ naturales corpis humiditates extraneātes: ⁊ extraneate sicut ⁊ ille nō naturales putrefiāt: corpusqꝫ inde ī suis opationib⁹ impediat̃ ⁊ egrotet. Sic nāqꝫ fieri solēt ifirmitates: ⁊ ꝑ maxie putride: qm̄ vbi sunt putredinis cause sufficiētes: ibidē et putredo de necessitate reperiet̃ cū cā ⁊ effecc⁹ seinuicē inferant cū vniuersalr ⁊ adequate sumunt̃: vt Aristo. ait in.ij. posterioꝝ tractatu.iiij. c.ij. In corꝑe aūt nō purgato cause putredinis inueniunt̃: sc3 calor extrane⁹ ⁊ accidentalis hūiditas: ex qb⁹ ois cōsequit̃ putrefactio: teste philosopho in quarto Metheoroꝝ et in secūda ꝓblematū ꝓblemate. xxxiij. sic scribente. Putrefit oē qđ putrefit ab extranea caliditate: sicut a ꝓpria digerit̃: in estate quidē extraneū dñat̃ ꝓpter qđ putrescūt magis oīa in ipsa ⁊c. Auicē. quoqꝫ in scđa primi doctrina secunda.c. xv. ait. Putredo nō accidit nisi propter calorē extraneū. ⁊ ī libro de virib⁹ cordis.c.j. secūdi tract. inquit. Dispositio hūiditatis in quā agit calor innaturalis putrefactio nominat̃: hec aūt dispositio in corporibus immūdis ⁊ repletis inuenit̃ q2 ibi extranee existūt hūiditates ab extrinseco estatis calore alterate nō paꝝ etiā a naturali cōmote ⁊ inflāmate eo ꝙ vias obturēt ⁊ repleāt plerūqꝫ per quas naturalis ipa caliditas flabellari solet ⁊ refrigerari: ⁊ ꝓpterea fit ꝙ inde putrefactio in naturalib⁹ ⁊ vtilib⁹ cōtingat hūorib⁹: ex qua diuerse egritudinū species gñant̃: vt sensit Galien⁹ in quinto Terapētice cū ait. Monstratū est in libro causaꝝ egritudinū ꝙ illa sola putrent corpora q̄cūqꝫ materiā habēt calidā ⁊ humidā intranspirabilia ⁊ inflāmabilia manētia ī calido ⁊ hūido loco. Si v̄o in motu fuerint ⁊ flabellent̃ ⁊ trāspirēt possent vtiqꝫ imputribilia custodiri ⁊c. Et ob hanc causam necesse est vt corpora mūdificentur in v̄e ab extraneis ⁊ inutilib⁹ hūiditatib⁹ siue cū phlebotomia: siue cū aliis ꝑfatis igeniis vt sanguis ⁊ hūores naturales puriores reddant̃: ⁊ mēbra ipsa mūdiora sicut cōseruāda sanitas requirit: aliter eñi impossibile videt̃ q̄n mors aut saltē aliqua ⁊ in breui q̄dē cōsequatur egritudo. quemadmodū sensit Gal. in libro de cōstitutione artis medicatiue capitulo nono cum de precustodia corpoꝝ loqueretur di

cẽs: preseruatiua vtiq; pars artis erit quã ⁊ ppꝛie vocãt pcustodiuã in pꝛimo gñe cõsistẽtiã habẽs: qñ enim vel multitudo humoꝛuꝫ vel pꝛauitas; vel obstructio: vel coꝛruptius virt⁹ innascit̃ coꝛpi periculũ est nõ tarde egrotare hoiem: aliqñ autem ⁊ periclitari summe: difficile autem cognoscibiles sunt huius modi cause tanq̃ non contristantis hominẽ: sicut venenũ canis rabiosi cuius nullum signum pꝛopꝛium inuenit̃ cõtineri in coꝛpoꝛe anteq̃ perueniet ppe rabiem qui est moꝛsus: itaq; ⁊ interrogare pꝛopter has causas necessariũ est medicum eos qui patiunt̃ de omnibus que contingunt eis: quando enim multitudo aliqua vel cachochimia subnutrit̃ in mole coꝛpis: aut obstruit̃ aliquod viscus: adest nobis dinoscere ip̃a p q̃dã sinthomata: que media aliqualiter sunt eoꝝ que sunt in sanis et eoꝛuꝫ que accidũt egris ⁊c. hec ipse. Ex quibus apparet ꝙ qui mundificatus non fuerit etsi nullũ pꝛecipiat aut saltem sensibile nocumentum: ex hoc minime ꝯfidere debet quoniã ei simile continget subito qd̃ moꝛsu a cane rabido accidere ꝯsueuit: scilicet aliqua grauis ⁊ pniciosissima egritudo. Et ideo recte quidẽ dictum est ꝙ vtile sit ad sanitatis conseruationeꝫ quinimmo necessariũ in tempoꝛe veris coꝛpoꝛa ⁊ pꝛecipue repleta mundificare plectoriam siue cachochimiam eoꝛum euacuando: que causa est omnium fere coꝛpoꝛis infirmitatum, quare ⁊c.

¶ Capi. cclxxxvj. ostendit ꝙ sani preter omnia que dicta sunt debeãt se custodire a causis foꝛtiter extrinsecus alterantib⁹: ⁊ que sint ille ⁊c.

Iam visum est in supeꝛioꝛib⁹ qualiter sani se debeãt mũdos a supfluitatib⁹ ꝯseruare: vt hũoꝛes coꝝ naturales nitidi ⁊ purificati nõ putrescãt: ⁊ cõsequẽter egritudines faciãt. Nũc aũt ostendere volum⁹ ꝙ pter id etiã necesse sit sanitatẽ cõseruãti vt nõ min⁹ caueat ea oĩa q̃ sanguinẽ ⁊ reliquas vtiles ⁊ landabiles coꝛpis humiditates habẽt plurime alterare: ꝯsumere: vel aliter quomodolibet a sua cõsistẽtia pmutare: q̃ illa q̃ solẽt eas inficere: ⁊ vt supꝛa dixim⁹ cõturbare. Nõ minus equidẽ ⁊ humoꝛib⁹ et mẽbꝛis ipsis nociua sunt extrinseca desiccantia calefaciẽtia ⁊ hmõi foꝛtiter eis occurẽtia: q̃ superfluitates in illis aggregate. Et iõ diximus ꝙ qui sanus fuerit ⁊ mũdus nulla pꝛoꝛsus indigens euacuatione: dꝫ summa cũ diligentia pꝛocurare ne aliqñ valde intẽse de pꝛimis occurrat qualitati: nã si foꝛtis illa fuerit caliditas siue solis siue ignis extiterit: multũ coꝛp⁹ ⁊ hũores habebit desiccare: vt colligitur ex illo v̈bo pꝛincipis in. j. pꝛimi doctrina tertia ca. j. dicẽte. Caliditas maioꝛ q̃ dꝫ: reddit coꝛp⁹ siccius q̃ opꝫ. ⁊ licet ipse de interioꝛi intelligat: tñ ⁊ de extrinseca verificat̃ dicente Aristo. in. xj. pblematũ pblemate. lvj. Calidũ ⁊ estus dissoluũt coꝛpoꝛa. Et Gallienus in secundo de simplici medicina distinctiõe. ij. cap. x. De ppꝛietate caliditatis nõ est nisi vt resoluat et subtiliet ⁊ separet ptes adinuicẽ. Pariq; ratiõe excellẽti nõ obuiabit frigiditati siue aq̃ siue rei alterius fuerit q̃m frigiditati inest essentialiter vt oĩbus v̈tutibus sit cõtraria: vt Auicẽ. dixit in pꝛima pꝛimi doctrina. vj. ca. iij. vbi subiũxit. Frigiditas est pa-

ralyticũ faciens & mortificãs & ab oibus prohibẽs operationib⁹. Et in.iiij.primi.c.ij.ait. Superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris aut ei ꝓpinqua. Qđ etiã sensit Gal.in.j.de febribus ad Glanconẽ.c.xiiij.cũ sequit. Pari rõne nimi⁹ frigor vt nimi⁹ ignis occidit: & ita siccitas multa vt mult⁹ humor necat. Similiter ergo & q̃litates passiuas fugere opꝫ: & permaxime siccitatẽ & res illã inducẽtes: que satis admodũ incessanter ꝓcedit donec nos interimat: vt princeps ait et Gal.cũ eo in primo de regimine sanitatis dicẽs. Semper magis ac magis desiccamur. & in libro quinto de simplici medicina distinctione.vj.cap.ij. Oẽs res que exiccant finiũt humiditatẽ sanguinis: quare ingrossant eũ ꝓpter hãc causam & minorant ipm̃ &c. Et ideo sani debent se ab hmõi valde alterantib⁹ custodire: q̃ frequẽter illis occurrẽtia quantũuis sanissimis: possunt eos egrotare facere & (vt diximus) etiã interire. Ab alijs quoq; his similibus qualitatib⁹ nocumentuꝫ aliqđ inducentibus in sanguinem vel spm̃ cauere debent: qui suã voluerint ↄseruare sanitateꝫ: sicut ab excessiuis odoribus. qui ex longa eoꝝ sensatione seu receptione solẽt caput grauare & ipm̃ dolere facere: vt colligit ex quinto aphorismorũ aphorismo.xxviij. Similit ab Auicen.in primo tertij trac.scđo.c. prio sic scribente. Oia alefaniati: idest aromatica sunt faciẽtia sodã & proprie casia lignea & costus et zafarã & cinamomũ & amomũ: & aromatica oia sunt facientia sodã siue sint calida siue sint frigida &c. que fuit Aristo.snia in tertia ꝓblematũ problemate.xiij. dicẽtis. Odor omnis grauat caput. Et ꝓpterea decipiũtur & egrotãt multi qui tẽpore estatis pomum & laudano musco & huiusmodi cõtinue in manibus portãt. ipsumq; sepenumero olefaciũt. Multoq; magis a fetoribus est fugiendũ: qui sua mala cũ qualitate habẽt plurimum spũs resoluere: & virtutẽ debilitare: vt voluit Auicẽ. in pmo canonis.fen.doc.& summa secũdis.c.aũt.c.xxix.di. Ex his que spm̃ enacuẽt nulla res est fetori similis: et precipue fetori aque & venenosarum virtutũ expẽsio in aere aut in corpore &c. Et i cãticis textu cõmẽti.cccxvij.dixit. Omne illđ qđ est vltimati fetoris est vltimate corruptionis &c. Qđ etiã sensit Gal.in quarto de simplici medicina distinctione.v.c.j.cũ dixit.ꝙ nostra natura id abhorret id qđ est parui odoris: sicut etiã fugit oẽ illud qđ pui existit saporis. Ex quibus apparet vt oia vno concludamus verbo: ꝙ q̃cunq; extrinseca cuiuscuis nature humano corpori nociua sunt ab oibus sanis fugiẽda: & sicuti de predictis expressimus: sic etiã & de reliquis intelligat: nõ eim̃ intendim⁹ hũc ad locũ causas oẽs extrisecas addũcere: q̃ diuersimode nostram possunt alterare: corrũpere: & pmutare sanitatẽ: tũ q: quasi existũt infinite: tũ etiã q: medicus de eis nõ habeat ꝑtractare artificialiter: dicẽte Gal.in tertio Techni textu cõmẽti.ix. Alterat igit corpus a quibusdã ex necessitate: a q̃busdã vero nõ ex necessitate. Dico aũt ex necessitate q̃dẽ q̃bus impossibile est ipꝫ nõ approximare non ex necessitate vero vt sunt reliq̃. Nãq; semꝑ in cõtinenti immorari: & comedere: & bibere: & vigilare necessarium est ei. Gladijs vero & bestijs non necessarium est vti: vnde in priori quideꝫ genere causarum circa corpus ars cõficitur. Circa scđm vero nequaq; Nos igitur de his non necessarijs

extrinsecis. Gal. imitātes plura nō scribemꝰ. De aliis vero que nobis de necessitate occurrūt: iam sufficiē ter in pcedētibus arbitramur dixisse. Que si a sanis obseruata fuerint put iussimus: proculdubio suā poterūt cōseruare sanitatē ꝛ vitā diuino ꝯcedēte numine vsqꝫ ad vltimū senectutē plongare. quare ꝛc.

¶ Capi. cclxxxvij. ostendit ꝙ sanitatis restaurator scientificus esse debeat: ꝛ ante curationē cognoscere patiētis naturā infirmitatem causas eius tempora: postqꝫ dicta dicendis continuauerit.

Declarauimꝰ vsqꝫ mō quō sani suā dbeāt sanitatē cōseruare. Nūc aūt ostendemꝰ qualiter egri prehabiti regiminis transgressores valeāt sanitatē amissam recuperare: tradēdo modū in vniuersali solūmodo quo possint ab eorum egritudinibꝰ curari: sicut in. iij. c. libri huiꝰ pmisimus. Que res nō modicū affert vtilitatis: qm̄ si de vita vnīqꝫ ꝛ nostra salute solicitudo habenda sit per maxime qdē in egritudinis tpe de ipsa vr̄ esse procurādū: cū in grādi periculo tunc sit vt qlibet intelligit cōstituta. Et propterea dicamꝰ ad huiꝰ opis cōplementū: ꝙ ad egritudinē expellendā: ꝛ ad suā pristinā sanitatē resumendā vnica tm̄ incedendū ē via: que scȝ hec est vt peritū ꝛ canonicū seu regularē ꝛ sciētifice pcedētē in cura medicū infirmoꝝ astantes inueniant. Qui pter traditas in primis opis huiꝰ capituli: hac etiam dicēdas habeat ꝯditiōes: vt scȝ ol cū diligētia medicinales obseruet intentiones ꝛ astronomicas medicine deseruiētes i eligēdo priꝰ ꝛ in propināndo: deinde optima patienti medicamina in bonis et electis tēporibus: dicente Haliabate in. j. theorice. ca. iij. Astronomia qꝫ eget medicꝰ qua medicaminibꝰ electis tēporibus qbus est luna beatis et felicibꝰ cōtēperata planetis et sub cōpetētibꝰ figuris vtatur. Cōuenerūt nāqꝫ sapiētes medicoꝝ: vt Rasis etiaȝ ait. in libro. ij. suoꝝ aphorismoꝝ. Qđ res oēs tēporū ꝛ aeris ꝛ aquarū ꝛ cōplexionū ꝛ egritudinū ex motu planetarū mutant̄. Et ideo quicqđ circa infirmū operat̄: grādi cū aduertētia ꝛ benigno faciat charitatis affectu: ꝛ nō tm̄ lucri cā: vt oēs fere medici consueuerunt. Esse nāqꝫ nō dȝ vt Haliabas inquit vbi supra: sed. c. ij. medici ad querendū in medēdo intentio pecuniā: sed adeo retributionē ꝛ meritū ꝛc. Ut igit̄ scientifici a nugatoribꝰ secernant̄ ꝛ ab egris ꝛ ab oibꝰ aliis cognoscant̄: dicemus. ꝙ si medicus sapiēs fuerit: ꝛ ad remouendam egritudinem ꝛ inducendam amissam sanitatem idoneus: talem postqꝫ aduocatus fuerit ordinem scientificum obseruabit: scilicet ꝙ anteqꝫ ad curam perueniat studiosissime consideret que naturalis sit patientis complexio: ꝛ hoc tramite declarato in. xiij. libri huius ca. Similiter precognoscere debet etatem: consuetudinem artem: regionem: et huiusmodi naturalia ꝛ ipsis annexa: vt in noticiam egritudinis valeat peruenire. quibꝰ prenotatis debet deinde egritudineȝ et naturam eius indagare: quoniā non est possibile curare ipsam: nisi medicus eā cognouerit: vt princeps inqt in. iiij. primi tractatu. ij. c. vij. Que fuit Gal. sentētia. in. j. regiminis acutorum commēto. iij. dicētis. Oportet vt in primis cognoscamꝰ egritudinē q̄ sit. deinde

intendamus post illud ad medicã dum ipsam: et in libro.iiij.de ingenio sanitatis.c.iij.inqt. Uniuersaliter verũ est q nullã curãdi significationẽ possum⁹ hr̃e ab eis q̃ ignota sunt. Et in libro.v.eiusdẽ cap.v. Semp ante mẽtis aciem passionis cognitionẽ habeas: nec tibi facile leneqꝫ hoc videatur: cognita itaqꝫ ergitudine dꝫ deinde sapiẽs et canonicus medic⁹ causam ei⁹ venari: qm̃ nõ sufficit scire naturã egritudinis: sꝫ etiã causam ei⁹ cognoscere opꝫ. Cũ dicat Gal.in.ij.de febribus ad glauconẽ.c.j. Istud moneo ante oĩa vt noueris discere causas egritudinum. et in libro de tipo tremore et iectigatiõe.cap.v. Manifestũ est q volẽti curare laudabiliter necessariũ est cognoscere causaꝫ vnde procedit eius egritudo. Et iterũ in primo de feb.ad glauc.dixit. Attẽde istud vt cõsideres semp in oib⁹ egritudinib⁹ regionũ qualitatẽ: locorũ positionẽ: aeris tẽperantiã: tẽporũ rõnẽ: etatẽ: consuetudinẽ egrotãtis: naturã corporis: et an vitio corporis egritudo nata sit an extrinsecus venerit ex cibo: an ex corruptela aeris. Cum ergo hec oĩa bñ ppẽsa: ꝫ cognoueris: optie scies q̃d ad ipam egritudinẽ facere cõueniat: nã si causam ignoras quõ curas: si em̃ nescis an periculosa sit: an sine periculo egritudo: q̃d nisi temere facis q̃cq̃d feceris: si sanes an poti⁹ accidas ignoraueris hec ipse. Debet pterea medicus de necessitate intelligere in quo tẽpore sit egritudo postq̃ ipsam et causas ei⁹ cognouerit: vt patet p Gal. dicentẽ vbi supra. Debet medicus scire quatuor esse tẽpora oĩꝫ causarũ: maxime febriũ: initiũ: scꝫ augmẽtũ: statũ: et declinationẽ. qui nisi ea optime intellexerit: grauiter ledet nesciendo: q̃d in initio: q̃d in augmento. statu: et declinatione febriũ debeat egrotãti adhibere: et quo tẽpore curet: et qñ ab his abstineat: vel qñ eger dormire debeat vel vigilare etc. Et in libro de tẽporibus morbi.c.vltimo dixit. Impossibile est inuenire qualiter quis dietabit neqꝫ qñ citabit absqꝫ quo determinet certitudinaliter morbi tẽpora. Ex q̃bus apparet q medicus qui anteq̃ ad curationẽ descendat: hec oĩa nõ obseruauerit: minime ad restaurandũ sanitatem sit idoneus: quinimmo expellendus ne sua cum ignorãtia patientẽ interimat. Qua de re aiaduertat ad hoc vnusquisqꝫ qm̃ pleriqꝫ lenissime etiã egrotantes ex imperitia medici interiere. ideo.etc.

¶ Cap.cclxxxviij. docet cognoscere medicũ sciẽtificũ: ex hoc q añ curationeꝫ egritudinis sciat et pcuret virtutẽ fortẽ ꝯseruare: et debilem fortificare.

Inter reliquas scientifico ad recuperandaꝫ infirmi sanitatẽ medico necessarias ꝯditiones hec p maxime obseruãda est: scilicet vt postq̃ egritudinẽ causas et ei annexa cognouerit: etiã ex pte altera intelligat corporis virtutẽ et ei⁹ robur seu fortitudinẽ: et an virt⁹ que natura dr̃: sufficiẽs sit ad superandã infirmitatẽ: vel econtra imbecillis et minime valẽs ei resistere. Qm̃ si fortis ad bellandũ cũ egritudine fuerit: dꝫ sic eã cõseruare: et causam egritudinis abscindere. Si aũt debilis extiterit: neq̃ potẽs passionis ipetũ tolerare: dꝫ ipsaꝫ postposita cã sufficiẽtissime vigorare: et cũ nutriẽtib⁹ fortificare: queadmodũ voluit Auicẽ.in.j.qrti tract.ij.c.vij. dicẽs. Cũ iuuenis virtutẽ resistẽtẽ

tolerãtes abscinde causam ⁊ expel
le humorẽ ⁊ abscinde cibũ. q si iu=
uenis virtutẽ deficientẽ: sis occu=
pat⁹ in equãdo cõplexionẽ cõtra=
riã ei: quare infrigida eã ⁊ viuifica
cũ cibo: cũq; fortis fuerit p viuifica
tionẽ ei⁹: ⁊ vincit cõtrariũ suũ. redi
ad causam. Que fuit Gal. sñia i. iij.
terapẽtice. c. x. dicentis. Si disposi=
tio quã curare eligim⁹ indiget eua
cuatione. Imbecillis aũt virt⁹ vlti
me fuerit eorũ que dispositionẽ sa=
nãt nihil laborãti offerre in illo tẽ=
pore oĩ scdm qd renutriem⁹ virtu=
tẽ. Cũ aũt tm̃ fortitudinis venisse
eã extimauerim⁹: vt aut nihil aut
parũ ab euacuatiõe ledat: tunc ad
dispositionis sanationẽ incedam⁹
igitur prima quidẽ intẽtio oim est
que ꝟtutis. ⁊ in. vi. eiusdẽ. c. i. sic ẽt
ait. Cũ dissoluit quidẽ virtus non
tñ fortiter dissoluta est: sz repugnat
adhuc ad sinthoma solũ respicim⁹
ꝙcitissime studentes destruere id.
Dissoluta ꝟo ꝟtute nõ solũ sintho
ma cessare facere: sed ⁊ illã robora=
re studemus. Et propterea dicebat
idẽ in. i. reximinis acutoꝝ cõmẽto
xiiij. Sublimior intentionum oim
est intentio sumpta ex virtute: qm̃
curãs est virtus ⁊ nõ medic⁹ q̃ cuz
fortis non fuerit nõ ꝓdest curatio
q̃modocũq; fiat: vt princeps innuit i
i. quarti. Propterea solicitudo medi
ci esse dz circa corporis virtutẽ in=
tegratã ex vitali ⁊ aiali ⁊ naturali:
de quarũ custodia dz semp procu=
rare: ⁊ per maxime de vitalis cõser
uatione: cũ dicat Gal. in. i. terapen
tice capitulo vltimo. Opz dignita=
tibus vniuscuiusq; particule ꝓui=
dere. Robori igit maxima quidem
dignitas cordis est ⁊ oim necessa=
rissima egrotib⁹. Cerebri vero op⁹
ad vitã equale: nõ tamẽ pari robo=
re ⁊c. Et in tertio libro eiusdẽ. ca. x.
huius qd dictũ est causam expres=
sit ⁊ necessitatez dicens. Has corpo
ris virtutes quidẽ custodire nihil
aliud est ꝙ custodire vitã: mõstra=
tum em̃ est q qualitercũq; perẽpta
qualiq; ex eis vna necessariũ est re
liquas simul cũ eis perire. Et pro=
pterea scdm sanatiuũ opusculum
intẽtio nobis hec erit. In curatiuo
vero intẽtio ꝓportionalis ei ẽ egri
tudinis destructio. Et infra dixit.
Maxima quidẽ dignitas est virtu
tum: qm̃ ipsum viuere nobis ex ea=
rũ custodia existit q; ⁊ vita. Nihil
aũt vtiq; vita est aliud in anima=
liũ corporib⁹: qm̃ neq; sani esse pos
sumus sine viuere ⁊c. Et iõ postea
cõclusit. Virtus igitur oim primuz
custodienda oibus est: si fortis scz
fuerit. Si vero nõ fortificari dz cũ
cibo viuificãte: vt diximus: Donec
valida fuerit: ⁊ facta potẽs ad resi
stendũ egritudini ⁊c. Qui aũt me=
dicus ad hec que dicta sunt: nõ ani
maduertit: multotiẽs q̃dẽ errabit
subtilissimã ordinãdo dietã: egrum
penitus interimẽtẽ: vt nõnulli car
nificũ facere cõsueuerũt: omnibus
aquã loca pot⁹ ⁊ panatã subtilissi=
mã ꝓ cibo exhibẽtes. Cõtra quos
clamat Hippocrates in prio apho
rismoꝝ aphorismo quinto cuz ait.
In tenuibus dietis peccant egro=
tantes: et ideo magis leduntur: oẽ
em̃ quodcũq; sit magnũ: fit magis
in tenuib⁹ dietis ꝙ grossioribus:
ꝓpter hoc ⁊ sanis fallaces sũt val=
de certe. ⁊ cõstitute diete: qm̃ peccã
tia difficilius ferunt: ꝓpter hoc igi
tur tenues ⁊ certe diete fallaces sũt
amplius paruz solidiorib⁹. Et ideo
in primo de febribus ad glauconẽ
necesse est vt respicias: ad egri vir=
tutem: ⁊ ad impetum cause: et ad
quantitatem virium eius qui egro
tat: ⁊ ad qualitatẽ morbi vt ne for=
te non reficiendo ciborum refectio
ne vires egroti cõsumas: ⁊ fortiter

abstinendo ad periculū ducas.ꝛc. Qui eñ subtiliter ꝛ incōuenienter dietant infirmos q̄ a difficillimis occupant febrib⁹: in nullo a carnificib⁹ differre vident. sicut idē scripsit in.ij. Terapētice.c.ij. Et ꝓpter ea medic⁹ sapiēs id minime facere ꝑsumet: nisi peracutissima foret egritudo: ꝛ virt⁹ valde robusta ꝛc. In reliqs vero casib⁹ semꝑ de ꝯseruatiōe virtutis ꝓcurabit: vt cū ei⁹ robore cōseruato citius liberet ab infirmitate patiētē. Et suā ei desideratam tribuat sanitatē.

¶ Capi.cclxxxix. ostendit quomodo sapiens medicus virtutem corporis patientis conseruabit ꝛc.

Ut meli⁹ ab vnoq̄q̄ intelligat̄ si medic⁹ sit sufficiēs reddere patiēti sanitatem: ꝛ an recto calle i egri curatione procedat: ostēdam⁹ quonam modo virtutē corporis ipse habeat cōseruare postq̄ in superiori.c. declarauimus id tantū ei necessariū esse. Et breuiter dicamus q̄ si egritudinē, naturā eius ꝛ tēpora ipsi⁹ cognouerit: vere q̄dē sciet qualiter habeat virtutē corporis ꝛ naturā cōseruare: q: secūdū ꝓpinquitatē aut remotionē et distantiā status morbi subtili⁹ aut grossius dietabit scd̄m Hippocratis sniam i primo aphorismorū: aphorismo.vij. dicentis. Ubi scd̄m acumen egritudo cōtinuos ꝛ vltimos labores hꝫ: vltima ꝛ tenuissima dieta necessariū est vti. Ubi autē nō: nō. Uel cōuenit grossius reficere ꝛ tantū subcōdescendere quātū egritudo mollior fuerit vltimis: ꝛ in aphorismo. ix. eiusdē inq̄t. Contemplari opꝫ egrotantē si sufficiat dieta ad statū egritudinis. ꝛ vtrū ille deficiat pri⁹ ꝛ nō sufficiat dieta aut egritudo deficiat ꝛc. et in.x. eiusdē. Quibus cōtinuus status: cōtinuo ꝛ tenuerit reijcere opꝫ: q̄b⁹ vero posterior stat⁹ ad id ꝛ ante id parū auferendū est: pri⁹ vero vberius reficiēdū vt sufficiat egrotans. Si igit̄ lōga fuerit infirmitas: vt quartana: quotidiana: paralisis: podagra: et hmōi: remotus valde erit earū status: ꝛ ꝓpterea non est a principio subtilianda dieta: q: patiēs anteq̄ ad statū pueniret: in medio vie deficeret: eo q̄ virt⁹ anni hilaret. In acutis aūt ecōuerso facere ꝯuenit: quia cum status sit valde propinquus casum virtutis nō timemus: iō subtiliter reficimus etiā in principio iparū: vt in sinocha: squinantia: pleuresi: ꝛ hmōi. Et propterea dicebat Gal. in libro de temporib⁹ morbi.c. vltimo. Qualiter aūt quis dietabit impossibile est inuenire: neq̄ quādo cibabit absq̄ quod determinet certitudinaliter tempora morbi. et post aliqua ibidem subiunxit. Quantum magna est laborantis virtus considerandū est. nā si suffert in status tēpore absq̄ q̄d cibum afferat melius est incibari: donec declinatio incipiat. Si vero non est possibile incibantem sufficere: nutriendum ipsum a principio mox in omni tēpore potentē accipere cibum Et in.c.xiij. primi tracta. de crisi sic etiam inquit. Tu nō euacuaris in aliqua horarū a malitia regiminis: cū nō prescis quādo erit status egritudinis: et illud iō q̄m si tu nō ꝓcesseris ei i regimine a ꝓncipio egritudinis scd̄m ꝓpinquitatē status ei⁹ aut elongationē ipsius: tunc nō euacuaberis qui ledas egrū nocumēto magno. Auicenna in.x. Almansoris.c.xxiij. accepisse videtur cum ait. Nutricatio

non mensuratur nisi scd̃m status propinquitatē ⁊ longitudinē. Sil'r etiā Princeps in.iiij.primi.c.j.di. Quanto egritudo plus principio propinqua fuerit ⁊ accidentia magis quieta: nutriemus virtutē confortantes. ⁊ q̄ntum egritudo scd̃m augmētum ꝓcesserit et accidentia etiā ibi augmētata fuerint: minuemus dietam propter fiduciā ꝙ virtus non resoluet: imo vt alleuietur in hora luctaminis. Et in.j.iiij.tracta.ij.c.viij. de cibatione febricitātium. Dignior horarū ad ingrossandum est principium in quo virtus nō est multū occupata. dignior horarum ad subtiliandū est status in quo est vehementia occupationis nature in pugna materiei ⁊c. Medicus igitur scientificus virtutem hoc modo conseruabit cibādo vberius in principio: minus autem in augmēto. minime autē aut ꝙ parnissime in statu vt natura patientes etas: consuetudo tēpus: anni: morbus. causa eius accidens ⁊ hora ipsiꝰ requisiuerint. Non vt aliq̄ faciunt bestiales: q̄ adeo in principio subtiliant vt in augmēto vl' statu ob casum virtutis superueniētē dietā postmodū in patientis interitū cogunt ingrossare. ⁊ hoc ideo q: librū aliquē vtilem nunq̄ aperiunt. cōtra quos Haliabas in primo Theorice.c.ij.dixit. Opz medicum lectione occupari studioq̄ cōsiderationis librorum: nec negligat aut fastidiat eos. Die quoq̄ ac nocte cogat seipsum ad eorū custodiam: memoriam in eundo que oia cōseruet necessaria: ⁊ de sciētia ⁊ de opatione reuoluat ⁊ exerceat ī eis suā mētē: vt nō oi tpe egeat librorum cōsideratione: ⁊ hec ipse. ex q̄bꝰ ptz medicū sapiētē esse opz vt sciat infirmorū virtutē custodire. Qui aūt nō fuerit hmōi nō erit idoneus ad sanitatis restaurationem.

¶ Cap.ccxc. ostendit ꝙ medicꝰ sapiens ex hoc etiā cognoscat ꝙ in primis causam egritudinis studeat remouere ⁊ eā omnino abscindere.

PEritia studiosi medici preterea q̄ dicta sunt: ex hoc etiā facile cognoscet: si stante virtutis cōstantia et eius robore ad amouendā infirmitatis causam studuerit: an ipsam neglexerit: ⁊ alterā nō impeditus viā tētauerit: om̄ irrationabilis existimabit si causam potens nō amouerit cum principalissimū sit curationis instrumentū quinimo vera infirmitatis curatio dicēte Auicen. in.xvij. tertij tract. iiij.c.ij. Curatio vera est incisio cause. ⁊ in.iiij.j.c.vlti. Impossibile est vt febris remoueat causa ipsiꝰ remanēte. Quod quidē dictū de vno quoq̄ morbo intelligi pōt: ⁊ ꝓpterea ipse in.j.iiij.tract.ij.c.vij. sic precepit. Cum inuenis virtutē resistētem: tolerantem abscinde causam ⁊ expelle humorem ⁊c. Et in parte secunda canticorū inq̄t. In oibꝰ sunt priꝰ auferēde cause efficiētes si fiat recta curatio. In cuiꝰ cōmēto dixit Auerrois. Cura egritudinis formaliter est inutilis nisi priꝰ cause eiꝰ auferant. Que fuit Gal. snia in.iij. techni textu cōmēti.xciiij. dicētis. Unū cōe opz habere p̄ceptū efficiētē vnāquamq̄ causam abscindere priꝰ: deinde sic deuenire ad eā q̄ facta est discrasiā ⁊ in lib.iiij. de igenio sanitatis.c.iiij. oēs antiq̄ qui p̄cesserūt causam auferendū ee: et prohibendā non solū vulnerum sz aliorum morborum demonstrarūt et in primo Terapentice. cap.xj.

similiter inqt. Ad causā semp ibi- m⁹ cognoscētes q nō est possibile finaliter vllā dispositionez sanare adhuc manente causa faciēte eā. ꝛ in li. iiij. eiusdez. ca. prio. Causam sanare opz primū: nō negligentes extinguere febrem q̄ ex ea accendi anticipauit. ꝛ i. v. eiusdē. c. iij. dixit. Febrem sanari impossibile est nisi cesset putredo. Cessare vero eā impossibile est manēte causa. Abscindere igitur opz causā ei⁹ si dz prior q̄dez putredo: postea vero febris sanari ꝛc. Et ppterea inqt Rasis i. x. Almāsoris. c. ij. Febris em̄ ilico sedabitur cū causa ei⁹ remota fuerit. Et Auerrois in septimo colliget. Cū accidēs non timetur: tunc studeas causā totaliter remouere: qm̄ taliter ipz infirmū curabis cōplete. Ecce igitur q oēs antiq̄ sapientes cōcordarunt q causa egritudinis prio sit remouēda: ꝛ postea ipa discrasia abijcienda cōtra empericos ꝛ irrationales ilico ad localiū applicationē pcedētes: vt in dolore capitis cōsueuerūt q̄ primū aduocati vt plurima scire videantur emplastra: vnctiōes: epithimata: ꝛ huiuscemōi frigida iubēt apponi. Et cōsimiliter in febrib⁹ infrigidātia: vt vnguentū galieni: cerotū sādalinū ꝛ talia absq̄ hoc q aliqua precesserit necessaria purgatio. Unde fit q egrotantes deterius semp se habeāt multiq̄ moriātur nō pre existētis morbi fortitudine: sed ex supueniētis erroris grauitate. Et idō sapiens medicus: cū necesse fuerit anteq̄ ad talia pueniat: cū euacuationib⁹ pcedit obediens principi in prima quarti trac. scđo. c. xlvj. dicēti. Scias q esse cōtentus infrigidatiōe ꝛ dimittere phlebotomiā ꝛ ventris solutionem addit in oppilatiōe ꝛ coactatione: quare additur putredo ꝛ caliditas in febribus. ꝛ Rasi in libro de egritudinibus iuncturarū. c. xviij. sic scribēti. Unguenta ꝛ emplastra: qn̄ corp⁹ fuerit plenū multis humorib⁹: attrahunt humores ad loca magis q̄ dissoluāt qđ sensit Gal. in. v. lib. Terapētice. c. xv. dicens. Neq̄ balnearem vtiq̄ aliquē eorū q̄ in putredine febrium neq̄ frigidis vterer cathaplasmatibus anteq̄ euacuarē supfluitates. Euacuatis vo iā cōfidenter ꝛ cathaplasmarē et balnearē. Ex qb⁹ satis apparet q rōnabilis medicus dz prius in oī curatione causam egritudinis abscindere: ꝛ eā totaliter ammouere: nisi fuerit ob aliqđ ptinendū accidens impeditus. Postq̄ vero sufficienter euacuauerit secure localib⁹ ex hmōi extinguentib⁹ vel calefacientib⁹ vti poterit: vt qualitas discrasie ex cā ꝛ morbo gn̄ate expostulauerit. Qui aūt hoc tramite nō incesserit: ipsemet suā abstantib⁹ imperitiā indicabit: vt eum tanq̄ inutilē: imo maxime piculosum: put sua mereš insciētia expellāt: q: longe facili⁹ mortē patiēti q̄ sanitatē amissam reddere valeat quare ꝛc.

Cap. ccxcj. ostendit medicuz scientē infirmo reddere sanitatē debere causam egritudinis abscindere per ꝯ̄ria ꝛ p eadem quecunq̄ alia curare.

Diximus in superiori capitulo q medic⁹ semp debeat nō impeditus causaz egritudinis remouere: nūc ostēdam⁹ qualiter eā: si sapiēs fuerit: abscidere debeat: vt ex hoc sua magis sufficientia innotescat. Et breuiter dicam⁹ q si canonicus et recipiēdus extiterit: cū ꝯ̄rijs id ha

debit perficere. Uñ si egritudo ex repletione humorũ cõtigerit: cum euacuatione curanda erit p phlebotomiã. s. aut p pharmaciã scdm qd significantia demõstrabunt: vt in precedentibus sufficienter ad modum p sapientũ dicta fuit declaratũ. & q ita sit manifeste patet ex illo Hippocratis dicto in secũdo aphorismorũ aphorismo. xxij. sic sonante. Ex plenitudie quecũq egritudines fiunt euacuatio sanat: & quecunq ab euacuatione plenitudo & aliorũ cõtrarietas. In cui⁹ cõmento Gal. inquit. Neq diuti⁹ in his immorandũ est: cum omne cõtrarium suo cõtrario sit medicandũ: qd ostendit ipsa natura morborũ: & accidentia morbos comitãtia. Et in cõmento. xviij. primi regiminis acutorũ. Medici intentio non est nisi opponere ꝯtrariũ ꝯtrario: vnde curatio febriũ est per infrigidationẽ & humectationẽ. Et in lib. ij. eiusdẽ cõmento. ij. dixit. Oportet vt facias trãsire p mentẽ tuã in oĩbus horis q medicatio fit p oppositionẽ contrarij cum ꝯtrario. Et in. iij. Techni textu cõmẽti. lxxxij. sic etiã ait. Curatio quidẽ vnũ hz modum & maxime cõem intentionẽ. s. ei qd soluendũ est cõtrariũ. Et in libro de ingenio sanitatis. c. iij. Naturale custodiendũ est & cõfirmãdũ vñ similia semp sibi sunt necessaria. Qd autẽ est cõtra naturã expellendũ est et eijciendum. Unicuiq em̃ tali contraria sibi cõueniunt: qm̃ q̃cq̃d destruitur: necessario p id qd contrariũ sibi est mutatur: nõ em̃ hoc fieri potest nisi cũ suo cõtrario. Et in tertio Terapẽtice. c. xij. dixit. Una sola generalissima est intẽtio sanationum cõtrarietas. Et in quinto eiusdẽ. c. xij. Nõ est dicẽdũ q qñq verũ sit cõtraria contrariorũ existere sanationes: qñq vero falsum: sz semp quidẽ verũ est. Et infra post aliqua subiunxit. Hoc paruũ quidem dictũ est. s. contrariorũ existere sanationes maximũ aũt inuenitur virtute. Quod etiã voluit Auicen. in. iiij. j. c. j. cum scripsit. Cum egritudinis qualitas scita fuerit: erit medicina eligenda q̃ ei in sua q̃lite sit ꝯtraria: qm̃ egritudo suo medicatur ꝯtrario sicut ꝯseruatur sanitas suo simili. Et i. xiij. iij. trac. ij. c. xxij. sic ẽt inquit. Omnis cura facta ex causis cõplexionalibus curatur cũ suo cõtrario. Que nõ solũ medicorum: verumetiã Aristo. fuit snĩa in prima problematum. problemate vltimo dicẽtis. Sunt aũt egritudines he q̃dã ab igne he ṽo ab humiditate Curant aũt egritudines q̃ q̃dẽ ab igne hũiditate: q̃ ṽo ab hũiditate ab igne: hũiditatẽ ei ignis exiccat. Sic igit̃ patet scdm oĩm illustrium antiquorũ snĩam: q curatio fieri debeat p cõtraria: vnde si causa egritudinis sit repletio: dz corpus euacuari. Si vero cã infirmitatis fuerit inanitio vt in ethica contingit: dz p cõtrarium. s. p appositionem nutrimenti curari. Et si morbus ex caliditate prouenerit p frigida sanetur: & si p frigiditatẽ cũ calidis medicet̃ & hoc stante solũmodo mala et preter naturali sine materia qualitate: vt sensit Hippocrates in quinto aphorismorum. aphorismo xix. dicens. Quecunq infrigidata sunt recalefacere opz: & supple quecunq supercalefacta infrigidare necesse est. Cum curatio quelibet p contraria fieri debeat: vt dictuz est supra. Ideo concludamus q quecunq causa fuerit egritudinis: scz primitiua. antecedens &c. siue per se: siue per accidẽs morbum faciẽs aut ad id coadiuuans: vnaqueq talis debeat remoueri: & cũ suo contrario per inanitionem: repletionẽ

vel simplicē alteratione vt natura expetit infirmitatis. Quod qui medicus non obseruauerit: carnifex potius ⁊ homicida q̄ medicās appellandus est vt illi ꝑmaxime q̄ ex sola vrine inspectione pharmaca infirmis mittūt exoluentia: cū potius restaurātia quandoq̧ sint eis necessaria: eo ꝙ ex nimio coitu vel supflua defatigatiōe laborēt: ⁊ solutiua sumētes fortia simul cū humoribꝰ vitā emittūt. Et ꝓpterea cōtra hmōi macellatores clamat Rasis in lib. sexto suoꝝ aphorismorū dicēs. Nō sunt pauciores egritudines q̄ cū defectu accidūt: q̄ q̄ ex superfluitate ꝓcedūt: ⁊ in hoc magistroꝝ error existit q̄ statim ad purgandū sunt prōpti. Silr Damascenus ait. Morbi ex penuria quātitatis nō minꝰ q̄ de plenitudine nimia nascuntur: vnde medici multi in temeraria purgatiōe delinquūt plerūq̧ ⁊c. Qua de re sapiens medicus talia non eligit contraria nisi ea corpori necessaria cognosceret. Bestialis autem et imperitus illico currens ad purgantia omniquaq̧ expellatur ne ꝓ sanitate in salubri morbo necē iferat patiēti.

Cap. cccxcij. ostendit salutiferum medicū in morbi curatiōe contrarium subito ⁊ vehemens non debere applicare: sed paulatim semper ⁊ ordinate.

ET si necesse sit medicum cum contrario semper in curatione procedere: vt in superiori capitulo diximꝰ nō quomodolibet tñ id facere lz. Imprudēs eñ ⁊ ignarus ⁊ oīno q̄citissime expellēdꝰ medicꝰ. cū potiꝰ ꝑ fenestras domꝰ eijciendꝰ foret: si diuinū id ꝑmitteret preceptū fortissimū subito cōtrariū inducet: sic citius existimās sanare patientē. Scientificus aūt ⁊ honorādus medicꝰ id minime facere presumet: q̄nimmo paulatim ⁊ securissimo cū quodā ordine ꝓcedet memorās ꝙ nō alia incedendū est via dicēte hippocrate i. ij. aphorismo. aphorismo. lj. Sz mltū ⁊ repēte euacuare aut replere aut calefacere aut ifrigidare aut aliter quōlibet corpori mouere fallax est: ⁊ oīno nature inimicū: paulatim ꝟo certū: ⁊ ex alio ad aliud trāsire nō aliter decet. Et Gal. in. iij. techni textu commēti. lij. Medici q̄dē dispositiones corrigere debent ex multo studio paulatim trāsferētes in meliꝰ: q̄m nō sustinet natura repētinas imutatiōes. Et in. v. de ingenio sanitatis ca. vltimo. Opz nos incipere a paruis ⁊ minimis medicinis: q̄bꝰ nō preualētibus fiant fortiores et magne: qḋ cōgruit passionibꝰ in q̄bꝰ patiētes securi sūt de vita: sz his in q̄bꝰ infirmus moritur minime immo fortioribꝰ indigemꝰ. Et i. vj. terapētice. c. vj. Alteratio q̄ paulatim fit nūq̄ petit dolorē facere: sed necessariū ē repentinā silr ⁊ violētā fieri trāsmutationē si dz aliq̄s dolor fieri. Qḋ etiam sensit princeps in. iiij. primi ca. j. cum dixit. A debilioribꝰ ad fortiora est procedendum quando debiliora non sufficiūt. et in. j. tertij. c. xxix. Oportet (inquit) vt incipiamus a debiliore: et gradatim procedamus donec sciamus ex dispositiōe egritudinis ꝙ ipsa iam sit abscissa. Et in tractatu. v. ca. xiiij. eiusdem ait. Oportet quidem vt incipias a debiliore vnctionem. et videre si conferat: et si non: adde et permuta ad aliud qḋ illo sit fortius. et in. ij. tertij. cap. j. Opz vt a faciliori incipias: et gradatim ꝑuenias ad illud in quo si.

